


AA0004048336



UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



RESERVE LIBRARY

UNIVERSITY OF CALIFORNIA

PA

6105

V24

v.57

Valpy -

Delphin classics.

507

Mo

**Southern Branch
of the**

University of California

Los Angeles

Form L 1

PA

6105

V24

v.57

This book is DUE on the last date stamped below

JUL 26 1965

RECEIVED
LD-URL

JUL 26 1965

AM

PM

7-4

4-9

9-10



Digitized by the Internet Archive
in 2008 with funding from
Microsoft Corporation



QUINTI HORATII FLACCI

OPERA OMNIA

EDITIONE J. B. MOULIERI

PARISIIS APUD M. LECLERCQ

IN USUM ACADEMIAE

LYONENSIS

NOTAE

REPERTORIUM

INDEX

ALPHABETICUS

F

1773

PARISIIS APUD M. LECLERCQ

QUINTI HORATII FLACCI

OPERA OMNIA

EX EDITIONE J. C. ZEUNII

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

75378

VOLUMEN PRIMUM.

F

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1825.



UNIVERSITY OF TORONTO
LIBRARY

1967

1967-1968

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO

1967-1968

50734

Library of the University of Toronto

1967-1968

Library of the University of Toronto

1967-1968

Library of the University of Toronto

1967-1968

Library of the University of Toronto

1967-1968

Library of the University of Toronto

1967-1968

Library of the University of Toronto

1967-1968

Library of the University of Toronto

1967-1968

Library of the University of Toronto

1967-1968

Library of the University of Toronto

1967-1968

Library of the University of Toronto

1967-1968

Library of the University of Toronto

1967-1968

Library of the University of Toronto

1967-1968

Library of the University of Toronto

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

	Pag.
LUDOVICI DESPREZ Epistola Serenissimo Delphino	1
J. M. Gesneri Præfatio	3
De temporibus Librorum Horatii et Poëmatum adeo Rich. Bentleii sententia	11
Q. Horatii Flacci Vita, auctore C. Suetonio Tran- quillo	15
Q. Horatii Flacci Vita per annos digesta	21
De Amicis Horatii	35
Testimonia de Horatio	39
De undeviginti generibus Metrorum Horatii Trac- tatus Aldi Manutii	41
Metra Horatiana. Auctore Ch. Wase	51
Elenchus Alphabeticus nonnullorum scripturæ com- pendiorum quæ in VV. LL. occurrunt	58
CARMINUM Lib. I.	59
Excursus ad Carm. Lib. I.	239
Carminum Lib. II.	248
Excursus ad Carm. Lib. II.	363
Carminum Lib. III.	366
Excursus ad Carm. Lib. III.	538
Carminum Lib. IV.	547
Excursus ad Carm. Lib. IV.	639
EPODŌN Liber	643
CARMEN SÆCULARE	740

	Pag.
Appendix ad Annotationes in Libros Odarum seu Carminum Horatii	753
Andr. Dacerii Præfatio in Horatii Satiras	755
SERMONUM Lib. I.	765
Lib. II.	913
EPISTOLARUM Lib. I.	1063
Lib. II.	1208
DE ARTE POETICA Liber	1269
NOTÆ VARIORUM in Carminum Lib. I.	1335
Lib. II.	1395
Lib. III.	1431
Lib. IV.	1495
Epodon Librum	1532
Carmen Sæculare	1582
Sermonum Lib. I.	1587
Lib. II.	1671
Epistolarum Lib. I.	1761
Lib. II.	1843
Librum De Arte Poëtica	1877
Appendicis loco addita quædam	1923
NOTITIA LITERARIA de Q. Horatio Flacco, ex Jo. Alb. Fabricii Bibliotheca Latina, a Jo. Aug. Ernesti auctius edita	1929
Recensus Editionum, Commentariorum, Versionum, &c. Q. Horatii Flacci, Fabriciano, Douglasiano, et illo quem Bibliotheca Horatiana, a J. W. Neu- haus edita, sistit, auctior et emendatior, partim ex Chr. D. Jani Indice Edd. partim novis curis, in quatuor ætates digestus	1941
Recensus Codicum Mss. Q. Horatii Flacci qui in Bibliothecis Britannicis asservantur	2022
INDEX	i



SERENISSIMO

D E L P H I N O.

ENSEM dextra, læva librum tenens Julius ille Divus quondam in numismate voluit effingi, cum hac Epigraphe: EX UTROQUE CÆSAR. Sic Roma suum Imperatorem doctum æque et bellicosum ultro venerata est.

Te, SERENISSIME PRINCEPS, Gallia, Europa tota, pari elogio decoratum salutat; quem et Minerva suis artibus impense excoluit, et militari gloria certatim exornat Pallas; utraque lauros sponte affundit.

Obstupescat sane Germania, in quam prima armorum tuorum fulmina detonuerunt, tanto quidem fragore, ut totus adhuc Rhenus contremiscat, Aquila vero pavens haud volatum tentare ausit; immo lucem ac solem exinde refugiat.

Hinc attoniti mirentur hostes Philippoburgum, Moguntiam, tot alias urbes arcesque probe munitas brevi temporis intervallo et parvo conatu raptas et expugnatas: quin et hyemis et paludum et fluviorum difficultates tam facile victas. Vix certe quisquam posterorum credat hæc esse militiæ rudimenta duntaxat, et quasdam velut in campo Martio prolusiones.

Quid vero quod altera expeditione circumglomeratas improbe fœderatorum copias sic Galliæ finibus propulsasti, ut, hostiles etiam regiones appetens, propriis eorum com meatibus opibusque exercitum tuum abunde sustentaris ditarisque anno fere integro; ipsos autem fame con-

fectos et consumptos prope ad interitum redegeris? O Achillem Gallicum! O LUDOVICI MAGNI incrementum illustre! O consummatæ jam virtutis ac militaris scientiæ magistrum! Sic per te fracta nempe tot hostium contumacia. Sic Liliorum Francicorum splendorem non tueris modo, sed mire auges et amplificas.

Ergo si viveret Horatius noster his temporibus, quam strenue Druso majorem celebraret! Quanto alacrius de te, SERENISSIME PRINCEPS, prædicaret:

Vindelici . . .

Sensere quid mens rite, quid indoles

Nutrita faustis sub penetralibus

Posset.

Porro crescat interim, feliciter adolescat, bonis omnibus disciplinis instituatur atque firmetur triplex Regni spes et columen: Serenissimos dico Principes BURGUNDIÆ, ANDEGAVENSIUM, BITURIGUM Duces: quos tuarum atque LUDOVICI MAGNI virtutum æmulos universus orbis jam jamque sperat, reveretur, reformidat. Crescant illi, ad nostrum præsidium; dotibus regiis instruantur ad terrorem hostium; augeantur virtutibus ad Religionis firmamentum; denique his omnibus in dies inclarescant, ad Patris Avique gloriæ cumulum.

His quidem illos votis Franci omnes amantissime prosequuntur; dum tu nova paras bella, novosque adornas triumphos. Ego demum obsequio studioque non ultimus saltem accinam:

Contende felix ad decus optimum,

DELPHINE Princeps, Gloria cui præit:

Quodcumque (sic fatis statutum)

BORBONIUM est, decet esse summum.

J. M. GESNERI

PRÆFATIO.

ADEO ab omnibus inde sæculis sategerunt circa Horatii Flacci Eclogas Librarii, Interpretes, Critici, ut possit homo diligens, cui Bibliothecæ pateant, facile librum mediocrem vel sola hujus Poëtæ enarranda Historia literaria implere.

Et tamen, quod sine injuria cujusquam hominis simpliciterque dictum volumus, desideratur a multis inde annis Editio quæ primum verba Auctoris, quantum potest, integra atque emendata repræsentet, neque superioris barbariei vitiis horrida, neque eadem corrupta et interpolata a Criticis.

Quod ut judicari melius possit, adjici optabam Varietatem Lectionis, sive ab antiquis librariis ea profecta sit, sive a recentiorum hominum invecta ingeniis, non omnem illam quidem, quod infinitum est, et in libro, qualem hic describimus, non necessarium, sed eam, quæ vel sententiam Poëtæ, vel veterem Orthographiam mutet, vel aliud memorabile habeat, quod non ignorare velit aliquis mediocriter horum studiorum curiosus. Nam qui plane se illis dedidit, his nihil nimium est. Hoc igitur alterum erat, quod requirebam.

Denique cum plurimi, quin plerique sint Horatianæ elegantiae studiosi, qui vel per ætatem, vel per quascumque alias vitæ suæ rationes, non possint satis intelligere Poëtam, novatorem in verbis nonnunquam, multa e Græco fonte

licentius derivantem, sæpe ad Fabulas, Historias, Geographiam, Genealogias, Personas sua ætate nobiles, post paulo ignorantiae quadam nocte sepultas, alludentem; quibus neque vacet, neque alias integrum sit ad alios libros transire, magnos commentarios volvere, qui præsertim destituant sæpe, ubi minime opus erat, studiosos; hac ergo conditione cum et major et nobilior pars sit lectorum Horatii; optabile sane erat talium exemplarium extare copiam, quæ breves, ne onerent et velut obruant ipsum Poëtam, sed, quantum præstari potest, bonas interpretationes eorum locorum habeant.

Spectabant hoc prudentes viri qui Delphino tum suo, et per hunc studiosis reliquis, parari jubebant eorum, qui Classici vocantur, Latinorum Scriptorum Editiones: sed quantum h. e. quam parum quidam, quam nihil plerique profecerint, sæpe jam homines eruditi conquesti sunt.

Horatio illud commode præter plerosque accidit, quod inventi sunt mature Grammatici, qui vel nomina Horatiana libris explicarent, vel Scholia et Annotationes scriberent, quibus ea loca declararent, quæ obscuritatem aliquam ab iis, quas commemoravi modo, causis contraxerant; qui præstarent Horatio, quod suo Boilavio nostra memoria præstitit, ab ipso adjutus auctore, Brossettus; cujus absque commentario, quotusquisque Gallorum ipsorum hodie intelligeret Boilavium? Antiquissimi ergo eorum, quos hodie Scholiastes vulgato nomine appellamus, discere multa ex senibus vel ex libris poterant, quorum postea memoria intercidit.

Horum si hodie sinceri extarent commentarii, ad eum modum, ut Asconii Pediani quædam Ciceronis Orationum interpretamenta habemus, mire inde adjuvaretur jucundissimi Poëtæ intelligentia. Sed dolendum est, ita a posterioribus priorum labores esse corruptos, truncatos, interpolatos, uti nunc opus sit homine subacti multo usu et longa consuetudine judicii, qui veteris purpuræ lacinias, interdum vix filamenta, eruere ex istis centonibus, et inde lucem suam dare Horatio possit. Si quis talis nanciscatur

etiam antiquissimorum exemplarium copiam, et adhibeat ad eam rem patientiam satis longam, ille forte hic inde adhuc ultra Baxterum Flacco prodesse queat.

Nempe ad hoc nunc veniendum est. WILLIELMUS BAXTERUS,^a vir doctus, Richardi nobilis Theologi fratre genitus, ὀψιμαθής ille quidem, sed item tamen πολυμαθέστατος, qui in literis antiquariis Britannorum suorum, tum Græcorum Romanorumque, et institutione puerorum, et re tenui, consenuit, auctor ‘Glossarii Antiquitatum Britannicarum,’ dedit Londini CIΘΙΩCCI, 8vo. ‘Q. Horatii Flacci Eclogas,’ cum scholiis ‘præcipue antiquorum Grammaticorum, Helenii Acronis, Pomponiique Porphyronis, quorum reliquias fœdis interpolationibus purgatas ac fere integras reponere’ se putabat. Utrum suo solius ingenio et iudicio in censura illa delectuque versatus sit, an adjumenti quicquam ex antiquis libris habuerit, nusquam, puto, indicat: sed dum de præsiidiis externis tacet, fatetur, credo, nulla se habuisse.

Ceterum mihi non est dubium, quin plerumque certe bene iudicavit ‘vir reconditæ eruditionis,’ ut illum appellat severus censor Bentleius ad 1. Od. 3. 20. qui ‘docti interpretis’ elogium illi non invidet, neque eum reprehendit, ut ad 11. Sat. 3. 28. it. 11. Sat. 4. 67. Et sane eruditus est, ac doctrinæ melioris aliquid nobis impertit, etiam cum errat, aut nimis indulget ingenio; id quod præcipue circa illas Dilogias, i. e. Allegorias, tantopere amatas viro, contingere observo, v. g. 1. Od. 15. et 28. et 34. it. 11. Od. 1. 11. et 3. 3. et 4. 1. atque 6. denique Epodon XIII. 12. in quibus locis parum videtur memor fuisse eorum, quæ salubri consilio ipse monuit ad 1v. Od. 7. 10. (vid. Addend.^b) sed ut simul moneret de ‘tribus horis,’ s. anni tempestatibus, quod nescio an Latinis literis proditum sit. Quod posteriori Editione amarus interdum videtur in Bentleium, forte ab illo contemptum se putabat, (vid. ad 1v. Od. 14. 10.)

^a Qui de viri Vita et Libris editis ineditisque doceri volunt, adire debent Biographiæ Britannicæ tomum primum.

[^b Ad Baxteri sc. Notam in Ed. Gesn.]

forte morosulum senectus fecerat, forte ne destinarat quidem typis omnia, quæ illuserat marginibus libri sui.

Quæ cum ita sint, Baxteriana exemplaria Horatii commendare solebam junioribus amicis; et nunquam forte de edendo Horatio cogitaturus ipse fueram, illorum si copia fieri studiosis in Germania potuisset. Sed cum visum esset librum ita utilem, ita commodum, parabilem etiam facere nostris, nolebam illum sine dote aliqua a me dimittere, idque eo minus cum præter ea, quæ quadraginta amplius annorum cum Flacco familiaritas, et usus aliquis earum rerum, quibus hic opus est, subjicere poterant, etiam a fortuna offerrentur quædam ornandæ Editionis præsidia. Quare statui tribus illis generibus, quæ in ipso ingressu commemoravi, augere, pro præsentî copia et voluntate, Baxteri Editionem.

Ac primo quidem non tam hoc egi, ut emendarem Horatium, quod munus cumulate, et forte plus, quam opus erat, illi præstitum arbitror; quam ut ab intempestivis emendationibus, h. e. corruptionibus illum tuerer, et in statum velut suum assererem.

Quo plures lectores et studiosos habuit Horatius, eo plures illi etiam manus admovere emendandi causa conati sunt, non æquo successu, dissimili nimirum ipsi ingenio doctrinaque. Ingeniosi et eruditi viri sibi placuerunt, si quid exsculpere possent elegantia Horatii, ut ipsi arbitrabantur, dignius: sed primum illud ipsum iudicium, Quid sit in scriptore prope bis mille annorum elegantius; difficile est et ita multis sæpe rationibus involutum, ut merito hoc maxime in genere quo quis est doctior, tanto majoris modestiæ causas habeat.

Et si demus viris doctis, (quod cum universim negari propter humanæ naturæ et rei ipsius conditionem non possit, tamen in hoc vel illo loco propter causam modo indicatam concedi vix ac ne vix quidem potest,) ipsos aliquid invenisse accepta Lectione melius, pulchrius; an ideo illud potius scripsisse Horatium, confectum est? Licuitne dormire, hallucinari etiam Horatio?

Quid scripserit Flaccus, ea quæstio historica est: in ea testibus, h. e. libris antiquis, consentientibus præcipue, credendum, quamdiu ipsi sibi fidem non abrogant, quamdiu non dicunt aperte repugnantia. Sed videntur interdum repugnare, quæ, circumspecta rite omni circumstantia, in concordiam possunt redigi eo, ut in musicis, jucundiorum, quod habent aliquid pugnae admistum. Tali *ὑπόμνημα* non observata fraudi fuere nonnunquam Bentleio V. C. 11. Sat. 5. 79. et 103. Si quid autem sit etiam, quod a vitiosa repugnantia liberare non possim, non ideo urere et secare licet, non grassari in libros, ut in discipulorum pensa solet emendatrix manus præceptoris: sed nisi ita mollis, ita liquida, ita clara, ita unica sit emendatio, plane uti dubitare homini rerum perito non liceat, modestiæ nostræ et bonorum librorum integritati potius ita consulamus, ut in margine, quid nobis videatur, indicemus.

Dici non potest, quam facile sit hic falli, labi, corrumpere quod emendare velis. Cum concedatur senibus *πρῆξις*, dicam quid mihi usu venerit. Fuere ab adolescentia inde mea amici, eruditi sane homines et ingeniosi, qui subinde accusarent meam in emendationibus vel alienis vel meis admittendis tarditatem. Sed fateor ingenue, aliquoties tamen cum omni illa, quam ego cautionem appellabam, ipsi timiditatem, aliquoties mihi usu venisse, ut aucto scilicet rerum verborumque usu, retractandæ essent emendationes, quæ valde mihi placuerant.

Quo minus pœnitet in Horatio causam receptarum Lectionum suscepisse nonnunquam contra ipsum Bentleyum, etiam ubi irascitur, (ut ad Art. Poët. 441.) quod solent nonnunquam viri docti, cum putant iniquum esse librariis semibarbaris plus fidei haberi quam suæ rationi, hoc est rectæ: quasi vicissent vero suam rationem hic esse rectam. Contra hanc Criticorum quorundam vehementiam armatum pectus habere debet Horatii præsertim Editor, et malle cum Philoxeno ire in Lautumias, quam laudare non bonas, cujuscumque demum sint, quam recipere pulchras quantumvis, sed minus necessarias, emendationes.

Qui hoc potest, ille multo minus movebitur ab iis, qui vel omnium bonarum rerum rudes, vel certe suavitatis poëticae expertes, aut non satis familiariter versati cum scriptore, quem contrectare audent, corrigere aliquid et emendare conantur. Talia multa cum non ignorarem, præterii sciens, ac satis habui ipso silentio de illis judicasse. Eandem fere rationem tenui circa portentosos Harduini conatus, qui in Pseudo-Horatio, parte Operum Varior. Amst. 1733. fol. Lyrica opuscula omnia, qua solebat importunitate et impudentia, veteri Horatio, cujus esse fatetur Sermones atque Epistolas, abjudicata, cohorti impuræ, in cerebro ipsius nidulanti, ascribit, quæ sæculo XIII. ea confinjerit et antiquis hominibus per fraudem subjecerit, quæ puerili credulitate Ciceroni, Virgilio, ceteris, cruditi omnes, antequam ipse exoriretur, tribuerint. Hujus, speciminis causa, portenta quædam insignia deportavi; ceterorum ne mentionem quidem faciendam censui.

Nec valde commemorabiles putabam ulla Trajectiones, quas Dan. Heinsius, et Boivinus, et non ita pridem Aldrichius,^c commenti sunt; quod genus emendandi tum demum probabile fit, cum potest ratio perturbationis vel folii unius pluriumve trajectione, vel ex verborum eorundem repetitione, ita clare demonstrari, ut oculis cerni et prope manu teneri res possit, quomodo curatum a nobis Demosthenis Encomium Lucianum arbitramur.

An huc referimus etiam illam Sanadonis, ingeniosi sane atque eruditi hominis, Ordinationem Odarum Horatii, quæ, ne quid aliud dicamus, repugnat non libris modo omnibus, quorum ad nos memoria pervenit, sed cum ceteris Grammaticis,^d tum Diomedii, qui Prisciano certe et sexto sæ-

^c Qui II. Sat. 3. plane aliter ordinavit, ad cujus mentem ea Ecloga expressa est in calce Baxterianæ secundæ. De Heinsii et Boivini conatibus vid. Benth. ad II. Epist. 2. 87.

^d Excipio solum Priscian. I. 14. p. 997. med. ubi citatur Horat. in I. Car. 'Ludere cum vitulis salicto Prægestientis;' quod est II. Od. 5.

9. Sed licet ita sit etiam in editionis Aldinæ et Basileensis exemplaribus, non dubito quin sphalma sit illi simile quod I. 6. p. 689. med. tanquam ex primo citatur versus Horatii II. Od. 15. 14. 'Nulla decempedis,' &c. quod ipse Priscianus emendat, qui I. 8. p. 794. pr. laudat ex 'secundo.'

culo nostro est antiquior, idemque Odas omnes Poëtæ eo ipso ordine, quo habentur in libris nostris, recenset? Poëtam quidem ipsum primo libros tres Carminum, deinde intervallo longo interposito quartum edidisse, auctor est Suetonius in Vita; cui rei plane Sanadoni institutum repugnat.

Sed operæ pretium est, h. e. studiosis Horatii, qui Bentleianum exemplar ad manus non habent, accommodatum, poni post hanc Præfationem locum integrum ex Præfatione viri magni, quo tempora librorum Horatii ordinat; de quo hoc certe confirmare possum, me, dum recenseo singulas Eclogas, diligenter attendisse, si quid esset Bentleianis temporum rationibus adversum, nec deprehendisse quicquam, quod momentum aliquod ad eam evertendam haberet, licet quibusdam Eclogis non improbabili ratione forte tempus etiam aliud, recentius præsertim, possit ascribi. De Sæculari Carmine suo loco satis dictum, et laudatum ingenium Sanadoni. Possit aliquis Drama velut quoddam non absimile contexere ex iis, quæ in Canidiam scripta sunt, si jungat 1. Sat. 8. Epod. v. et xvii. denique 1. Od. 16. qui ipse ordo ex argumento elucens pulchre Bentleianam de temporibus hypothesin confirmat.

Quæ adhuc disputavi, ea ad illam fere partem consilii mei pertinent, quod statui conservare, quantum in me est, Horatii verba, ordinemque Poëmatum, ut ea ex antiquis libris ad nos pervenere. In Varietate Lectionis, quam alteram dotem Editionis nostræ volebam esse, modum servare eum volui equidem, quem optimum mihi videri supra indicavi. Notarum, quibus ea in re usus sum, explicationem deinde ponam, et eadem indicabo auxilia hujus Editionis, eorumque auctores.

Qualem optarem interpretationem Horatii, id ipsum quoque supra ostendi, eamque rationem pro virili parte secutus sum. Bene dicta ab antiquis Scholiastis et Baxtero non opus habebant mea confirmatione: si quid secus sentirem, in iis locis, qui momentum aliquod habere viderentur, indicavi libere: ceterum hic moneo, silentio me meo

non probare voluisse quicquam; sed uti de meis observationibus, ita de Baxterianis integrum lectori relinquere. Itaque iniquus fuerit, si quis cogere me velit ad præstanda omnia, quæ vir doctissimus posuit. Ceterum, quod jam innui, eam suis est meritis opinionem consecutus Baxterus, ut neque cum sine teste in re antiquaria loquitur, fides illi temere neganda sit.

In refutandis aliorum interpretationibus rarissime occupatus fui; satis habui in iis locis, quæ non recte tractata arbitror, eam ponere sententiam, quæ vera mihi videtur vel certe aliis probabilior. Si quid mihi invito exciderit, quo vel Religio in Deum lædatur, vel Humanitas, illud ne dictum volo, et mea primus sententia ultro damno.

Scrib. Gottingæ XIII. Kal. Octob.

CICDCCLL.

DE

TEMPORIBUS LIBRORUM HORATII

ET POEMATUM ADEO

RICH. BENTLEII

SENTENTIA.

MAGNO quidem studio et acerrima contentione post Tanaquilli Fabri operam clarissimi viri Dacerius Massonusque in hanc arenam descenderunt; quorum equidem acumen et eruditionem in partibus laudo; in operis vero summa totoque constituendo rem eos infeliciter admodum gessisse censeo. Horum enim rationibus, et Carminibus, et Epodis, et Sermonibus, Epistolisque scribendis uno ac eodem tempore vacavisse Nostrum necesse est; et singula quæque Poëmata separatim in vulgus edidisse; quorum utrumque a vero alienum esse mihi pro comperto est. Quippe omnibus, qui ejusmodi Poëmata scripserunt, id in more erat, ut non sparsas Eclogas, sed integros Libellos semel simulque in lucem ederent. Ita Catullus fecit, ut ex Epigrammate 1. constat: 'Cui dono lepidum novum Libellum:' ita Tibullus; quem vide Elegia 1. libri tertii, vs. 7. et 17. ita Propertius Eleg. 1. librorum II. III. et IV. ut et libri II. Elegia X. vs. 25. et XIX. vs. 39. ita Virgilius Bucolica dedit, uti patet ex ultimo illo: 'Extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborem:' ita Naso Amorum et Tristium et Ponticorum libros, ipso

teste: ita Staius Sylvas suas: ita Martialis Epigrammata, ut Præfationes eorum fidem faciunt: ita Persius Satiras; Phædrus et Avienus Fabulas: Ausonius, Prudentius, Sidonius, Venantiusque, sua Carmina; quod ex eorum Prologis abunde patet. Quid quæris? Ipse quoque Horatius Libellos suos junctim editos aperte indicat; primum Carminum librum ex Prologo; secundum tertiumque ex Epilogis; Epodos ex illo XIV. 'Inceptos olim promissum carmen Iambos Ad umbilicum adducere;' Sermonum priorem librum ex versu ultimo, 'I puer atque meo citus hæc subscribe LIBELLO;' posteriorem ex Prologo: priorem vero Epistolarum et ex Prologo et ex Epilogo. Quartum vero Carminum et Epistolarum secundum 'longo' post cetera 'intervallo' emissos esse, plenissimum est Suetonii testimonium, quod qui aut refellere aut eludere conantur, inanem operam insumunt. His jam positis; primum Horatii Opus statuo Sermonum librum primum, quem triennio perfecit intra annos ætatis XXVI. XXVII. XXVIII. postea secundum triennio itidem, annis XXXI. XXXII. XXXIII. deinde Epodos biennio, XXXIV. et XXXV. tum Carminum librum primum triennio, XXXVI. XXXVII. XXXVIII. secundum biennio, XL. XLI. tertium pariter biennio, XLII. XLIII. inde Epistolarum primum biennio, XLVI. XLVII. tum Carminum lib. quartum et Sæculare triennio, XLIX. L. LI. postremo Artem Poëticam et Epistolarum librum alterum, annis incertis. Intra hos cancellos omnium Poëmatum natales esse ponendos, et ex argumentis singulorum et ex Annalium fide constabit. Inde est, quod in Sermonibus et Epodis et Carminum primo Cæsar semper, nunquam Augustus dicitur; quippe qui id nomen consecutus est, anno demum Flacci XXXIX. in sequentibus vero passim Augustus appellatur.^e Inde est,

^e Si recte annos Vitæ Horatii cum Varronianis Urbis Couditæ comparavit Massonus, Augusti appellationem suscepit Octavianus (ineunte A. U. C. 727.) anno adhuc Horatii XXXVIII.

quem libro primo Carminum adhuc attribuit ipse Bentleius: et ipse recte retinet veterem titulum 'Odæ secundæ libri primi ad Augustum.' Vid. dicta ibi ad vs. 29. Gesn.

quod in Sermonibus et Epodis Juvenem se ubique indicat; et quod sola Satirarum laude inclaruisse se dicit, ut Buccolicorum tum Virgiliam (1. Sat. 10. 46.), nulla Lyricorum mentione facta. In ceteris autem singulis procedentis ætatis gradus plenissimis signis indicat; idque tibi ex hac serie jam a me demonstrata jucundum erit animadvertere; cum Operibus juvenilibus multa obscœna et flagitiosa insint; quanto annis provector erat, tanto eum et poëtica virtute et argumentorum dignitate gravitateque meliorem castioremque semper evasisse. Ceterum ubicumque viri doctissimi extra limites hic positos in assignandis temporibus evagantur, toties illi in errores prolabantur. Facile quidem mihi foret id in singulis ostendere; verum unum modo alterumve hinc attingam, cetera tuæ industriæ relinquens. Libri 1. Carmen 21. ‘Dianam teneræ dicite Virgines,’ perperam Sæculare vocant, et ad Horatii annum XLIX. referunt; ringente Suetonio, qui tres Carminum libros ‘longo intervallo’ cum annum præcessisse testatur. Atqui nihil quicquam hic de ‘Sæcularibus ludis’ proditur; sed aut ad Dianæ aut Apollinis festum spectat, quorum illud mense Augusto, hoc Julio singulis annis celebrabatur. Eodem pertinet Catulli Carmen XXXV. ‘Dianæ sumus in fide;’ quod Sæculare etiam a viris doctis pessime inscribitur; cum nihil ibi de Sæculo habeatur, isque diu diem obierit ante ludos Augusti Sæculares. Tum et II. 17. Ad Mæcenatem ægrotum, immani parachronismo ad Horatii annum LV. ultra libri quarti tempora ablegant; idque levi et futili argumento, quod eo anno continua insomnia vexari cœperit Mæcenas triennio ante diem fatalem; quasi vero non plus semel in tam longa vita ægrotaverit, quem Plinius Major VII. 51. ‘perpetua febre’ ab adolescentia laborasse tradidit. Illud vero: II. Sat. 6. 55. ‘Quid? militibus promissa Triquetra Prædia Cæsar, an est Itala tellure daturus?’ non, ut volunt, ad pugnam Actiacam, annumque Flacci XXXV. referendum erat, nec ad Philippensem, annumve XXIV. quippe de agrorum divisione hic agitur, quæ post Siculam

de Pompeio victoriam et Lepidi deditioem in Campania, alibique facta est, anno Flacci XXXI. ut disertis verbis narrat Dio pag. 456. 457. Plutarchus Antonio pag. 941. Paterculus II. 81. et Appianus p. 1176. Alia omnia pari felicitate refutari possent; sed his frui et vale.

Q. HORATII FLACCI

V I T A,

AUCTORE

C. SUETONIO TRANQUILLO.†

Q. HORATIUS FLACCUS, Venusinus, patre, ut ipse quidem tradit, libertino^a et exauctionum^b coactore; ut vero

† Suetonium Tranquillum constat Libellum scripsisse de Poëtis, quo eorum Vitas complecteretur. Vid. Isid. Orig. viii. 7. Ex eo servarunt viri docti Vitas Lucani, Terentii, &c. Jam in codicibus antiquis reperta est vita Horatii, quæ diserte tribuere-
tur Suetonio. Eam primus P. Nannius e cod. Buslidiano Miscellaneorum suorum libri iii. cap. i. inseruerat. Deinde e cod. Bland. antiquiss. a Bernardino Laudano acceptam Muretus Editioni suæ a. 1555. præfixerat, sibi que primus edere perperam visus erat. Post et Cruqu. ex eodem cod. edidit. Mendosissima initio erat, sed viri docti post e vetustis Mss. et conjectura pleraque emendarunt, imprimis Rutgersius, Gronovius, Casaubonus, Vossius. Sed essetne ea Vita omnino Suetonii, necne, dubitatum est. Qui istud defendunt, urgent fere similitudinem dictionis cum stylo Suetonii. Quæ licet negari nequeat, tamen admodum infirmum e tali similitudine argumentum est. Illud autem gravius, quod Porphyrius ad Epist. ii. l. pr. scri-

bit: ‘Apparet hunc librum hortatu Cæsaris scriptum esse. Cujus rei etiam Suetonius auctor est; nam apud eum Epistola invenitur Augusti, increpantis Horatium, quod non ad se quoque plurima scribat.’ Hoc inquam plus momenti habet; quamquam et, si durior sis, dicere possis, non ideo necesse esse, ut hæc, quam hodie habemus, Horatii Vita a Suetonio sit, nam posse nihilo secius Grammaticum seriorem ejus auctorem esse, et modo illud de Augusto e Suetonio sumpsisse. Sed vel sic facile inducimur ad rectissimum de hac Vita iudicium: esse eam omnino a Suetonio, sed Grammaticos et librariorum Monachos, qui illam transcriberent, vel omisisse, in suo quemque exemplo, quædam, vel alia de suis interpolasse; quod ultimum de infami illo loco de speculato cubiculo certissimum est. Ceterum Porphyrius etiam Vitam Horatii scripsisse, ipse testatur ad i. Sat. 6. 41. *Jani.*

^a *Libertino]* Vide i. Sat. 6. 45. *quidem* deest in quibusdam editis; etc.



creditum est, salsamentario, cum illi quidam exprobrasset in altercatione: 'Quotiens ego vidi patrem tuum brachio se emungentem!'

Bello Philippensi, excitus^c a M. Bruto Imperatore, Tribunus Militum meruit; victisque partibus, venia impetrata, Scriptum Quæstorium comparavit; ac primo Mæcenati, mox Augusto in gratiam insinuatus, non mediocrem in amborum amicitia locum tenuit. Mæcenas quantopere eum dilexerit, satis demonstratur^d illo Epigrammate:

Ni te visceribus meis, Horati,
Plus jam diligo, tu tuum sodalem
Ninnio videas strigosiorum.

gantius adest in Mss. Pro *exactionum*, quod vulgo legitur, præclare emend. Gesn. *exauctioñum*, h. e. finitarum, s. peractarum auctioñum, i. e. venditionum publicarum; in quibus et 'præcones' essent, h. e. qui starent ad hastam, oblataque pretia enuntiarent, et 'coactores,' h. e. qui ab his, quibus attributæ fuissent in auctione singulæ res, pretium exigendum, s. colligendam pecuniam in se reciperent, pacta centesima parte; ut apparet e Cic. Rabir. Post. 11. Tale munus obierat Horatii pater, et inde reculam sibi compararat. Cf. 1. Sat. 6. 91. Pro *ut vero*, quidam libri ap. Rutg. *ut vere*, unde Casaub. *legebat fere. Salsamentarius*, qui salsamenta facit, vel vendit, ἀλλαντοπώλης. Dacer. vertit *un charcutier. Imungentem pro emungentem* in libris Rutgersii, et sic Baxt. *mungentem* Casaub. Laudatur Auct. ad Heren. iv. 54. 'Ut si salsamentarii filio dicas: quiesce tu, cujus pater cubito se emungere solebat.' Vereor autem, ne hæc: *ut vero creditum emungentem*, a librario sint. Jani.

^b *Exauctioñum*] Ita legendum censeo, pro eo quod erat *exactionum*. Cur non possit finita et peracta Auctio dici 'Exauctio,' uti 'Exædifica-

tio' perfecta ædificatio, et 'Excousul' funetus Consulatu? Vide ad 1. Sat. 6. 87. Baxt.

^c *Excitus*] Liber Puteani ap. Rutgers. *exercitus*, mendose. *Scriptum quæstorium* intelligo munus scribæ, a quæstore in decuriam lecti; qui 'scriptum facere' dicitur. Cf. Liv. ix. 46. xl. 29. Jani.

^d *Testatur pro demonstratur*, liber Puteani, et sic Baxt. *monstratur* Valart. Siv. In altero et tertio Epigrammatis Mæcenatiani versu magna varietas est. V. 2. alii ap. Rutg. habent *Titum*, cod. Put. *tutum*. V. 3. apud Cruquium et Rutg. est, *Hinno me videas*. Muretus edidit, *Nimio*, v. Nannius, *Mimo me v.* Baxterus emend. *Minno*, h. e. ove glabra. Gronovius conj. *Titii sodalis Ginno*, ut ludatur in Titium quendam, strigoso ginno, h. e. mulo veli solitum. Dacer. *Ninno mc.* Vossius, Lindenbrog. et Pithæus, *Ninnio videas*; dieitque Vossius, fuisse eo tempore Romæ poëtam Ninnium Crassum, qui ita esset macilentus et siccus, ut in quotidianos jocos abisset. Metrum non obest; nam etiam apud Catullum Hendecasyllabi multi a Trochæo incipiunt; et decet Mæcenatem talis negligentia. Modo illud de Ninnio

Sed multo magis, extremis^e judiciis, tali ad Augustum Elogio:^f ‘Horatii Flacci, ut mei, esto memor.’

Augustus Epistolarum quoque ei officium obtulit, ut hoc ad Mæcenatem scripto significat: ‘Ante ipse sufficebam scribendis Epistolis amicorum;^g nunc occupatissimus et infirmus, Horatium nostrum te cupio adducere. Veniet igitur ab ista parasitica mensa ad hanc regiam, et nos in Epistolis scribendis adjuvabit.’

Ac ne recusanti quidem aut succensuit quicquam, aut amicitiam suam ingerere^h desiit. Extant Epistolæ, e quibus argumenti gratia pauca subjeci: ‘Sume tibi aliquid juris apud me, tanquam si convictor mihi fueris: quoniam id usus mihi tecum esse volui, si per valetudinem tuam fieri potuisset.’ⁱ Et rursus:^j ‘Tui qualem habeam memo-

Crasso certius esset. *Ninnio* haud dubie recte legitur, quod comparanti varietates allatas facile patebit; tum et gratior existit structura ejecto *me*. *Ninnium* possis explicare parvum mulum, alias hinnum, s. ginnum, item ninnum dictum. Sed mihi elegantior videtur jocus, si suspiceris, esse nomen hominis vulgaris, nobis nunc ignoti, tunc a macritudine notissimi. Nam et *Ninniam* Campanam gentem fuisse apparet e *Liv. xxiii. 8.* et ingeniosus tunc lusus est in epitheto ‘strigosus,’ quod proprie de jumentis dicitur. Volo, ut, qui nunc, instar tui, bene curatus et pinguis sum, (is enim fuisse videtur,) strigosior fiam *Ninnio*. *Cl. Sivry* ita: *me Titi sodalis* (sacerdotis e collegio Titiorum sodalium) *ginno tu videas, &c.* quod sit prope idem, ac si hodie dicatur in Gallia: *plus efflanqué que la rosse d’un curé de village*. *Vereor*, ne multi hoc pro acumine Gallico habituri sint. *Idem*.

Cicero in *Verr.* clare ostendit cuius e Libertinis nonnullis corrogatis Decuriam Scribarum emere licuisse. *Idem*.

^e *Extremis Esquiliis* ap. *Cruquium Delph. et Vur. Clus.*

legitur, et sic vulgo, nullo sensu; sed apparet, irrepsisse ex fine hujus *Vitæ*. Rectius cod. *Reg. ap. Rutgers. extremis judiciis*, h. e. testamento; quod vel ‘judicium’ dicere, vel ‘supremum,’ ‘extremum,’ i. e. solenne *JCTis antiquis*.—ad *Augustam* liber *Pntean.* ut de *Livia* dicatur: male. —*eclogio* vult *Gesn.* Sed bene habet *elogium*, testamentis proprium vocabulum (v. *Gesn. Thes. v. Elogium* n. 8.); h. l. brevem commendationem significat. *ut mei*, h. e. tanquam ego esset. *Jani.*

^f Pro *Elogio* reponendum duxi *Eclogio*, de qua voce vide *Eruditissimum Jacobum Gutherium, De Jure Manium. Baxt.*

^g *Epistolis amicorum*, ad amicos.—*a te cupio abducere* *Bentl.* nescio unde.—*parasitica mensa*, h. e. qua ut parasitus fruitur, np. apud te, cui nulla officia præstat.—*regiam mensam* ferre non potest *Rutgers.* quia ap. *Romanos* regis nomen invidiam habuerit. Sed nihil vetabat ad amicum sine scribere, inprimis per jocum. *Jani.*

^h *Suggerere* ap. *Cruqu.* et vulgo; sed *ingerere* cod. *Reg. Rutgers.* et *Muret. destitit Gesn. Sivry. Idem.*

ⁱ *Fieri possit*, vel *posset*, vulgo le-

Horat.

B

riam, poteris ex Septimio^k quoque nostro audire; nam incidit, ut illo coram fieret a me tui mentio. Neque enim, si tu superbus amicitiam nostram sprevisi, ideo nos quoque ἀνθυπερφροῦμεν.[?]

Præterea sæpe eum, inter alios jocos, ‘putissimum^l penem et homuncionem lepidissimum’ appellavit, unaque et altera liberalitate locupletavit. Scripta quidem ejus usque adeo probavit, mansuraque perpetuo^m opinatus est, ut non modo Sæculare Carmen componendum injunxerit, sed et Vindelicam Victoriã Tiberii Drusique privignorum suorum; eumque coëgerit, propter hoc, tribus Carminum Libris ex longo intervallo quartum addere: post Sermones vero lectos quosdam nullam sui mentionem habitam ita sit questus: ‘Irasciⁿ me tibi scito, quod non in plerisque ejusmodi scriptis mecum potissimum loquaris. An vereris, ne apud posteros infame tibi sit, quod videaris familiaris nobis esse?’ Expressitque Eclogam,^o cujus initium est:

Cum tot sustineas et tanta negotia solus,
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes; in publica commoda peccem,
Si longo sermone morer tua tempora, Cæsar.

gitur, sed sensus requirit *potuisset*, uti mox pro *habeo* legi jubet Latinitas *habeam*. Idem.

^j Illa transeundi formula, *Et rursus*, aperte a Monacho est, ex noto καὶ πάλιν in Sacris Literis. Equidem omnia illa, *Extant Epistolæ . . . ἀνθυπερφροῦμεν*, emblema e margine esse puto, at ex antiquo tamen alio scriptore sumtis ipsis Epistolarum Fragmentis; quæ profecto non ab inepto Grammatico, sed genuina esse, facile esse sentire. *Idem*.

^k Septimius est ille, ad quem est II. Od. 6. et de quo loquitur I. Epist. 3. 9. et I. 9. 1.—ἀνθυπερφροῦμεν, vicissim sumus; sic Cruqu. Muret. Rutg. Minus bene alii post Nauni-um ἀνθυπερηφανοῦμεν. *Idem*.

^l *Putissimum*, antique pro ‘purissi-

mum,’ quod ipsum alii exhibent. *Pennem* vulgo, et per jocum familiarem, simpliciter pro homine, vel, quod statim sequitur, homuncione, Romæ dictum fuisse puto, ut ‘cunnus’ simpl. pro fœmina dicebatur; ut *putissimus p.* sit homo integerrimus et carissimus, nil amplius. *appellavit*, sic legendum; vulgo *appellat*.—*una atque altera* male Dacer. explicat ‘duabus,’ et in eo se torquet. *Idem*.

^m Post *perpetuo* in Blandin. cod. lacuna erat, quam explent fere *credidit*; sed Rutg. e cod. Reg. *opinatus est*.—*Vindelicam v.* Est IV. Od. 4. 18. et 14. 8. *Idem*.

ⁿ *Iratum* quidem editi, item mox pro *Eclogam* male *elogium*. Est Epistola lib. 11. *Idem*.

^o ‘*Eclogas*’ enim antiqui omnis

Habitu corporis brevis fuit atque obesus, qualis et a semet ipso in Satiris^p describitur, et ab Augusto hac Epistola: ‘Pertulit ad me Dionysius^q libellum tuum, quem ego, ne accusem brevitatem, quantuluscumque est, boni consulo. Vereri autem mihi videris, ne majores libelli tui sint, quam ipse es. Sed si tibi statura deest, corpusculum non deest.’ Itaque licebit in sextariolo^s scribas, cum circuitus voluminis tui sit *ὀγκωδέστατος*, sicut est ventriculi tui.’

generis poëmata breviora dicebant, non solum, ut vulgo, Idyllia. *Idem.*

Elogium al. male, puto. Est autem Ecloga, s. Epistola libri secundi prior. *Ges.*

^p *In Satiris*, np. 11. Sat. 3. 309. Huc etiam pertinet 1. Epist. 4. extr. E margine suspicor esse hoc, in *Satiris*; nam recentiorum Satirarum appellationem esse videbimus. *Jani.*

^q *Dionysius* haud dubie servus vel libertus Augusti. Pro *ne accusem brevitatem*, liber Pnt. habebat *accusarem*; Regius, *ut accusantem*, unde Bentl. *ut te accusem*. Male omnia. Regius codex videtur cum lacuna habuisse, *ne accus. . . . atem*. *Idem.*

^r Codex regius cum lacuna exhibebat: *Sed si tibi statura deest, . . . unde est*. Et sic Bentl. Unde Casaub. conj. *venter abunde est*. Facile apparet, perisse *corpusculum*, et literam primum ex *non*.—in *sextariolo* (quæ est mensura antiqua et aridorum et liquidorum, sexta congi pars) *scribere* vel prudenter negligunt Intpp. vel putant, juberi Horatium in *sextariolum*, tanquam in museum irrepere; quo joco nihil posset frigidius excogitari. Rectissime unus Gesnerus rem expediit. Constat, veteres volumina sua super bacillo, vel longiori vel breviori, convolvisse. Jam *sextariolis* admodum brevis seu humilis fuerit oportet, vel axim superante diametro. Itaque humanissimo joco Augustus brevitatem libri Ho-

ratii, cuius lectione non satiatus esset, accusat. Si vis, libros tuos te ipso non majores esse, cogites, tibi, licet non longum, at crassum corpus esse: et sic licet, bacillo brevissimo, per me vel *sextariolo*, involvas scripta tua, cum, h. e. dummodo, quod longitudini deest, ut in te, circuitu compensetur. *ὀγκωδέστατος*, quam *crassissimus*. Mire corrupta est hæc vox, in editis quoque; e. g. *οἰκωδέστατος*, *ὀθηκωδέστατος*, &c. Sed non dissimulandum, h. l. in Vita Horatii ap. Nannium, Cruquium, Muretun, et vulgo, sequi locum inhonestissimum, qui turpem maculam tanto viro asperserit: *Ad res venereas intemperantior traditur; nam speculato cubiculo scorta dicitur habuisse* (sic) *disposita, ut quocumque respexisset, ibi ei imago coitus referretur*. In quibus etiamsi forte a Latinitate ferri possint, *speculatum cubiculum*, et, *disponere scorta*; at narratio ipsa ita absurda et *ἀσώτατος*, ita aperte e Senecæ Nat. Quæst. 1. 16. de Hostio quodam, dissolutæ nequitiae homine, narratione, permutato nomine ducta, ut nullum esse dubium possit, quin ab inepto Grammatico ille pannus interpolatus sit. Doctissime inpr. Ill. Lessing. Opp. t. III. p. 11. 30. cum resecurit. Tacite Dacer. et Baxterus omiserunt. *Idem.*

^s Nemo, quod sciam, neque quærit, neque docet, quid sit in *sextariolo scribere*. Nam quod jubent correpe-

Vixit plurimum in secessu ruris sui Sabini aut Tiburtini,^t domusque ejus ostenditur circa Tiburni luculum. Venerunt in manus meas et Elegi sub ejus titulo, et Epistola prosa oratione, quasi commendantis se Mæcenati; sed utraque falsa puto. Nam Elegi vulgares, Epistola autem obscura; quo vitio minime tenebatur.^u Natus est VI. Idus Decembris, L. Cotta et L. Torquato Coss. Decessit V. Kal. Decemb. C. Marcio Censorino et C. Asinio Gallo Coss. post nonum^w et quinquagesimum annum, hærede Augusto palam nuncupato, cum urgente vi valetudinis non sufficeret ad obsignandas testamenti tabulas. Humat^v et conditus est extremis Esquiliis juxta Mæcenatis tumulum.

re cum suo aqualiculo Poëtam intra sextariolum, tanquam in lecticam lubricatorium, sive 'Cabinetum,' ut hodie vocamus, et ibi contractis pedibus scribere, Angli juvenes, quorum deinde insectatio Bentleii commemorabitur, illos risum quærere apertum est. Ceterum hæc videtur esse Epistolæ sententia. Humanissime accusat Augustus brevitatem libri Horatii, eoque ipso indicat, se lectione illius non satiatum. Jocose autem impingit Flacco brevitatis illius consilium, vereri illum, ne se ipso majores sint libri, quos ederet. Ad-
dit, si velit Poëta volumina facere sui similia, debere illa non longa quidem esse (cogita hic, lector, volumen in bacillo suo vel longo vel brevi convolutum), sed tamen crassiuscula. *Itaque licet* pro illo bacillo, cui involvitur charta, adhibere sextariolum, cylindrum brevem sed proportionem crassum, (ut si axim æquet vel superet adeo diametros, quod in mensuris parvis liquidorum, magis etiam aridorum, solenne est) *quo* (ita legendum pro cum, quod ortum videtur ex quom in quod ñ quo primum forte corrupta est), h. e. ut, *circuitus tui voluminis* propter illum cui involutum est

sextariolum, sit tumidissimus, *sicut est circuitus ventriculi tui*. Ges.

^t Ex illis, *Sabini aut Tiburtini*, male quidam (Valart. etiam) duo prædia Horatii effinxerunt; quod vel ex II. Od. 18. 14. refellitur. Recte vidit Rutgers. prædium Horatii ita in confiniis agrî Sabini et Tiburtini situm putandum, ut dubium esset, utro pertineret. Talis erat et Catulli fundus, Carm. XLIV. 1. quem hinc male quidam eundem fuisse cum Horatiano putarunt. Sed ille haud dubie propior Tiburi fuit.—De Tiburni luculo vide I. Od. 7. 13. *Jani*.

^u *Quo vitio minime tenebatur*, np. obscuritatis. Id non impedit, quo minus multarum rerum cognitione opus sit ad ejus carmina intelligenda; qua qui polleat, dicendi genus Horatianum, universe spectatum, luculentum et perspicuum esse videat. *Idem*.

^v Pro VI. Id. Dec. liber Put. habet III.—In post nonum erravit vel Suetonius vel librarius, nam Consules dicti definiunt numerum annorum LVII.—*palam*, viva voce. Cf. Justin. Instit. l. II. t. X. §. 13. *Idem*.

^w Rutgersius ex Eusebiano Chronico reposuit *septimum*; Chronographi despiciant. *Bart.*

Q. HORATII FLACCI VITA

PER ANNOS DIGESTA.

U. C. Varr. 689. L. Aurelius Cotta. L. Manlius
Torquatus Coss. A. C. 65. Horatii 1.

HIS Coss. natum esse Horatium, non solum Suetonius auctor est, sed ipse etiam Flaccus, III. Od. 21. 1. Epod. XIII. 6. Decembrem mensem ipse etiam natalibus suis assignat 1. Epist. 20. extr. illiusque diem VI. Id. memorat Suetonius.

Generis sui obscuritatem nunquam dissimulat, semper ultro fassus, se nec ingenuo, nec claro natum patre, sed libertino, vita tamen et pectore puro; 1. Sat. 6. 45. 'Libertinus' autem eo tempore idem erat ac 'libertus;' cum superioribus sæculis libertini dicerentur filii libertorum s. manumissorum. Poterat hoc discere Cl. Sivrius ex Sueton. Claud. 24. Hinc Horatius ex suæ ætatis more ingenuus erat, parens ejus non item. V. 1. Sat. 6. 8. et 21. Cf. Massoni Vit. Hor. p. 4. sqq. Oportet tamen Flaccum, patre jam libertate donato, natum esse; alias enim non fuisset ingenuus.

Patrem, cujus nomen ignoratur, postquam, ut dicemus, Romam concesserat, coactorem fuisse, constat et ex ejus Vita, et e 1. Sat. 6. 85. Id ad vectigalia fere referunt, quæ coëgerit pro publicanis. Sed vid. Not. ^a ad Vit. Horat. Salsamentarium fuisse, ut in Vita Horat. dicitur, Torrentius non vult credere, quia ipse id non commemorarit. Sed hoc certe infirmum. Joannis du Hamel commentum de Horatii patre Flavio Flacco, nobili gente Pontica orto, ita, ut meretur, castigat Sanadonus.

Patria erat Venusia, vel, ut alii, Venusium, Dauniorum colonia (Plin. III. 11. Strab. VI. p. 195.), anno U. C. CCCCLXII. deducta (Vellei. I. 14.), oppidum non ignobile, εὐτελήςιον dictum Polybio, III. 90. in confinio Appulorum et Lucanorum ita situm, ut anceps esset, utro potius pertineret. Vide II. Sat. I. 34. Proximus erat Vultur mons, at in Peucetia, altera Appuliæ parte; vide III. Od. 4. 9. sqq. In ea regione agellum parvum habuisse patrem Horatii, constat ex I. Sat. 6. 71. Cum Appuliam attingeret Calabria, Martiali Noster Calaber etiam dictus, VIII. 18. 5.

U. C. 696. L. Calpurnius Piso. A. Gabinius.
A. C. 58. Horatii $\frac{7}{8}$.

Pater Horatii, ingenui et generosi vir animi, cum in filio elegans ingenium animadverteret, omnem curam in illius educatione posuit, et quicquid ex facultatibus exiguis posset, benigne in eam impendit. Agello enim suo sub hoc tempus vendito puerum Romam deduxit, ibique exactoris munere emto, filium non solum liberalibus honestisque artibus iis, quibus nobilium liberi instituebantur, imbuendum curavit, spretis iis, quæ ad solum quæstum spectarent; habitumque et comitatum ei dedit, qui nec nobilem puerum dedeceret; sed etiam morum filii ipse assiduus custos et rector, virtutumque ei omnium et magister et exemplum fuit; cumque non divitem et magnum, sed bonum et honestum aliquando virum esse voluit. Vide I. Sat. 6. 66—92. grati in talem patrem filii immortale monumentum.

Fuit primus Horatii præceptor Orbilius Pupillus, eo tempore Romæ Grammaticum professus, qui, ex instituto ejus ætatis Scholarum, enarrabat pueris carmina Livii Andronici et Homeri: I. Epist. 2. 70. II. 2. 41. Cf. Quintil. I. 8. Græcarum imprimis literarum amantissimus, earum exquisitam cognitionem Noster sibi a puero comparabat; I. Sat. 10. 31. A. P. 269.

U. C. 705. C. Claudius Marcellus. L. Cornelius
Lentulus. A. C. 49. Horatii $\frac{1}{17}$.

Togam virilem sumsisse h. a. Horatium probabile est.
Vide Masson. p. 25.

U. C. 709. C. Julius Cæsar iv. sine Collega.
A. C. 45. Horatii $\frac{2}{21}$.

Ciceronis filius, Horatio æqualis, aliique juvenes no-
biles, Bibulus, Acidimus, Varus, Messala, vere ineunte
Athenas, studiorum causa, proficiscuntur. Cic. Epist. ad
Att. xii. 24. 27. xiiii. 24. xv. 13. 15. Probabile fit, Hora-
tium eodem tempore Athenas petisse, ut philosophiæ ope-
ram daret. Nam ante bellum civile, post Cæsaris cædem
ortum, eo se venisse ait ii. Epist. 2. 43.

U. C. 710. C. Julius Cæsar v. M. Antonius.
A. C. 44. Horatii $\frac{2}{12}$.

Idibus Martiis Cæsar in curia Romana occiditur. Se-
quuntur ejus mortem varia prodigia, et Historicis et Poëtis
celebrata. Itaque i. Od. 2. ad hunc a. refert Interpretum
multitudo. Sed quis sibi persuadeat, Horatium, eo tem-
pore partes Bruti amplexum, in Octavianum fecisse Car-
men tam splendidum? quod præterea tantum tamque ex-
ercitatum Poëtam prodat, qualis profecto tunc nondum
Flaccus fuit?

Brutus et Cassius, Italia cedentes, Athenas veniunt. Ibi
Brutus clam bellum parat, juvenesque Romanos, Athenis
studiorum causa versantes, sibi conjungit, in his Ciceronis
filium (Plut. Brut.), et Horatium, ipso teste ii. Epist. 2. 47.
ii. Od. 7. pr.

U. C. 711. C. Vibius Pansa. A. Hirtius. C. Jul. Cæsar
Octavianus. Q. Pedius suffecti. A. C. 43. Horatii $\frac{2}{3}$.

Ineunte anno M. Brutus cum copiis in Macedoniam abit,
secumque ducit Horatium. M. Lepidus, M. Antonius, C.
Cæsar Octavianus Triumviros Reip. constituendæ in v.
annos se renuntiant, et provincias inter se distribuunt.

Horatius in exercitu Bruti Tribunus Militum fit; 1. Sat. 6. 45.

Ovidius nascitur. Non multo ante Propertius. Tibullus jam a. 705. Alii tamen aliter.

U. C. 712. M. Æmilius Lepidus II. L. Munatius Plancus.
A. C. 42. Horatii $\frac{2}{3}$.

Cf. III. Od. 14. fin. Triumviri Cæsari divinos honores decernunt, et ab eo tempore Octavianus 'Divi' filius appellatur. Dio XLVII. 18. 19.

L. Ælius Lamia Prætor creatur. Incidit rixa inter Rupilius Regem et Persium, coram Bruto agitata, cum is Asiam teneret; quam descripsit Horatius 1. Sat. 7. nec tamen ideo ad hunc ipsum annum Ecloga referenda.

Anno fere exeunte bis pugnatur apud Philippos, in ea Macedoniæ parte, quæ olim ad Thraciam pertinuerat. Brutus et Cassius victi ad mortem compelluntur. Horatius post alterum prælium fuga salutem petit. Vide II. Od. 7. 9. Non aliud bellum cruentius cæde clarissimorum hominum fuit. Vellei. II. 71. Sed eodem tempore classis Octaviani, duce Domitio Calvino, in mari Ionio, a Statio Murco et Cn. Domitio Ahenobarbo profligatur.

Claudius Tiberius Nero nascitur, III. Kal. Decemb.

U. C. 713. L. Antonius. P. Servilius Isauricus.
A. C. 41. Horatii $\frac{2}{5}$.

Redeundi impunitate victis oblata, dum multi, in his Pompeius Grosphus, Horatii amicus (vide II. Od. 7.), in Brutianis partibus manent, atque a Statio Murco vel Cn. Ahenobarbo recepti, ad Sex. Pompeium in Siciliam profugiunt (Dio XLVII. extr. Vellei. II. 72. et 76.), Horatius hujus anni initio in Italiam redit. Magnam in hoc reditu tempestatem passus creditur ad Palinurum promontorium, et huc jam Scholiastes traxit III. Od. 4. 28. Quod tamen non opus est, eum in isto reditu potius, quam alio tempore, ibi periclitatum esse. Item ad navim, qua redisset, quo-

modo Tanaquillus Faber et Dacerius 1. Od. 14. traxerint, in Argumento illius videbimus.

Offendebat Horatius redux patrem se absente mortuum, neque relictum sibi habebat larem, nec fundum; quæ illi eo tristior sors fuerit oportet, cum comoda et splendida adeo fuisset vita superior. Itaque paupertas ac obscuritas, in generoso animo ingenii artiumque nutrices, eum primum impulerunt, ut versus faceret (11. Epist. 11. 51. sqq.); non, quo inde panem quæreret, sed quo elucesceret ac sibi compararet patronos. Neque video, quomodo hoc illi opprobrio sit, cum constet, omni memoria in aliis etiam generibus sensu paupertatis magnos viros evasisse; magnaue ingenia, dum adversis rebus obnitantur, hoc ipso nisu in altum extolli. Fuerat in Horatio magnum ingenium poëticum, subactum Græcorum familiaritate; hoc suscitari primum tali impulsu oportebat. Post autem, cum in otio honeste beateque viveret, solius vel animi et gloriæ, vel publici usus gratia carmina fecit. Vitæ sustentandæ causa scriptum illum (s. quasi scribatum) quæstorium, quem Suetonius dicit, sibi comparasse videtur; ut esset in decuria Scribarum, qui Quæstori apparerent. Sed sequenti tempore illud munus neglexisse eum, facile intelligitur. Cf. autem 11. Sat. 6. 36. Illud vero hinc apparet, nulli superiorum annorum assignandum esse ullum carmen Horatii. Huic autem anno Massonus eleganti suspitione tribuit 1. Sat. 7. quæ omnino Ecloga juvenile prodiit ingenium, neque inepte pro primo fœtu Horatiani ingenii haberi possit, quem quidem dignum lectu ipse habuerit.

Neque in Virgillii et Varii amicitiam ante hunc a. venire potuit; neque forte hoc ipso venit. Item male huc refert 1. Od. 2. Rodellius; cum arbitrari vix possimus, Horatium tunc jam tantum Poëtam fuisse, quantum hoc carmen arguit.

U. C. 714. Cn. Domitius Calvinus. C. Asinius Pollio. Suffecti sub anni finem L. Cornelius Balbus. P. Canidius. A. C. 40. Horatii $\frac{2}{3}\frac{5}{8}$.

Bellum Perusinum. In eo Asinius Pollio Cos. a partibus Antonianis est. Octavianus L. Antonium Perusiamque urbem deditione accipit. Pax Brundisina inter Octavianum et Antonium, opera L. Cocceii, communis amici, adhibitis etiam Mæcenate a Cæsaris, Pollione ab Antonii parte. Dio XLVII. 28. Refertur solet ab Intpp. ad hanc pacem Brundisinam l. Sat. 5. Sed recte id rejicit Massonus p. 82. sqq. inprimis quod vs. 27. dicuntur Mæcenas et Cocceius sæpius jam conciliasse Octavianum et Antonium, idque a. 714. haud dubie primum factum est; tum et Fonteii Capitonis in hac pace nulla est apud Historicos mentio.

U. C. 715. L. Marcius Censorinus. C. Calvisius Sabinus. A. C. 39. Horatii $\frac{2}{3}\frac{6}{7}$.

Antonius Pollionem cum exercitus parte adversus Parthinos, populum Illyricum, circa Epidamnum incolentem, et Bruti causæ eximie faventem, mittit; qui rem egregie gessit, et sq. anno Triumphum de Parthis egit. Vid. Dio XLVIII. 41. Appian. v. p. 1135.

Pace cum Sex. Pompeio ad Misenum composita omnibus proscriptis impunitas redeundi data est. Dio XLVIII. 36. Vellei. II. 77. In iis est Pompeius Grosphus, Horatii amicus, quem venientem excipit II. Od. 7. cujus vide Argum.

Ad d. VIII. Kal. Nov. Pollio ex Parthis triumphat. Gruter. Thes. Inscr. p. 297. Hic est Dalmaticus Triumphus, II. Od. 1. 16. ubi vide Notam. Sed oportet tamen hoc carmen aliquanto post hunc a. scriptum esse, ob Pollionis doctum otium in eo commemoratum.

Hoc anno Horatium Mæcenati a Virgilio et Vario commendatum esse, Sanadonus ex l. Sat. 6. 55. ponit. Et recte: vide ad a. DCCXVI. et cf. Ill. Heyn. Vit. Virg. ad hunc a.

U. C. 716. App. Claudius Pulcher. C. Norbanus Flaccus.
A. C. 38. Horatii $\frac{2}{3}$ ⁷.

Pax cum Sex. Pompeio facta dirimitur, et recrudescit cum eo bellum, Siculum, s. Piraticum dictum. Vide Plin. XVI. 4. Vellei. II. 73. Igitur huic anno assignandum Epod. IV. nec differendum ad sequentem; nam eo cum Cæsar ipse quoque XX. servorum millia manumiserit et ad remum dederit (Sueton. Aug. 16.), non poterat tunc Poëta sine invidia 'servilem manum' tangere.

Hoc demum anno Horatium in Mæcenatis amicitiam et familiaritatem ascriptum esse, nono mense post, quam ei commendatus esset (vide I. Sat. 6. 52. sqq.), apparebat ex iis, quæ ad a. U. DCCCXIII. dicuntur. Per Mæcenatem in Octaviani gratiam insinuatur, et obtinet prædium in Sabinis.

U. C. 717. M. Vipsanius Agrippa. L. Caninius Gallus.
A. C. 37. Horatii $\frac{2}{3}$ ⁸.

Ab Agrippa, ut recens ædificatis classibus tutus recessus esset, lacu Averno et Lucrino cum mari commisso, portus Julius factus est. Vid. Dio XLVIII. 50. et 51. Hujus operis mentio in A. P. 63.

Antonius Athenis Tarentum classe venit. Octavia adducit Octavianum, ut eum conveniat. Nova inter eos amicitiae pactio. Dio XLVIII. extr. Eodem Mæcenas prope-
rat cum Horatio, Virgilio, Vario, Plotio. Id est iter Brundisium, descriptum I. Sat. 5.

U. C. 718. L. Gellius Poplicola. M. Cocceius Nerva.
A. C. 36. Horatii $\frac{2}{3}$ ⁹.

Victo Sex. Pompeio, Octavianus Romam reversus magnis honoribus afficitur. Oppidatim inter Deos Tutelares consecratur. Appian. v. p. 1178. Phraates, Parthorum rex, in suos cives sævire occipit.

U. C. 719. L. Cornificius. Sex. Pompeius fil.

A. C. 35. Horatii $\frac{30}{31}$.

Sextus Pompeius Miletī trucidatur. Phraatem regno pellunt cives sui, et Teridati illud conferunt.

U. C. 722. Cn. Domitius Ahenobarbus. C. Sosius.

A. C. 32. Horatii $\frac{33}{34}$.

Ad bellum atrocissimum spectant inimicitiae Cæsaris et Antonii. Magni utrinque apparatus. Huc spectare videtur Epod. VII. et XVI. Plancus ad Cæsarem ab Antonio transfugit, ad quem est I. Od. 7.

U. C. 723. C. Cæsar Octavianus III. M. Valer. Messala.

A. C. 31. Horatii $\frac{34}{35}$.

Mæcenati ad Actiacum bellum cum Augusto ituro comes esse vult Horatius. Hinc Epod. I. enatum, sub initium anni. Sed non annuit Mæcenas. Præcessit etiam pugnam Actiacam Epod. IX. Facta est ea pugna ad d. IV. Non. Sept. M. Antonius in Ægyptum fugit. Post illam exarata II. Sat. 6. nam dimiserat Octavianus veteranos in Italiam, nec dum illis quicquam dederat (vs. 55.); vid. Dio LI. p. 444. At statim sequenti anno illis rebellantibus pecunias et agros dedit; Dio LI. p. 445. Igitur ex ejusdem Satiræ vs. 40. sqq. principium amicitiae inter Mæcnam et Horatium in a. 716. figitur.

U. C. 724. Cæsar Octavianus IV. M. Licinius Crassus.

A. C. 30. Horatii $\frac{35}{36}$.

Cæsar, post breve in Italiam iter, Ægyptum in provinciam redigit. M. Antonius et Cleopatra se ipsi interficiunt. Horatius scribit I. Od. 37.

Phraates in regnum Parthorum restituitur, et pellitur Teridates, qui in Syriam fugit. Dio LI. 18.

U. C. 725. Cæsar Octavianus V. Sex. Apuleius.

A. C. 29. Horatii $\frac{36}{37}$.

Janus clauditur; Dio LI. 20. Cæsar d. VIII. VII. VI. Id.

Sext. triumphos agit; Dio LI. 21. Post de imperio deponendo consultat cum Agrippa et Mæcenate; Dio LII. pr.

T. Faber et Dacer. ad h. a. referunt Carm. I. 2. quo prodigia Cæsaris mortem secuta, et bella civilia, tanquam vaticinio includantur, a. 710. edito. Sed puerilis fuisset in hoc carm. talis progressus, ut bene vidit Sanadonus. Et obest inundatio Tiberis, quæ post Cæsaris necem nulla memoratur. Virgilius talem diluviem non tacuisset.

U. C. 726. Cæsar Octavianus VI. M. Agrippa II.

A. C. 28. Horatii $\frac{37}{38}$.

Cum hoc a. Cæsar Apollinis in Palatio Templum et Bibliothecam dedicaret, scripsit Horatius I. Od. 31. Cæsar ad Tempa reficienda et Urbem ornandam animum appellit; Dio LIII. init. Vellei. II. 89. Hoc tempore componit Horat. III. Od. 6.

U. C. 727. Cæsar Octavianus VII. M. Agrippa III.

A. C. 27. Horatii $\frac{38}{39}$.

Cæsar 'Princeps' dicitur; Dio LIII. 11. et 'Augustus' appellatur; Dio LIII. 16. postquam iterum de Imperio deponendo consultavit. Nocte seq. Tiberis exundatio loca plana Romæ sic replet, ut navigari possit. Hinc Sanadon. huic a. assignat I. Od. 2. Sed cum cetera hic memorata prodigia nulla illo a. extiterunt, tum hæc exundatio Tiberis non pro iræ Deorum omine accepta est ab hariolis, sed sic, ut Augustum ad magnam potentiam evasurum dicerent. Dio LIII. 17.

Augustus cum exercitu in Britanniam ire parat, alium exercitum ad Orientem contra Arabas mittere. Facit Horatius I. Od. 35. cujus vid. Argum. item I. Od. 29. ad Iccium.

Cantabri seditionem movent. Dacer. itaque huc refert II. Od. 6. At vid. illius Argum.

U. C. 728. Cæsar Augustus VIII. T. Statilius Taurus II.
A. C. 26. Horatii $\frac{3}{4} \frac{9}{10}$.

Sex. Apuleius ex Hispania triumphat. Sed Cantabri et Astures mox renovant bellum.

U. C. 729. Cæsar Augustus IX. M. Junius Silanus.
A. C. 25. Horatii $\frac{4}{11} \frac{0}{1}$.

Expeditio Augusti in Cantabros. Initium belli contra Arabiam et Æthiopiam faciunt Ælius Gallus et Petronius. Marcellus Juliam ducit. Horatius scribit II. Od. 4.

U. C. 730. Cæsar Augustus X. C. Norbanus Flaccus.
A. C. 24. Horatii $\frac{4}{12} \frac{1}{2}$.

Phraates iterum pellit Teridatem, qui in Hispaniam ad Cæsarem Augustum fugit: vide Argum. I. Od. 26. Augustus Cantabris victis Romam post triennium redit, cum ob morbum diutius abfuisset; et Janum iterum claudit; Dio LIII. p. 515. Canit Horatius III. Od. 14. item I. Od. 36.

Quintilius, communis Horatii et Virgilii amicus, moritur. Hieron. Chron. Euseb. ad Ol. 189. I. Consolatur Horatius Virgilium I. Od. 24.

U. C. 731. Cæsar Augustus XI. A. Terentius Varro Muræna. suff. Cn. Calpurnius Piso. A. C. 23. Horatii $\frac{4}{3} \frac{2}{3}$.

Phraates legatos mittit Romam, repetitum Teridatem et filium suum. Quæ res dum in Senatu agitur, facit Horatius I. Od. 26. cujus vid. Argum. Augustus Phraati filium reddit, hac lege, ut captivos et signa Romana restituat. Teridati permittit, Romæ manere. Dio LIII. 33.

Augustus gravi morbo decumbit; sed convalescit. Brevi post Marcellus juvenis moritur. Inter hæc duo facta scriptum est Carm. I. 12.

U. C. 732. M. Cl. Marcellus Æserninus. L. Aruntius.
A. C. 22. Horatii $\frac{4}{4} \frac{3}{4}$.

Non solum in fine anni superioris, sed hoc ineunte etiam, magnæ Tiberis inundationes memorantur. Fulmine ictæ

in Pantheo statuæ. Dio LIII. extr. LIV. pr. Hæc prodigia occasionem dedisse videntur 1. Od. 2. licet manifestum sit, commemorari non illa sola, sed plura simul alia, quæ præcessissent. Augustum rerum potitum cum commendare vellet poëta, tamquam eum, qui rempublicam, bellis civilibus jactatam, restitutus esset; bella autem civilia declarari solerent per ἄγος, quod expiatione indigeret, denique prodigia a longo inde tempore civitatem ἐναγῆ et expiatione egentem indicassent; Augustum eum esse auguratur, qui καθαρμοῖς, expiationibus publicis, rempublicam piaculo eximeret. In quibus redeundum est ad notiones veterum de calamitatum publicarum causa ab ira Deorum repetita, ex concepto piaculo, et de necessitate expiationum. Plura, quæ carmen ad h. a. referre suadeant, in Obs. monuimus.

Conjurant in Augustum Licinius Varro Muræna et Fannius Cæpio. Augustus in Siciliam abit (Dio LIV. 6.), unde in Parthos profecturus putatur. Paulo ante hanc profec-tionem scripta videtur 1. Epist. 9.

U. C. 733. M. Lollius. Q. Æmilius Lepidus.

A. C. 21. Horatii $\frac{4\frac{1}{2}}{4}$.

Scripta hoc anno 1. Epist. 20. Augustus in Græciam, hinc in Samum navigat, ibique hyemat. Medio anno scriptum Carm. III. 29. ad Mæcenatem, absente Augusto Urbi præfectum. Item referas huc Carm. II. 13. quod anno ante III. 8. scriptum esse, constat ex hujus vs. 9.

U. C. 734. M. Apuleius. P. Silius Nerva.

A. C. 20. Horatii $\frac{4\frac{5}{6}}{4}$.

Asiam, Bythyniam, Syriam Augustus invisit. Phraates signa Augusto et captivos remittit; Dio LIV. 8. Ea res magnificis verbis a Poëtis ornari solet. Loquuntur de Parthis profligatis, subactis, domitis, de everso eorum imperio, de Oriente debellato, de Phraate Augusti ad pedes procumbente, ab eoque jus regnandi accipiente, &c. Tum et Daci ac Sarmatæ, aliique Istri accolæ, continuo excurren-tes in fines Romanos per Lentulum coërcentur; Flor. IV.

12. Denique hoc etiam anno, occiso Artaxia, datur ab Augusto Armeniis Tigranes, et a Tiberio Nerone in regnum deducitur; Dio LIV. 9. Id ipsum etiam a Poëtis sic augeatur, tanquam subacta sit Armenia. Referuntur ad hæc tempora 11. Od. 11. 111. Od. 8. 1. Epist. 3. et 8. item 12. Neque diu post hunc a. scriptum esse potest Carm. 11. 17. cujus vid. Argum.

U. C. 735. C. Sentius Saturninus. Q. Lucretius Vespillo.

A. C. 19. Horatii $\frac{46}{17}$.

Virgilius in Græciam proficiscitur; vid. Vit. Virg. Est ad eum 1. Od. 3. Moritur Brundusii.

Augustus ab Oriente redit Romam, a. d. 1v. Id. Oct. Videntur huc assignanda Carm. 1. 19. 111. 5.

U. C. 737. C. Furnius. C. Junius Silanus.

A. C. 17. Horatii $\frac{48}{19}$.

Augustus Ludos Sæculares instituit; Dio LIV. p. 533. Plin. VII. 48. Censorin. c. 17. Horatius ejus jussu conscribit Carmen Sæculare. Ad idem tempus spectat 1v. Od. 6.

U. C. 738. L. Domitius Ahenobarbus. P. Cornel. Scipio.

A. C. 16. Horatii $\frac{49}{18}$.

Pertinet ad h. a. Carm. 1v. 1. et sic circa idem tempus scriptum oportet Carm. 1v. 10.

U. C. 739. M. Drusus Libo. L. Calpurnius Piso.

A. C. 15. Horatii $\frac{50}{19}$.

Rhæti et Vindelici per Tiberium et Drusum subiguntur. Primum solus Drusus missus erat, et Rhætos apud Alpes Tridentinas prælio vicerat; Dio LIV. p. 536. Eo spectat 1v. Od. 4. Deinde cum Rhæti nihilo minus Galliam urgerent, Tiberius quoque adversus eos missus; Dio ibid. Proinde Drusus et Tiberius simul multis locis in Rhætiam irruerunt, et aliquot præliis copias hostium deleverunt. Hæc gesta celebrantur Carm. 1v. 14. serius scripto, ut videbimus.—Augustus per totum annum in Gallia absens est.

U. C. 740. A. C. 14. Horatii $\frac{5}{3}\frac{1}{2}$.

Augustus adhuc dum Roma abest, in Hispania, Gallia, Germania, rebus constituendis intentus. Scriptum tunc videtur Carm. iv. 5. np. post Legem de Adulteriis et de Mariandis Ordinibus a. 736. latam, item post subactos Parthos, Cantabros, et Germanos. Ad idem tempus spectat II. Od. 4.

U. C. 741. Tib. Claudius Nero. P. Quintilius Varus.
A. C. 13. Horatii $\frac{5}{3}$.

Augustus Romam revertitur. Si Suetonio credimus, Augustum Tiberii Drusique, privignorum suorum, Victoriam Vindelicam canere jussisse Horatium, ejusque rei causa quartum librum Carminum addere; huic sane anno is jussus Augusti erit assignandus, quo post triennii in Gallia absentiam, Urbem repetiit. Certe Carm. iv. 14. non prius, quam post eum reditum, scriptum esse probabile est.

U. C. 742. M. Valerius Messala. P. Sulpitius Quirinus.
A. C. 12. Horatii $\frac{5}{4}$.

Agrippa moritur, ad quem unum est Carm. i. 6. incertæ ætatis.

U. C. 744. Julius Antonius. Q. Fabius Maximus Afric.
A. C. 10. Horatii $\frac{5}{6}$.

Dacis, Getis, et Germanis a Druso ac Tiberio victis, Janus tertium clauditur. iv. Od. 15. et II. Epist. I. Horatii opera novissima, hoc anno scripta videntur.

U. C. 746. C. Marcius Censorinus. C. Asinius Gallus.
A. C. 9. Horatii 57.

Horatium hoc anno v. Kal. Dec. mortuum esse, et quidem subito, ut ne signare quidem Testamentum posset, docet Sueton. in ejus Vita; errore tamen in annorum Horatii numero admissio, dum LIX. pro LVII. ponit. Hieronym. Chron. Euseb. ad Olymp. 192. 3. 'Horatius quinquagesimo septimo ætatis suæ anno Romæ moritur.'

Eodem anno inclinante moritur Mæccenas, teste Dione LV. p. 552. et quidem ante Horatium; quod cur ex ejus Vita, a Suetonio conscripta, intelligere pertinaciter noluerint Turnebus, Torrentius, Dousa, A. Schottus (Obs. II. 60.) et Sanadonus, equidem non capio.

VILLA HORATII ab ipso elegantissime pingitur I. Epist. 16. 5. sqq. Sita erat in Sabinis, non procul Tibure versus Aquilonem. Vicina erat Varia (I. Epist. 14. 3.), item Mandela (I. Epist. 18. 105.); proximum fanum Vacunæ (I. Epist. 10. extr.). Ager dicebatur Bandusia, fonte Bandusio (III. Od. 13.) insignis, unde ortus rivus Digentia (I. Epist. 18. 104.), fundum Horatii suaviter irrigabat. Sylvis et nemoribus amœnissima erat regio, imprimis versus antiquum templum Vacunæ (vid. Plin. III. 12.), et amplius versus Anienem fl. et Tibur sequebatur lucus Tiburni. Nec deerant saxa, rupes, dumeta (I. Epist. 14. 19.); ut maxime pœtica regio dici posset. In convalle inter Lucretilem montem et Usticam, saxosum collem a quo ipsa etiam vallis Ustica dicta, non procul fonte Bandusio (vid. II. Sat. 6. 2.), villam ipsam positam fuisse probabile est. Eleganter erat ædificata de albo lapide Tiburtino. Habebat in ea Horatius villicum cum octo servis, et vivebant in agello quinque familiæ (I. Epist. 14. 3.); unde satis lautum fundum fuisse intelligatur. Scripserunt plura de villa Horatii Cluver. Ant. Ital. II. 9. sqq. et magno, forte nimio studio, M. L. Capmartin de Chaupi in 'Découverte de la Maison de Campagne d'Horace, Tomes III. Rome 1767.' 8. Elegantior multo est Dominici 'de Sanctis Dissertazione sopra la Villa de Orazio Flacco.'

DE AMICIS HORATII.

TANTUM, tam bonum, tam elegantem virum quin amaret optimus et elegantissimus quisque, fieri non poterat. Apud Cæsarem Augustum ad familiaritatem usque gratia valuit; nam et delectabatur ille ingenio hominis, et videbat, sibi illum et gloriæ suæ, et prudentiæ civilis causa, esse necessarium. Canebat enim, plerumque jussus, illius victorias, populoque Romano commendabat ejus leges ac imperium; quæ omnes pulcherrimæ Odæ esse solent. Omnium vero potentissimum amicum habuit C. Cilnium Mæcenatem, elegantissimi virum ingenii, doctorum hominum insignem patronum; cujus Vitam accuratius descripsit J. H. Meibomius (L. B. 1653. 4.). Sed præter hunc etiam M. Agrippa, Asinius Pollio, summi ac principes viri, singulari eum benevolentia complexi sunt. Ex poëtis amicissimi fuerunt Virgilius, Varius, Plotius, ac Tibullus. Sed habuit alios etiam, ad quos carmina scripsit, vel quorum in his mentionem fecit. Nos jam dicamus quædam de iis Horatii amicis, quos libri 1. et 11. gratia nosse interest; omissis tamen iis, qui vel satis illustres ac noti, vel contra obscuri, vel denique in Argumentis Carminum jam commemorati sunt.

L. Sextius, ad quem est 1. Od. 4. videtur esse is, quem Bruti studiosissimum, Augustus A. U. 731. Consulem in locum suum suffecit; vid. Dio XLIII. extr. Sed ante id tempus Ode scripta videtur; unde male in Titulo additur 'Consularem.' Neque recte 'Publius' dicitur, aut ostendi potest, utrum, quod in quibusdam Mss. est, cognomen 'Quirini' verum sit. Male et ipse a multis scribitur 'Sestius,' quod aperte est e corruptela Græca Σέστιος.

L. Varius memoratur 1. Od. 6. poëta Epicus et Tragicus nobilissimus, quem Virgilius Ecl. 1X. 35. Mart. VIII. 18. et h. l. ac 1. Sat. 10. 44. Horatius impense laudat. Servavit

ex eo *Fragmenta* *Macrob.* vi. 1. et 2. quæ divinum ingenium prodant. Laudatur imprimis *Thyestes*, *Tragœdia*, quam *Quintil.* x. 1. cuilibet Græcarum comparat; et *Panegyricus* in *Augustum*.

L. Munatius Plancus, ad quem est 1. *Od.* 7. cujus ad *Ciceronem*, ac vicissim hujus ad illum *Epistolæ* extant, orator non ignobilis, civili bello *Antonio*, ad *Mutinam* fugato, cum *Asinio Pollione* se adjunxit. Pace facta, a. 711. *Cos.* fuit, *Collega M. Lepido*. *Secutis bellis Antonio* adhæsit, a quo ad *Octavianum* transfuga, magnis quidem honoribus functus, etiam *Censor*, et (quod e nummo docet *Torrent.*) *Urbi Præfectus* fuit, sed nunquam *Augusto* fidem suam probari intellexit.

Varum (1. *Od.* 18.) *Torrentius* putat esse *L. Quintilium Varum*, in *Germania* cæsum, contra temporum rationem. Vid. *T. Fab. Epist.* 11. 46. Rectius intelligunt *L. Varum*, *Epicureum*, *Cæsaris* amicum, de quo *Quintil.* x. 3. Vid. *Masson.* p. 222.

Aristius Fuscus (1. *Od.* 22.) *Grammaticus*, poëta et orator non contemnendus, vir probus et jocosus, amicissimus *Horatii*. Vid. 1. *Sat.* 9. 61. Est quoque ad eum 1. *Epist.* 10.

Ælius Lamia (1. *Od.* 26.), vir splendidissimus ac doctissimus, rebus *Cantabrico Bello* gestis clarus, et *111vir* *Monetalis* fuit. Antiquo et nobili genere ortus erat. Vid. ad 111. *Od.* 17.

Iccius (1. *Od.* 29.), cujus prænomen ignoratur, haud dubie filius *M. Iccii*, cujus meminit *Cic. Phil.* 111. 10. qui a. U. C. 710. *Siciliam* sorte obtinuit. Fuisse *Noster* creditur postea *M. Agrippæ* in *Sicilia* *Procurator*; et est ad eum 1. *Epist.* 12.

Q. Dellius (11. *Od.* 3.) vix est turpis ille exoletus *Antonii*, de quo *Dio* passim, item *Vellei.* 11. 84. sed alius, *Historicus*, quem A. U. 723. ad *Augustum* ab *Antonio* transfugisse narrat *Plut. Anton.* p. 937. Scribitur varie nomen, 'Deiliius,' 'Duelliius,' 'Duilliius.' Ex 'Duelliius' factum adeo 'Belliius,' ut e 'duello' 'bellum.'

Septimius (II. Od. 6.) a Porphyrione dicitur fuisse Eques Romanus, Horatii commilito, et priscus a pueritia amicus; quem I. Epist. 9. Tiberio commendat, qui eum a. 731. secum in Orientem duxit. Augusto eum carum et familiarem fuisse, vidimus in Vita Horatii, auctore Suetonio.

Pompeius Grosphus (II. Od. 7.), quem primum suorum sodalium, veterem amicum, vocat Horatius, fuit libertus, ut videtur, Pompeii Magni, genere Græcus, qui pace ad Misenum facta a. 715. Sex. Pompeium reliquit, et Octaviano adhæsit, a quo, sive a M. Agrippa, terras amplas in Sicilia vel accepit, vel recepit olim possessas. Vid. Sanad. ad II. Od. 16. (apud ipsum v. Od. 4.)

T. Valgius Rufus, nobilis poëta Epicus, quem Tibull. IV. 1. 180. 'æterno proximum Homero' dicit. Cf. ibi Broukhus.

Postumum illum, ad quem est II. Od. 14. Dacerius putat esse eundem cum Julio Floro, ad quem duæ sunt Horatii Epist. et Elegia Propertii III. 12. Sed docte ostendit Sana-donus, quam parum id recte statuatur. Non oportet, nisi comparare inter se characteres, ut agnoscas, neque Julium Florum, neque Propertianum Postumum cum Horatiano eundem esse.

DUÆ ODÆ, quæ in Cod. Ms. Horatii Bibliothecæ Pala-tinæ,^a in Vaticana, repertæ feruntur, et nuper editæ sunt. Non opus est, nisi eas legere, ut Horatio agnoscantur esse indignissimæ.

LIB. I. ODE XXXIX.

AD JULIUM FLORUM.

DISCOLOR grandem gravat uva ramum;
 Instat Autumnus: glacialis anno
 Mox Hyems volvente aderit capillis
 Horrida canis.

^a CHARTAM unicam hanc Libri cer- na repertam accuratissime transcrip-
 te vetustissimi in Bibliotheca Palati- si, verbum de verbo, et literam de

TESTIMONIA

DE HORATIO.

Ovidius iv. Trist. 10. 49.

Et tenuit nostras numerosus Horatius aures,
Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.

Petronius cap. 118.

Homerus testis, et Lyrici, Romanusque Virgilius, et
Horatii curiosa felicitas.

Persius i. Sat. 116.

Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico
Tangit, et admissus circum præcordia ludit,
Callidus excusso populum suspendere naso.

Quintilianus x. 1.

Multo est tersior ac purus magis Horatius, et ad notandos hominum mores præcipuus . . . Lyricorum idem Horatius fere solus legi dignus. Nam et insurgit aliquando, et plenus est jucunditatis et gratiæ, et variis figuris et verbis felicissime audax.

C. Cilnii Mæcenatis Hendecasyllaborum Fragmentum,
ap. Isidor. Orig. xix. 32.

Lucentes, mea vita, nec smaragdus,
Beryllos mihi, Flacce, nec nitentes,
Nec præcandida margarita quæro ;

Nec, quos Thynica lima perpolivit,
Annellos, nec Jaspios lapillos.

Martial. VIII. 18.

Sic Maro nec Calabri tentavit carmina Flacci,
Pindaricos posset cum superare modos.

Lucan. ad Calp. Pisonem.

Ausoniamque chelyn gracilis patefecit Horati.

Auson. ad Nepotem.

Te præeunte, Nepos, modulata poemata Flacci
Altisonumque iterum fas est didicisse Maronem.

D. Hieron. Præfat. in Chron.

Quid Psalterio canorius? quod, in morem nostri Flacci
et Græci Pindari, nunc Iambo currit, nunc Alcaico personat,
nunc Sapphico tumet, nunc semipede ingreditur.

Sidon. Apollin. Epist. ad Lamprid.

In Lyricis Flaccum secutus nunc ferebatur in Iambico
citus, &c.

Et alibi :

Stylus aut Maronianus,
Aut quo tu Latium beas, Horati,
Alcæo potior Lyristes ipso.

Comment. Vet.

Horatii Satira inter Lucilii et Juvenalis Satiram media
est. Nam et asperitatem habet ut Lucilius, et suavitatem
ut Juvenalis.

J. Lips. Epist. Quæst. 11. 9.

Horatius, in Satira placidus, lenis, quietus, monet sæpius
quam castigat; sed ita præclare tamen hoc ipsum, ut in
ea parte et arte nihil possit supra eum.

DE

UNDEVIGINTI GENERIBUS
METRORUM HORATII,

TRACTATUS ALDI MANUTII.

PRIMUM GENUS : ut I. Od. 1. quæ est Monocolos. Sunt enim omnes versus Choriambici Asclepiadei Tetrametri Acatalecti : qui constant e Spondæo, et duobus Choriambis, et Pyrrhichio vel Iambo ; hoc modo :

Mæce -- nas atavis ~~~~~ edite re ~~~~~ gibus ~~~
O et -- præsidium et ~~~~~ dulce decus ~~~~~ meum ~~~
-- ~~~~~ ~~~~~ ~~~~~
-- ~~~~~ ~~~~~ ~~~~~

Primi generis Odæ tres :

Lib. I. Ode 1. Mæcenas atavis edite regibus.

III. 30. Exegi monumentum ære perennius.

IV. 8. Donarem pateras, grataque commodis.

SECUNDUM GENUS : ut I. Od. 2. quæ est Dicolos Tetrastrophos. Primi quique tres versus sunt Hendecasyllabi Sapphici Pentametri Acatalecti : qui constant e Trochæo, Spondæo, Dactylo, et duobus Trochæis, vel Spondæo ultimo ; sic :

Jam sa ~~~ tis ter -- ris nivis ~~~~~ atque ~~~ diræ --
Grandi ~~~ nis mi -- sit pater ~~~~~ et ru ~~~ bente ~~~
Dexte ~~~ ra sa -- cras jacu ~~~~~ latus ~~~ arces --

Quartus autem quisque est Adonius Dimeter Catalecticus, ex Dactylo et Spondæo vel Trochæo ; sic :

Terruit ~~~~~ urbem ~~~
~~~ -- ~~~~~ ~~~ --  
~~~ -- ~~~~~ ~~~ --  
~~~ -- ~~~~~ ~~~ --  
~~~~~ ~~~

Secundi generis Odæ 26.

- Lib. I. Ode 2. Jam satis terris nivis atque diræ.
 10. Mercuri, facunde nepos Atlantis.
 12. Quem virum aut heroa lyra vel acri.
 20. Vile potabis modicis Sabinum.
 22. Integer vitæ scelerisque purus.
 25. Parcius junctas quatiunt fenestras.
 30. O Venus, regina Cnidi Paphique.
 32. Poscimus si quid vacui sub umbra.
 38. Persicos odi, puer, apparatus.
- II. 2. Nullus argento color est avaris.
 4. Ne sit ancillæ tibi amor pudori.
 6. Septimi Gades aditure mecum.
 8. Ulla si juris tibi pejerati.
 10. Rectius vives, Licini, neque altum.
 16. Otium Divos rogat in patenti.
- III. 8. Martiis cœlebs quid agam Kalendis.
 11. Mercuri, nam te docilis magistro.
 14. Herculis ritu modo dictus, o plebs.
 18. Faune Nympharum fugientum amator.
 20. Non vides quanto moveas periclo.
 22. Montium custos nemorumque virgo.
 27. Impios parræ recinentis omen.
- IV. 2. Pindarum quisquis studet æmulari.
 6. Dive, quem proles Niobe magna.
 11. Est mihi nonum superantis annum.
- Epod. XVIII. Phœbe, sylvarumque potens Diana.

TERTIUM GENUS: ut I. Od. 3. quæ est Dicolos Distrophos. Primus quisque versus est Choriambicus Glyconius Trimeter Acatalectus: constans e Spondæo, Choriambo, et Pyrrichio, vel Iambo; sic:

Sic te -- Diva potens ~~~ Cypri ~

Secundus vero quisque Choriambicus Asclepiadeus Tetrameter Acatalectus: e Spondæo, duobus Choriambis, et Pyrrhichio, vel Iambo; sic:

Sic fra -- tres Helenæ ~~~ Incida si ~~~ dera ~
 -- ~~~ ~
 -- ~~~ ~~~ ~

Quinti generis Odæ 7.

Lib. I. Ode 5. Quis multa gracilis tē puer in rosa.

14. O navis, referent in mare te novi.

21. Dianam teneræ dicite virgines.

23. Vitas hinnuleo me similis, Chloë.

III. 7. Quid fles, Asterie, quem tibi candidi.

13. O fons Blandusiæ, splendidior vitro.

IV. 13. Audivere, Lyce, Dii mea vota, Dii.

SEXTUM GENUS: ut I. Od. 6. quæ est Dicolos Tetrastrophos.

Primi quique tres versus sunt Asclepiadei, qualis ille: Mæcenas atavis edite regibus. Scanduntur enim hoc modo:

Scribe -- ris Vario -- fortis et ho -- stium

Victor -- Mæonii -- carminis a -- lite

Quam rem -- cumque ferox -- navibus aut -- equis

Quartus autem Glyconius, qualis: Sic te Diva potens Cypri. Scanditur autem sic:

Miles -- te duce ges -- serit

-- -- -- --

-- -- -- --

-- -- -- --

-- -- -- --

Sexti generis Odæ 9.

Lib. I. Ode 6. Scriberis Vario fortis, et hostium.

15. Pastor cum traheret per freta navibus.

24. Quis desiderio sit pudor aut modus.

33. Albi, ne doleas plus nimio memor.

II. 12. Nolis longa feræ bella Numantiæ.

III. 10. Extremum Tanaim si biberes, Lyce.

16. Inclusam Danaën turris aënea.

IV. 5. Divis orte bonis, optime Romulæ.

12. Jam veris comites, quæ mare temperant.

SEPTIMUM GENUS: ut I. Od. 7. quæ est Dicolos Distrophos. Primus quisque versus est Heroicus Hexameter Catalecticus in duas syllabas: constans e sex pedibus, Dactylo et Spondæo indifferenter in omnibus locis, quanquam in quinto aliquando Spondæus ponitur, et in sexto Dactylus: ubi etiam sæpe pro Spondæo Trochæus admittitur. Sed de versu Heroico multa diximus in Institutionibus nostris Grammaticis. Scanditur autem sic:

Lauda -- bunt ali -- i cla -- ram Rhodon -- ant Mity -- lenen --

Secundus autem quisque est Dactylicus Alcmanius Tetrameter Catalectus: habens quatuor ultimos pedes Heroici versus; sic:

Aut Ephe -- sum bima -- risve Co -- rinthi --
 -- -- -- -- -- -- -- --
 -- -- -- -- -- -- -- --

Septimi generis Odæ 3.

Lib. I. Ode 7. Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen.

28. Te maris et terræ numeroque carentis arenæ.

Epod. XII. Quid tibi vis, mulier nigris dignissima barris.

OCTAVUM GENUS: ut I. Od. 8. quæ est Dicolos Distrophos. Primus quisque versus est Aristophanius Dimeter Acatalectus: constans e Choriambis, et Bacchio, sive Amphimacro; hoc modo:

Lydia dic -- per omnes --

Secundus autem quisque est Choriambicus Alcaicus Tetrameter Acatalectus: constans ex Epitrito secundo, duobus Choriambis, et Bacchio, sive Amphibracho; hoc modo:

Te Deos o -- ro Sybarin -- cur properes -- amando --
 -- -- -- -- -- -- -- --
 -- -- -- -- -- -- -- --

Octavi generis Ode unica.

Lib. I. Ode 8. Lydia dic, per omnes.

NONUM GENUS: ut I. Od. 9. quæ est Tricolos Tetrastrophos. Primi quique duo versus sunt Dactylici Alcaici Acatalecti: qui constant ex Penthemimeri Iambica, id est, ex Iambo, vel Spondæo, Iambo et syllaba, quæ dicitur Cæsura: deinde e duobus Dactylis, vel ultimo Amphimacro; hoc modo:

Vides -- ut al -- ta -- stet nive -- candidum --
 Sora -- cte, nec -- jam -- sustine -- ant onus --

Tertius autem quisque est Iambicus Archilochius Dimeter Hypercatalectus: constans quatuor pedibus: primo et tertio, Iambo, vel Spondæo: secundo et quarto, Iambo duntaxat, deinde superest syllaba; hoc modo:

Sylvæ -- labo -- rantes -- gelu -- que --

Quartus autem quisque est Dactylicus Alcaicus Acatalectus: constans ex Dimetro Heroico, et Dimetro Trochaico; id est, e duobus Dactylis, et duobus Trochæis: vel ultimo Spondæo; hoc modo:

Flumina -- constite -- rint a -- cto --
 -- -- -- -- -- -- -- --
 -- -- -- -- -- -- -- --
 -- -- -- -- -- -- -- --
 -- -- -- -- -- -- -- --

Noni generis Odæ 37.

- Lib. I. Ode 9. Vides, ut alta stet nive candidum.
 16. O matre pulchra filia pulchrior.
 17. Velox amœnum sæpe Lucretilem.
 26. Musis amicus, tristitiam et metus.
 27. Natis in usum lætitiæ scyphis.
 29. Icci, beatis nunc Arabum invides.
 31. Quid dedicatum poscit Apollinem.
 34. Parcus Deorum cultor et infrequens.
 35. O Diva gratum quæ regis Antium.
 37. Nunc est bibendum, nunc pede libero.
- II. 1. Motum ex Metello consule civicum.
 3. Æquam memento rebus in arduis.
 5. Nondum subacta ferre jugum valet.
 7. O sæpe mecum tempus in ultimum.
 9. Non semper imbres nubibus hispidos.
 11. Quid bellicosus Cantaber, et Scythes.
 13. Ille et nefasto te posuit die.
 14. Eheu! fugaces, Posthume, Posthume.
 15. Jam pauca aratro jugera regiæ.
 17. Cur me querelis exanimas tuis.
 19. Bacchum in remotis carmina rupibus.
 20. Non usitata, nec tenui ferar.
- III. 1. Odi profanum vulgus, et arceo.
 2. Angustam, amici, pauperiem pati.
 3. Justum et tenacem propositi virum.
 4. Descende cœlo, et dic age tibia.
 5. Cœlo tonantem credidimus Jovem.
 6. Delicta majorum immeritus lues.
 17. Æli, vetusto nobilis ab Lamo.
 21. O nata mecum consule Manlio.
 23. Cœlo supinas si tuleris manus.
 26. Vixi puellis nuper idoneus.
 29. Tyrrhena regum progenies, tibi.
- IV. 4. Qualem ministrum fulminis alitem.
 9. Ne forte credas interitura, quæ.
 14. Quæ cura patrum, quæve Quiritium.
 15. Phœbus volentem prælia me loqui.

DECIMUM GENUS: ut I. Od. 11. quæ est Monocolos. Sunt enim

omnes versus Choriambici Alcaici Pentametri Acatalecti: qui constant e Spondæo, tribus Choriambis, et Pyrrhichio, vel Iambo; hoc modo:

Tu ne -- quæsieris -- scire nefas -- quem mihi quem -- tibi
 Finem -- Dii dederint -- Leuconoë -- nec Babylo -- nios
 -- -- -- -- --
 -- -- -- -- --

Decimi generis Odæ 3.

Lib. I. Ode 11. Tu ne quæsieris, (scire nefas,) quem mihi, quem tibi.

18. Nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem.

IV. 10. O crudelis adhuc, et Veneris muneribus potens.

UNDECIMUM GENUS: ut II. Od. 18. quæ est Dicolos Distrophos. Primus quisque versus est Iambicus Archilochius Dimeter Acatalectus: constans Amphimacro et duobus Iambis, vel ultimo Pyrrhichio; hoc modo:

Non ebur -- nequ' au -- reum

Secundus quisque versus est Iambicus Archilochius Trimeter Catalecticus: constans e quinque Iambis et syllaba: recepto tamen in locis imparibus etiam Spondæo; hoc modo:

Mea -- reni -- det in -- domo -- lacu -- nar
 -- -- --
 -- -- -- -- --

Undecimi generis Ode una.

Lib. II. Ode 18. Non ebur neque aureum.

DUODECIMUM GENUS: ut III. Od. 12. quæ est Dicolos Tristrophos. Primi quique duo versus sunt Ionici a minore, Sapphici Trimetri Acatalecti: qui constant e tribus Ionicis a minore, vel ultimo Pæone tertio; hoc modo:

Miserar' est -- nequ' amori -- dare ludum
 Neque dulci -- mala vino -- laver' aut ex --

Tertius item versus est Ionicus a minore, Sapphicus Acatalectus, sed Tetrameter: constans e quatuor Ionicis a minore; hoc modo:

animari -- metuentes -- patræ ver -- bera linguæ
 -- -- -- --
 -- -- -- --
 -- -- -- --

Duodecimi generis Ode una.

Lib. III. Ode 12. Miserarum est neque amori dare ludum.

DECIMUMTERTIUM GENUS : ut IV. Od. 7. quæ est Dicolos Distrophos. Primus quisque versus est Heroicus Hexameter Catalecticus ; qualis : Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen ; hoc modo :

Diffu -- gere ni ~ ves rede ~ unt jam -- gramina ~ campis --

Secundus quisque est Dactylicus Archilochius Dimeter Hypercatalectus : constans duobus Dactylis et syllaba ; hoc modo :

Arbori ~ busque co ~ mæ -
 -- ~ -- ~ -- ~ --
 ~ ~ -

Decimitertii generis Ode una.

Lib. IV. Ode 7. Diffugere nives, redeunt jam gramina campis.

DECIMUMQUARTUM GENUS : ut Epod. I. quæ est Dicolos Distrophos. Primus quisque versus est Iambicus Hipponacteus Trimeter Acatalectus : constans e sex Iambis : recepto tamen in locis imparibus etiam Spondæo ; hoc modo :

Ibis -- Libur ~ nis in -- ter al ~ ta na ~ vium ~

Secundus quisque est Iambicus Archilochius Dimeter Acatalectus : constans e quatuor Iambis : recepto tamen in locis imparibus etiam Spondæo ; hoc modo :

Ami ~ ce pro ~ pugna -- cula ~
 -- ~ -- ~ ~ ~
 ~ ~ -- ~

Decimi quarti generis Odæ 10.

- Epod. I. Ibis Liburnis inter alta navium.
 II. Beatus ille, qui procul negotiis.
 III. Parentis olim si quis impia manu.
 IV. Lupis et agnis quanta sortito obtigit.
 V. At o Deorum quisquis in cælo regis.
 VI. Quid immerentes hospites vexas, canis.
 VII. Quo, quo scelesti ruitis ? aut cur dexteris.
 VIII. Rogare longo putidam te sæculo.
 IX. Quando repostum Cæcubum ad festas dapes.
 X. Mala soluta navis exit alite.

DECIMUMQUINTUM GENUS : ut Epod. XI. quæ est Dicolos Distrophos. Primus quisque versus est Iambicus Hipponacteus Trimeter Acatalectus : qualis ille : Ibis Liburnis inter alta navium ; hoc modo :

Pecti -- nihil ~ me si -- cut an ~ tea ~ juvat ~

Secundus vero quisque est Iambicus Hipponacteus Trimeter; qualis ille: Ibis Liburnis inter alta navium. Quanquam in hac Oda secundus quisque versus constat e solis Iambis; quod semel tantum legitur fecisse Horatius. Quamobrem versus ille: Eamus omnes execrata civitas, sic est legendus: Eamus omnis execrata civitas. Quod et Porphyrioni placet, ut sit figurata locutio: Eamus omnis civitas execrata hæc, et quæ poterunt reditus abscindere dulces. Sunt enim omnes Iambi; hoc modo:

Suis ♪ et ip ♪ sa Ro ♪ ma vi ♪ ribus ♪ ruit ♪
 ~~~~~  
 ♪ ♪ ♪ ♪ ♪ ♪

Decimioctavi generis Ode una.

Epod. XVI. Altera jam teritur bellis civilibus ætas.

UNDEVIGESIMUM GENUS: ut Epod. XVII. quæ est Monocolos. Sunt enim omnes versus Iambici Hipponactei Trimetri Acatalecti: qualis ille: Ibis Liburnis inter alta navium; hoc modo:

Jam j'ef -- fica ♪ ci do -- manus ♪ scien ♪ tiæ ♪  
 Supplex -- et o ♪ ro reg -- na per ♪ Proser -- pinæ ♪  
 -- ♪ -- ♪ -- ♪ -- ♪  
 -- ♪ -- ♪ -- ♪ -- ♪

Undevigesimi generis Ode una.

Epod. XVII. Jam jam efficaci do manus scientiæ.



# METRA HORATIANA.

CH. WASE AMBROSIO BONWICKE

S. S.

---

AMISSOS tot magni inter Græcos nominis Lyricæ Poësius auctores, unus nobis Horatius facit, ut lenius desideremus. Placuit igitur sæculis ingenii felix, numeris curiosus. Horatiana certe Metra Diomedes et Marius Victorinus, præter Plocium et Atilium Fortunatianum, ex professo posteris explicata reliquerunt. Specimen eorundem in brevem tabellam conjectum continenti carmine Petronius, quisquis is fuit, (nam alios ejusdem nominis alia ætas tulit,) in vulgus edidit. Ad istud exemplum magistri, quorum disciplinæ origo mihi tecum communis fuit, quot septimanis mutato titulo, nos tirones ad multijugam Lyræ Latinæ modulationem exercuerunt. Ita velim hoc nomini tuo inscriptum accipias, ita tuearis, non tanquam aliquod magnum aut novum, sed ut indignum quod in desuetudinem abeat, cum in se tantum habeat compendii. Tuum erit vicem *Pasiphaës* substituere, *Daphnen*, *Phaëthonta*, *Cadmum*. Quantum argumenti veri aut fabulosi eminet, materiam suppeditabit; modo ne desit afflatus. Ultra rapiet ad se generosam urbanæ juventutis indolem, ni fallor, artifex pagina; quo rectius ad Dithyrambum contendant. Vale.

## PASIPHAE.

Notæ Marginales.	D. Dactylus.	S. Spondeus.	T. Trochæus.	I. Iambus.	J. Ionicus a minori.
DS				Filia Solis	
DD-	1			<i>Festinat igne novo;</i>	
SDD	2			<i>Et per prata juvencum</i>	
SDD	3			<i>Mentem perditâ quæritat.</i>	
SDD	4			<i>Non illam thalami pudor arceat,</i>	
SDD	5			<i>Non regalis honos, nec magni cura mariti.</i>	
SDD	6			<i>Optat in formam bovis</i>	
SDD	7			<i>Convertit vultus suos:</i>	
SDD	8			<i>Et Prætidæ dicit beatas,</i>	
SDD	9			<i>Loque laudat, non quod Isis alta est,</i>	
SDD	10			<i>Sed quod juvencæ cornua in fronte elevat.</i>	
SDD	11			<i>Siquando miseræ copia suppetit,</i>	
SDD	12			<i>Brachiis ambit fera colla Tauri,</i>	
SDD	13			<i>Floresque vernos cornibus illegat,</i>	
SDD	14			<i>Oraque jungere quærit ori.</i>	
SDD	15			<i>Audaces animos efficiunt tela Cupidinis</i>	
SDD	16			<i>Illicitisque gaudet</i>	
SDD	17			<i>Corpus includi tabulis efficiens juvencam:</i>	
SDD	18			<i>Et amoris pudibundi malesuadis</i>	
SDD	19			<i>Obsequitur votis, et procreat, (heu nefas!) bimumbrum.</i>	
SDD	20			<i>Cæcropides juvenis quem percipit fractum manu,</i>	
SDD	21			<i>Filo resolvens Gnossiæ tristia tecta domus.</i>	
SDD	22				

1. Adonium, Adonidium; Plocius adducit in exemplum: ὦ τὸν Ἀδωνιν. Dicitur Epodos quia subjicitur Sapphicis, apud Horatium, ternis; Anapæstis apud Senecam, quatenos res tulerit. Heroici Κόμμα ληκτικὸν vel τελικόν. Dimetrum ex inferiori parte Hexametri. Diomedes Metr. Horat. 1. Od. 10. nominari perhibet

*nicen celicon climateon*; corrupte, quantum auguror, ex ἐπικὴν τελικὴν Διμορίαν, remoto *Hexametri Besse, reliquum Trientem*. Nota: Versus certis pedibus alligati, qui Monoschematisti audiunt, per syllabas numerari patiuntur; unde Sapphicum Pentasyllabum vocatur. Musicis Choriambicum Monometrum Hypercatalectum.

2. Archilochium Heptasyllabum constat ex Basi vel Dipodia Dactylica cum semipede. Dimetrum Dactylicum Hypercatalectum. Cæsura ex superiori parte Hexametri Penthemimeres. Subnectitur Hexametro, iv. Od. 7.

3. Pherecratium ab inventore. Pherecrates in Coriano:

Ἄνδρες πρόσχετε τὸν νοῦν

Ἐξευρήματι καινῷ

Συμπύκτοις ἀναπαίστοις.

Plocius Monoschematistum vocat: habet enim pedes in eodem situ invariables; ut qui juxta Grammaticos duobus hinc inde Spondæis Dactylum semper interjiciat medium; unde et Heptasyllabum fieri necesse est. Quod addit idem alios Symptycton, alios Anapæsticum dicere, vereor ut alterutri quid sibi velint, satis intellexerint: nec enim Pherecratis verba de pede Anapæsto ceperim: cum Hephæstion Metricus Pherecratium Hephthemimeres Antispastico generi vindicet, ita scilicet partitur ut Epitritum quartum complicet, cum Epitrito primo cujus ultima deficit. Δικατάληκτον vocat et ἀσυνάρτητον κατὰ ἀντιπάθειαν, quia Trochaicam protomen claudit Iambica catalexis: cum hæ conjugationes sibi mutuo adversentur. Sesquiseptenaria clausula dicitur, quod tribus dissyllabis pedibus bisectis accedat semipes. Ἀνάπαισις hic id valere videtur quod in Ionicis Ἀνάκλασις. Pes enim septem temporum cum pede quinque temporum simul sumti puncta conficiunt duodecim; ut Dimetrum, quamvis syllaba deficiat, tamen per hanc Epiplocen velut ex repercussione justos absolvat numeros. Post Asclepiadea bina ponitur sequente Glyconio. i. Od. 5. 14. 21. 23. et III. Od. 7. 13.

4. Glyconium Octasyllabum; duobus Dactylis Spondæum præjacit. Locum sortitur apud Horat. vel ante singula Asclepiadea, vel post bina cum Pherecratio, vel denique post terna. Hemiepos dicitur. Animadvertas licet Glyconium Pherecratio præmissum conficere Priapeium, quomodo Catullus:

Hunc lucum tibi dedico consecroque, Priape.

Virgilius:

Cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos?

5. Tetrametrum Dactylicum. Si desinit in Spondæum, Archilochium: sin in Dactylum, Alcmanium. Hexametri *Κόμμα ἀρκι-κόν* ex parte superiore versus: *δίμοιρον ἔπους*, Bes Hexametri. Bucolica tome, in Tetrametrum Alcmanium Pastorale Carmen Theocrito, quam Virgilio frequentius cæditur. Postponitur Hexametro. I. Od. 7. 28. Epod. XII.

6. Heroicum; Epos. I. Od. 7. 28.

Præmittitur Tetrametro Heroico, Epod. XII. Penthemimeri Dactylico, IV Od. 7. Iambico Dimetro, Epod. XIV. XV. Trimetro puro, Epod. XVI. Horatiano seu Archilochio composito ex Iambico Dimetro et Penthemimeri Dactylico, Epod. XIII.

7. Trochaicum vel Choricum Dimetrum Catalecticum. *Ληκίθιον* Euripidium. Complementum Penthemimeris Iamb. ad Trimetrum. Præponitur Iambico Trimetro Catalectico. II. Od. 18.

8. Dimetrum Iambicum. Succinitur Trimetris, unde Epodi nomen inprimis. Epod. a I. ad X. item Hexametris, Epod. XIV. XV. Nota: Dimetrum Trochaicum Catalecticum si connectas cum Dimetro Iambico Acatalecto, exhibebit Septenarium Trochaicum, qui est versus Comicis perquam familiaris.

9. Alcaicum. Iambicum Dimetrum Hypercatalectum. Enneasyllabum in Alcaico carmine Tricolo Tetrastropho tertiam sedem semper obtinet.

10. Iambicum Trimetrum Catalecticum Hendecasyllabum bis apud Horatium reperitur: I. Od. 4. sub junctum versui composito ex Bucolico et Ithyphallico: II. Od. 18. Trochaico Dimetro Catalectico pariter subjectum.

11. Archilochium Iambicum Trimetrum Acatalectum. Iambus per se facit canticum ad Canidiam et Palinodiam; alibi Trimeter Dimetro præmittitur, Epod. a I. ad X. aut Heroo purus subjungitur, Epod. XVI. aut denique prætenditur Horatiano seu Archilochio composito ex Penthemimeri Dactylico et Iambico Dimetro, Epod. XI.

12. Asclepiadeum Dodecasyllabum; ipsam cantilenam absolvit, I. Od. 1. Glyconium subsequitur, I. Od. 3. &c. terna præcedunt Glyconium, I. Od. 6. &c. bina sibi aggregant Pherecratium cum Glyconio, I. Od. 5. et sæpius.

13. Sapphicum Hendecasyllabum: unius omnino figuræ quarto clauditur Adonio: passim.

14. Alcaicum Hendecasyllabum: ubique sibi par constat ex Penthemimere Iambica et Basi Dactylica. Prima combinatio est

sex septemve temporum. Bina Hendecasyllaba ducunt. Ennemimeres Iambica sequitur.

15. Alcaicum Decasyllabum cogit agmen. Hanc Carminis complexionem Horatius inprimis celebravit.

16. Phalæcium Antispasticum Tetrametrum. Ratio cur hoc nomine insigniatur est ex Canone. Epitritus 4. Antispast. Antispast. Diiambus. Nos autem id agimus ut, quod fieri potest, intra trisyllabos pedes subsistamus; quare versum Heccædecasyllabum per duas Cæsuras Penthemimere et Triemimere carpinus, donec in Basin Dactylicam deponatur. 1. Od. 11. iv. Od. 10.

17. Alcaicum vel Anacreontium Dimetrum Heptasyllabum. Quodcumque metrum constat ex Dactylis et Trochæis, Logacædicon, id est, Prosometrum appellatur; eo fortassis quod Asiatici Oratores orbem verborum Ditrochæo libenter clauderant; alias ex Choriambo et Bacchio. 1. Od. 8.

18. Sapphicum Hephthemimeres cum supraposito Alcaico Dimetro. Superior versus cum hoc sic conjungitur apud Horatium. Verior metiendi ratio est per Epitritum, vel Hippium secundum, duos Choriambos, et Bacchium. Alcaicum Pentecædecasyllabum dicitur. 1. Od. 8.

19. Ionicum a minori Trirrhythum Acatalectum binis Trirrhythmis subjungitur Tetrarrhythum. III. Od. 12.

20. Archilochium compositum ex Tome Bucolica, quod est Tetrametrum Dactylicum, et Trochaico Dimetro Brachycatalecto, quod Ithyphallicum dicitur. Subjectum sibi habet Iambum Trimetrum Catalecticum. 1. Od. 4.

21. Archilochium compositum ex Penthemimeri Epico, et Iambico Dimetro. Observatu dignum Metra quæ Dactylicis Iambos apponunt, Encomiologica dici. Postponitur Iambo Trimetro. Elegiambus appellatus. Epod. xi.

22. Archilochium compositum ex Iambico Dimetro et Penthemimeri Epico. Sequitur Hexametrum. Iambelegos. Epod. XIII.

# ELENCHUS ALPHABETICUS

NONNULLORUM SCRIPTURÆ COMPENDIORUM

QUÆ IN VV. LL. OCCURRUNT.

---

Acr. Acron.	Helenius Acron, vetus Scholiastes.
Ald.	Editio Aldina.
Alt. 1. 2.	Duo codd. quos citat Jani.
Anchers.	Joan. Petr. Anchersenius ad Carmen Sæculare, Hafn. 1752.
Argent.	Editio Argenteratensis, an. 1516.
Ascens.	Ascensius in Editione Paris. 1503.
Basil.	Editio Basileensis, 1527.
Battel.	Codex Battelianus Bentleii.
Baxt.	Gulielmus Baxterus in Editione sua secunda, an. 1725.
Bemb.	Codex Bembinus Collegii Regii Cantab. quem citat Bentleius.
Bentl.	Ric. Bentleius in Editione sua secunda, Amst. 1713.
Bersm.	Codices Bersmanni apud Zennium.
Bland. 1. 2. 3. &c.	———— Blandinii antiquissimi apud Cruquium.
Bodl. 1. 2.	———— Bodleiani duo apud Bentleium.
Boët.	C. A. Boëttigerus in Ed. Brunsv. 1793.
Bond.	Joan. Bond. in Ed. Aurel. 1670.
Bos.	Lambertus Bos in Animadversionibus.
Brod.	Codex Brodæi, quem laudat Gesnerus.
Brut.	———— quem citat Jani.
Burm.	Petrus Burmannus in Ed. sua Amst. 1713.
Busl.	Codex Buslidianns, quem citat Cruquius.
Cantab.	Editio Cantabrigiensis 1701.
Carr.	Codex cujus Variantes laudat Cruquius.
Chabot.	Petr. Gualt. Chabotus in Editione sua Paris. 1582.
Colbert.	Codex Colbertinus apud Bentleium.
Comb.	Carolus Combe in Editione sua Lond. 1792.
Cruq.	Cruquius in Editione Plantiniana 1597.
Cun. Cuning.	Cunninghamius in Adversionibus in Ric. Bentleii Notas, 1721.
Dacer.	Dacerius in Editione sua Paris. 1709.
Desp.	Ludov. Desprez. in Ed. Delph.
Dess. 1. 2.	Codices quibus usus est Jani.

- Digb. Codex Digbeanus Bentleii.  
 Div. ——— Divæius Cruquii.  
 Dun. ——— Dunensis quem citat idem Cruquius.  
 Ed. pr. Editio omnium princeps, an. 1470.  
 Eliens. Codex Episcopi Eliensis, quem laudat Bentleius.  
 Faber. Tanaquillus Faber in Editione sua Salmurii 1671.  
 G. Fabr. Georgius Fabricius in Ed. Lips. 1570.  
 Faër. Codex Lambini.  
 Fl. Flor. Editio Florentina, an. 1482.  
 Franek. Codex Franekeranus, cujus Variantes citat Bentleius.  
 Gal. ——— Rogeri Galei apud eundem Bentleium.  
 Gand. ——— Gandavensis, quem citat Torrentius.  
 Gesn. Jo. Matth. Gesnerus in Editione Lips. 1815. cujus textum exhibendum curavimus.  
 Gott. Codex Gottingensis, quem citat idem Gesnerus.  
 Glar. Editio Glareana, quæ Friburgi prodit an. 1536.  
 Græv. Codex Grævianus Bentleii.  
 Han. 1. 2. Duo codicum Fragmenta in Biblioth. Regia Hannoverana, quibus usus est Gesnerus.  
 Hare. Jo. Hare in Epistola Critica, 1726.  
 Harl. 1. 2. 3. &c. Septem codices Harleiani, quos contulit Car. Combius.  
 Heins. Editio Dan. Heinsii Antw. 1604.  
 Helmst. Codex quem citat Jani.  
 Hurd. Ric. Hurdus in Editione Epistolarum ad Pisones, &c. 1766.  
 Jan. M. Christ. David Jani in Editione sua, Lips. 1778.  
 Jas. de Nor. Jason de Noris in Art. Poët. 1553.  
 Johnson. Ric. Johnsonius in Aristarcho Anti-Bentleiano, Notting. 1717.  
 Jones. Joan. Jones in Editione sua, Lond. 1736.  
 Kidd. Thomas Kidd. in Editione sua Bentleiana, Cantab. 1817.  
 Klotz. Chr. Adolph. Klotzius in Lectt. Venusinis, Lips. 1770.  
 Koëp. J. H. I. Koëppenius in Ed. Brunsv. 1793.  
 Lamb. Dion. Lambinus in Editione sua, Paris. 1577.  
 Land. Codex quem citat Jani.  
 Laur. ——— Laurentinianns Torrentii.  
 Leid. ——— vetustissimus Leidensis apud Bentleium.  
 Lips. 1. 2. 3. &c. Codices Lipsienses, quibus usus est Jani.  
 Locher. Editio Jacobi Locheri, Argent. 1498. quam 'Loschei' vocare solet Bentleius.  
 Magdal. Codex Magdalenensis Oxonii apud Bentleium.  
 Mald. ——— quem citat Cruquius.  
 Marcil. Theodor. Marcilius in Editione Lambini.  
 Markl. Jer. Marklandus in Epistola Critica, 1723.  
 Mart. Codex Martinius, cujus Variantes laudat Cruquius.  
 Mediol. Editio Mediolanensis.  
 Mentel. Codex quem laudat Jani.

Moret.	Codex Moreti apud Bentleium.
Muret.	M. Ant. Muretus in Editione sua, Venet. 1551.
Nann.	Petrus Nannius ad Art. Poët. in Editione Torrentii.
Nicot.	Codex quem contulit Lambinus.
Oxon.	—— Oxoniensis Bentleii.
Paris. 1. 2.	Duo codices Parisini, quos citat Waddel.
Petrens.	Codex Petrensis, quem contulit Bentleius.
Porphy.	Porphyrio, vetus Scholiastes.
Pulm. 1. 2. 3. &c.	Codices Pulmanni.
Reg. Soc.	Codex Regiæ Societatis Londini.
Regin.	—— Reginensis Bentleii.
Russard.	—— Lambini.
Rutgers.	Janus Rutgersius in Lectt. Venusinis, Traj. 1699.
Sanad.	Sanadonus in Editione sua, Paris. 1728.
Sand.	Editio Gul. Sandby, Lond. 1749.
Sax.	Excerpta Saxii apud Gesnerum.
Sil.	Codex Gualteri Silvii, quem citat Cruquius.
Sivr.	Lud. Poinset de Sivry in Editione sua, Paris. 1777.
Stat.	Codex Achillis Statii.
H. Steph.	Editio Henrici Stephani, Paris. 1577.
R. Steph.	—— Roberti Stephani, Colon. 1613.
Talbot.	—— Jac. Talbotii, Cantab. 1701.
Tons.	Codex Tonsanus, quem citat Cruquius.
Torn.	—— quem contulit Lambinus.
Torrent.	Lævinius Torrentius in Editione sua, Antv. 1608.
Trin.	Codex Collegii Trinitatis Cantab. quem contulit Bentleius.
Urs.	—— Fulvii Ursini.
Vat. 1. 2.	Duo codices Vaticani.
Venet.	Editio Veneta.
Vet. Comb.	Editio vetusta in Biblioth. Regis Britannici, (Venet. 1478. ut videtur,) quam Editionem pr. falso nuncupat Combins.
Vig. Vigorn.	Codex Vigorniensis Bentleii.
Vinar.	—— Vinariensis apud Gesnerum.
Voss.	—— Vossianus Bentleii.
Waddel.	Georgius Waddelus in Animadversionibus in Horatium, 1734.
Wakef.	Gilbertus Wakefield in Sylva Critica, 1789. et Editione sua, Lond. 1794.
Wetzel.	J. C. F. Wetzel in Editione sua, Lips. 1817.
Zar.	Editio omnium princeps, sine l. et a. Zarotianis typis et circiter 1470. ut conjicit Maittarius.
Zeun.	Jo. Carolus Zeunius in Editione Gesneri, Lips. 1815.
Zulich.	Codex Zulichemianus Bentleii.



# Q. HORATII FLACCI CARMINUM

## LIBER I.

---

### ODE I.

#### AD MÆCENATEM.

Horatius semistoicus, quo novum et leve Carminis genus apud severos excuset, fatetur se cum ceteris mortalibus insanire. (Est autem hæc velut præfatio libri. *Gesn.*) Alii aliis delectantur studiis; ego vero, si a Mæcenate inter Lyricos relatus fuero, h. e. si Carmina hæc mea probata fuerint Mæcenati. *Zeun.*

MÆCENAS atavis edite regibus,  
O et præsidium, et dulce decus meum,

*O Mæcnas orte a majoribus proceribus, o et meum columen, et cara mea gloria,*

---

Epigraphe in vett. exemplaribus: *Ad Mæcenatem*, vel *Mæcenatem*; in optimæ notæ codd. Torrentii: *Ad Mæcenatem*; in pluribus tamen ejusdem codd. *Ad Mecenatem*, sine diphthongo. Græci *Μακχνας* scribunt, cui lectioni vetusta marmora consentiunt.—1 Brodæi codex *regiis* pro *regibus*.—2 Turnebus *Advers.* xxvi. 7. laudat: *O desiderium et dulce decus*, ut dubium sit

#### NOTÆ

Ode est Monocolos, seu unius metri. Versus omnes Choriambici Asclepiadei Tetrametri Acatalecti; constant ex Spondæo, duobus Choriambis, et Pyrrhichio, vel Iambo; sicque scandere licet:

Mæcē | nās ātāvīs | ēdītē rē | gībūs;  
vel isto modo faciliori:

Mæcē | nās ātā | vīs | ēdītē | rēgībūs.

1 *Mæcnas*] Ex antiquis marmoribus Græcisque auctoribus constat ita

scribendum hoc nomen, non *Mæcnas*, ut quidam e vulgo. Vide Cæli Rhodigi. lib. xii. cap. 16. 'Mæcnas equestri, sed splendido natus genere, non minus Agrippa Cæsari carus.' Vell. Patere. 'Vir ingeniosus, et magnum exemplum Romanæ eloquentiæ daturus, nisi illum enervasset felicitas,' inquit Senec. *Epist.* 19.

*Atavis*] Ex Non. Marcell. quasi

## Sunt quos curriculo pulverem Olympicum

*sunt plerique qui decurrentes gaudent conspergi pulvere Olympico, et quos meta*

//////////

emendare voluerit, an memoria deceptus sit.—3 *Sunt-quos* junctim et ὅφ' ἐν accipiendum esse scribit Bentl. '*Olympicum* habent libri et scripti et impressi, et ita citat Servius ad Virg. Georg. III. 49. et Lactantius ad Statii Theb. IV. 262. Ego vero non dubito quin *Olympicum* sit Inter-

## NOTÆ

'avi tata,' id est, pater. Avi proavis proprie atavus dicitur. Plaut. Pers. I. 2. 5. 'Pater avos, proavos, abavos, atavos, tritavos.' Qui his superiores sive anteriores sunt, majores appellantur.

*Editæ regibus*] Id est, viris principibus, quicquid garriant nonnulli de Etruriæ Regibus; quamvis etiam illorum nescio quam et quo nixam fundamento seriè contexant; ut Mæcenati pater fuerit Menodorus, avus Menippus, Cæcina proavus, Volturenus abavus, Titus atavus, Turrhenus tritavus, Elbius majorum primus, &c. Certe divites quosque et primarios viros nuncupari aliquando Reges, constat ex auctoribus tum profanis, tum etiam sacris. Vide infra Od. 20. vs. 5. ibique Annot. III. Od. 29. 'Tyrrhena Regum progenies.'

2 *O, et præsidium*] Mæcenas fuit salutis atque dignitatis auctor ac defensor apud Augustum, non Horatio tantum, sed et Virgilio, Propertio, aliisque viris literatis præsidium ac tutela. Vide II. Od. 7. Tanta vero Mæcenatis apud posteros fama extitit, ut ad omnes ernditorum patronos id nominis transierit, quorum ex magnificentia atque ope scientiarum fata pendere videantur.

*Dulce decus meum*] *Decus* ex nobilitate; *dulce*, ex familiaritate viri Principis. Huc pertinet quod ait Persius, I. Sat. 116. 'Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico Tangit,' &c.

3 *Sunt quos, &c.*] Alii gymniciis exercitationibus impense student, alii

agriculturæ, alii navigationi et mercaturæ, alii militiæ, alii venationi, &c.

*Curriculo*] Pro curru, vel ipso curru, vel etiam loco in quo decurritur, accipitur ista vox.

*Pulverem Olympicum Collegisse juvat*] Decurrendo stadium, sive Romæ in Circo, vel in Campo etiam Martio; sive apud Græciam in ludis illis solennibus, qui totius orbis frequentia celebrabantur, in quibus pentathlon, sive quinquertium, id est, quintuplex certamen: jaculatio, disci jactus, stadii cursus, saltus, palæstra; sive mavis, cursus, pugilatus, discus, cæstus, lucta. Stadium longum erat pedes sexcentos. Victores Olympionicæ vocabantur, coronabantur, laudabantur; vacatione munerum curæ ac tutelæ, perpetuaque immunitate donabantur; adeo ut Olympioniceen esse censeretur aliquid majus quam Romæ de hostibus triumphus. Quatuor apud Græcos ejusmodi celebres Ludi erant: Olympici, Pythii, Isthmii, Nemeæi. Anni quidam, ut Pythii; quinquennales Olympici et Isthmii; Nemeæi tertio quoque anno fiebant; plerique dies quinque durabant. Ab Olympicis ludis nuncupata sunt Olympiades ea spatia seu intervalla duas inter ludorum celebrationes comprehensa. Institutos fama est ludos Olympicos anno 4400. ab Hercule Cretensi quidem, in honorem Pelopis, juxta flumen Alpheum, ad delubrum Jovis in Achaia, juxta Pisam et Elidem, in campo cui O-

Collegisse iuvat : metaque fervidis  
 Evitata rotis, palmaque nobilis

5

*non tacta rotis calidis, ac illustris victoria extollit ad Deos orbis moderatores.*



polatoris, *Olympium* ad suum loquendi modum accommodantis.' *Cuning.*  
 —5 Withofius in *Spec. Gunther.* pp. 54. 55. 'Ne dubita, quin Poëta  
 ita scripserit, *Si vitata*, &c. ut constr. sit: Sunt quos pulverem Olym-

NOTÆ

lympia nomen. Victoribus oleagina dabatur corona. Vide *Virgil. Georg.* III. 18. et seqq. *Alex. ab Alex.* v. 8. *Cæl. Rhodig.* XIII. 17. Pythii Ludi fiebant in honorem Apollinis ob interfectum Pythonem serpentem. Coronabantur lauro victores. Isthmici a Theseo dicati Neptuno, vel Herculi, vel Melicertæ, seu Palæmoni, (nam variæ sunt opiniones,) in Isthmo, seu in angustis faucibus Corinthiacis. Victorum corona e pinu erat. Denique Nemeæi ludi celebrabantur vel in gratiam Herculis ob occisum in Nemeæa sylva leonem prodigiosæ magnitudinis, apud Cleonas Achaïæ civitatem in Peloponneso; vel, ut alii volunt, propter Archemorum Lyncurgi puerum in Nemeæa sylva defunctum. Victoribus ex apio corona conficiebatur. In istis omnibus ludis, præter exercitationes corporis, erant et ingenii certamina, videlicet poëtarum victores heroas et athletas certatim laudantium. Vide *Pindarum.* Olympiis Agona Musicum addidit Nero, qui et in iis non bigis sed decemjugi curru aurigavit, victoriamque tulit. Sylla Olympiade 175. athletas et reliqua ex Olympiis certamina Romam traduxit. *Alex.* ab *Alex.* ante cit.

4 *Metaque*] Meta lapis est, vel congeries quædam in acumen fastigata, seu e lato in acutum erecta, circa quam currus, seu bigæ vel quadrigæ, seu etiam in mari naves cursum flectebant. *Ovid. Met.* x. 106. 'Metasque imitata cupressus.' In Circo

Romano metæ primum lignæ, ab Imperatore Claudio factæ demum aureæ sunt. *Alex. ab Alex.* cit.

*Fervidis Evitata rotis*] Præcipuus erat labor et summa cautio in curuli certamine, ne in flexu currus impingeret ad metam ac diffringeretur. Apud *Homer. Iliad.* Nestor Antilochum filium erudiens monet cavendum ut rotæ modiolus summam quidem metam attigisse videatur, sed lapidis tactum vitet, ne vulnerentur equi, currusque disrumpatur. Ergo non abs re in Olympiis nobilissima putabatur ea victoria curulis agonis. Patet ex *Herodoto* et *Pindaro.* Porro circa metam currus agitari debebat septies. *Auson. Epitaph.* xxxv. 'Phosphore, clamosi spatiosa per æquora Circi Septenas solitus victor obire vias.' *Propert.* II. 25. 25. 'Ant prius infecto deposcit præmia cursu, Septima quam metam triverit ante rota.' Græci duodenum flexum notant. *Pindar. Olymp. Od.* III. δωδεκάγαμπτρον τέρμα, et *Pyth. Od.* v. ποδαρκέων δωδεκαδρόμων τέμενος. Non prætermittam hic veterem Britannorum in regendis curribus bellicis industriam ac solertiam, ad quam usu quotidiano et exercitatione assuescebant, 'ut in declivi ac præcipiti loco incitatos equos sustinere, ac brevi moderari et flectere, et per temonem currere, et in iugo insistere, et inde se in currus recipere cito possent.' *Cæsar Bell. Gall.* IV. 33. meminit et *Juvenal. Sat.* IV. 126.

5 *Palmaque*] Athletis qui Olympia,

Terrarum dominos evehit ad Deos.  
 Hunc, si mobilium turba Quiritium  
 Certat tergeminis tollere honoribus:  
 Illum, si proprio condidit horreo  
 Quicquid de Libycis verritur areis.

10

*Hunc, si conventus Romanorum inconstantium certatim evehit ad maximas dignitates; illum, si congegissit in suum granarium quicquid colligitur ex areis Libyæ; ges-*

\*\*\*\*\*

picum juvat collegisse; si nimirum et meta vitata fervidis rotis, et palma nobilis eos ad Deos terrarum dominos evehit. Nimirum scriptum olim erat, neglecta priore litera, *i vitata*, quod cum nihili esset, mutatum in *Evitata*, cum potius *τὸ S* appingi vel ascribi debuisset. Rutgersius punctum ponit post *nobilis*, et vs. 10. post *areis*: Edd. vet. fere omnes punctum post *Deos*, colon post *honoribus*, et comma post *areis*, et ita Glareanus. Fr. Harius accedit sententiæ eorum, qui punctum poni volunt ad vocem *nobilis*.—6 Bentl. pro *evehit*, ex conjectura scripsit *evehere*, totum locum ita constituens: *Sunt quos c. p. O. C. juvat, m. nobilis T. d. evehere ad Deos: Hunc, si m. t. Q. C. t. t. honoribus: Illum, s. p. c. h. Q. d. L. v. areis. Gaudentem, &c.* Hanc distinctionem servant Wetzel. Comb. Wakef. et Kidd, quamvis legant *evehit* cum omnibus scriptis et edd.—7 Brod. Gott. a m. pr. et Exc. Sax. cum Harl. 2. 3. 5. 6. *si nobilium*. ‘At *si nobilium* recte habent codices vetustiores, quatuor Blandinii apud Cruq. duo apud Pulmannum, Bersmanni unus, et ex nostris optimi Leid. Græv. et pro var. lect. eadem tamen manu, codex Collegii Reginæ; tum etiam vetus Scholiastes.’ Bentl.—8 *Certat* duo codd. Bersmanni

#### NOTÆ

Pythia, Nemeæa, Isthmia vicissent, Græci tantos honores tribuebant, ‘ut non modo in conventu stantes cum palma et corona ferrent laudes,’ sed et cum reverterentur in suas civitates quadrigis triumphantes inveherentur, atque vectigalibus a Republica constitutis totius vitæ spatio fruerebantur. Hæc Vitruv. lib. iv. Palma vero signum victoriæ passim apud omnes statuitur, ex Plutarcho, propterea quod ea est ejus natura ligni, ut urgentibus opprimentibusque minime cedat. Unde est illud Alciati Epigramma: ‘Nititur in pondus palma, et consurgit in altum; Quoque magis premitur, hoc mage tollit onus.’

6 *Terrarum dominos*] Ista verba quidam accipiunt de Romanis, qui fuerint victores in Ludis Circensibus, scilicet ob illud Virgilii, ‘Romanos rerum dominos;’ nonnulli referunt ad vitam et fortunam Olympionica-

rum beatissimam, quæ et in proverbium abiit. Melius tamen alii ad ipsos Deos orbis dominatores.

*Evehit ad Deos*] Ad Deorum felicitatem videtur evehere. Hinc et iv. Od. 2. 18. ‘cælestes’ appellantur Olympionicæ.

7 *Mobilium*] Quidam *nobilium* legunt: at illud aptissimum populi epithetum. *Quiritium*, a Romulo, qui post mortem et apotheosim Quirinus vocatus, Quirites Romani sunt dicti: ‘Sive quod hasta quiris priscis est dicta Sabinis.’ Ovid. Fast. ii. 477.

8 *Tergeminis honoribus*] Amplissimis, Tribunatu, Quæstura, Ædilitate, Prætura, Consulatu, Censura, Dictatura. Alii intelligunt iteratos Magistratus; nonnulli sublato et congeminato plausus in theatro, quales Mæcenati gratulatur Horatius Ode 20. Injus libri.

Gaudentem patrios findere sarculo  
 Agros, Attalicis conditionibus  
 Nunquam dimoveas, ut trabe Cypria  
 Myrtoum pavidus nauta secet mare.  
 Luctantem Icaris fluctibus Africum  
 Mercator metuens, otium et oppidi

15

*tientem scindere sarculo rura paterna, nunquam deducas de proposito, etiam promissione opum Attali, ut nauta timidus findat navi Cypria undas pelagi Myrtoi. Mercator timens Africum ventum pugnans cum aquis maris Icaris, commendat quie-*

//////////

et Harl. 2.—10 Codex unus Bersmanni: *vertitur areis*. Cf. Tibull. II. 2. 5.—13 Omnes omnium codd. et edd. vett. *dimoveas*; Lambinus tamen edidit ex conjectura *demoveas*, quod tacite recepit Wakef.—15 *Icareis fluctibus* Gla-rean.—16. 17 Acidalius ad Vellei. Paterc. II. 110. conj. *otium et oppidi L.*

## NOTÆ

10 *Libycis*] Martial. VI. 86. 'Possideat Libycas messes,' &c. apud Pindarum *Ἰβυα πυροφόρος*, *Libya tritici ferax*: Claudian. de Laudib. Stili-lic. 'Spicis insignis Africa' dicitur.

*Areis*] Varro de Ling. Lat. lib. IV. 'ubi frumenta secta terantur et arecant.' Festus vero ait esse 'locum vacuum, quasi exaruerit, et non possit quicquam generare.' Hinc et areæ vocantur loca in urbe pura, vacua, nullisque ædificiis occupata.

11 *Sarculo*] Rusticum est instrumentum in modum falculæ incurvum, quo segetes noxiis herbis internascentibus leviter scalpendo expurgantur. Gallice, *un sarcloir*. Sarrire, *sarcler*.

12 *Attalicis conditionibus*] Opulentissimis scilicet illis: vel toto Asiæ regno, ubi Attalus, Pergami rex, floruit opibus tantis quidem, ut earum hæredem non alium quam Populum Romanum indicarit a se institnendum. Hinc et splendida quælibet nominantur Attalica. Propert. II. 13. 22. 'Nec sit in Attalico mors mea nixa toro.' De Attalo plura II. Od. 18. Vide Justin. lib. XXXVI.

13 *Trabe Cypria*] Navi fabricata ex optimis lignis, qualia ædificandis

navibus aptissima reperiuntur in Cypro Mediterranei maris Insula, de qua postea fusius ad Od. 3. vs. 1. 'Trabs' Isidoro lignum unum quod transversum continet utrumque parietem. Festo duo ligna compacta; hinc 'trabica' pro 'navi.'

14 *Myrtoum*] Pars Ægæi maris, Eubœæ proxima, sic appellatur ex Plinio, ab Insula parva, quæ hodie *Mandria*, olim 'Myrtos.' Fabulatores volunt sic appellari a Myrtoo quodam in mare istud præcipitato; vel a muliere Myrtone. Porro illud præ ceteris mare hic afferri videtur, quia naufragiis infestum nautis pavorem injiciat, vixque citra periculum navigari queat, ob crebras insulas et scopulos.

15 *Icaris fluctibus*] Hodie, *Mar di Nicaria*, Ægæi pars ad Samum ac Delum Insulas, nomen habuit ab Icaro Dædali filio, in illud delapso. Ovid. Fast. IV. 283. 'Transit et Icarinum lapsas ubi perdidit alas Icarus, et vastæ nomina fecit aquæ.'

*Africum*] Ventum ab Africa flantem, vernacule *Sud-ouest*, inter Meridiem et Occasum. Virgil. 'Creberque procellis Africanus.'

Laudat rura sui : mox reficit rates  
 Quassas, indocilis pauperiem pati.  
 Est qui nec veteris pocula Massici,  
 Nec partem solido demere de die 20  
 Spernit, nunc viridi membra sub arbuto  
 Stratus, nunc ad aquæ lene caput sacræ.  
 Multos castra juvant, et lituo tubæ  
 Permistus sonitus, bellaque matribus  
 Detestata. Manet sub Jove frigido 25  
 Venator, teneræ conjugis immemor ;  
 Seu visa est catulis cerva fidelibus,

*tem, et agros sui pagi ; paulo post tamen resarcit naves laceras, paupertatis impatiens. Est alius qui non contemnit cyathos vini Massici veteris, neque detrahere aliquot horas ex die integro, modo jacentes habens artus sub arbuto virenti, modo ad originem placidam fontis sacrati. Militia placet multis, sonusque buccinæ ac litui mixtus, et bella matribus execranda. Venator oblitus delicatæ uxoris moratur sub aëre frigenti, sive cancs fidi conspexerunt cervam, sive aper Marsus fregit retia rotunda.*



*tuta sui, probante Gronovio, improbante Wetzel. Hinc Bentleius in Curis Novissimis : otia et oppidi L. tuta sui. Edd. vett. rateis.—24 ‘ Permixtus codd. Bersmanni, sed repugnante consuetudine Horatii.’ Zeun.—25 Detestanda legit*

#### NOTÆ

17 *Laudat rura*] Mercator rusticam laudat vitam, dum ingruit tempestas ; at transacto periculo, negotiationem cogitat statim ut prius, lucro inhians.

19 *Massici*] In Massico monte Campaniæ crescebat optimum vinum. Nominisque et uvarum nobilitas perdurat etiamnum. Valde austerum, et stomacho robur dare dicitur Athen. i. 21.

20 *Partem solido demere de die*] Ad genio indulgendum, intermissis negotiis ac seriis occupationibus.

21 *Arbuto*] Gallice, *arboisier*.

22 *Sacræ*] Singulis fontibus præesse Nymphas et quædam Numina creditum pridem. Hinc illis victimæ et libamina florum ac vini. Vide III. Od. 13.

23 *Lituo tubæ*] Lituus minor tuba est et incurvus, insigne augurum, ex

Gell. v. 8. Tuba directa, sic a tubo quem refert appellata, gravi sono pedites excitabat, lituus autem acuto clangore equites. Ovid. Met. i. 98. ‘ Non tuba directi, non æris cornua flexi.’

24 *Bellaque matribus Detestata*] Per quæ nempe orbantur viris ac filiis.

25 *Manet sub Jove frigido Venator*] Cic. Tusc. II. n. 40. ‘ Consuetudinis magna vis est. Pernoctant venatores in nive : in montibus uri se patiuntur.’

*Sub Jove*] Jovem pro aëre usurpari docet Macrobius. Varro ex Ennio : ‘ Istic est is Jupiter, quem Græci vocant aëra, qui ventus est et nubes, imber postea, atque ex imbre frigus, ventus post, fit aër denno,’ &c.

27 *Catulis fidelibus*] Cic. de Nat. Deorum II. n. 158. ‘ Canum tam fida custodia, tamque amans dominorum

Seu rupit teretes Marsus aper plagas.

Me doctarum hederæ præmia frontium

Dis miscent superis: me gelidum nemus,

30

Nympharumque leves cum Satyris chori

*Hederæ vero, merces doctorum capitum, me collocant inter summos Deos: me sylva frigida et celeres choreæ Nympharum cum Satyris segregant a vulgo, si neque*

Lactantius ad Statii Theb. III. 377.—28 *Seu irrupit codex vetustus Barthii.*—29 '*Te doctarum scripturam proculdubio genuinam huic versiculo redonavimus.*' Wakef. *Te, quod suboluit Rutgersio, sibi vindicat Harius, Scripture Vindicated, p. 263.* *Me servant omnes codd. manuscripti et edd. vet. probantibus Cuing. Gesn. Klotz. ceteris.*—30 *Diis omnes codd. præter*

NOTÆ

adulatio . . . tam incredibilis ad investigandum sagacitas narium, tanta alacritas in venando, quid significat aliud, nisi se ad hominum commoditates esse generatos? Vide Ælian. de Animal. XIX. 11. Huc spectat quod sunt quidam venatici canes, qui visu melius quam olfactu feras consectantur. Gall. *Chasser à vue.* Sunt porro fideles ii qui a recta præda non aberrant in adventitiam. Gall. *Qui ne prennent point le change; ou, Qui gardent le change.*

28 *Teretes plagas*] Solent venaturi sylvas telis ac linteis circumdare, quibus feræ concludantur. *Teretes*] Tereti fune confecta retia.

*Marsus aper*] Apud Marsos, Italiæ populos, Sabinis affines, sylvæ plurimæ, in quibus venatio frequens.

29 *Doctarum hederæ præmia frontium*] Hederæ coronabantur Poëtæ eximii, quique in certamine ingenii et industriæ victores fuerant: vel quod æternitatem et immortalitatem carminis designet perpetuus ille viror hederæ, quemadmodum et lauri: sive quia Poëtæ Baccho perinde ac hederæ sacri sunt, ob enthusiasmum, quo Bacchantium more interdum corripiuntur, vel potius ob vini ad condenda carmina utilitatem. Unde Noster postea asseret non posse diu placere

aut vivere carmina 'quæ scribuntur aquæ poteribus.' Virgil. Eclog. VII. 25. 'Pastores hederæ crescentem ornate Poëtam.'

30 *Dis miscent superis*] Felicitate me similem Diis faciunt, ac perinde beatum ut qui divinos honores consequuntur.

*Nemus*] Quippe quod meditando et conscribendis versibus aptissimum; nam 'Carmina secessum scribentis et otia quærunt.' Hinc et in iis locis constituuntur Nymphæ cum Satyris choros ducentes; id est, profundæ et eruditæ cogitationes doctis viris sese immiscentes et insinuantes.

31 *Satyris*] De his postea II. Od. 19. Rustica Numina sunt, quorum superna pars corporis humanam effigiem, inferior caprinam exhibebat: ceterum rerum omnium cognitionem habere atque hominibus impertire Satyri, Fauni, Sylvani existimati sunt. Patet ex Virgilio Ecloga VI. in qua Silenus de abstrusiori rerum natura et origine solerter disserit. Vide Luciani Dialog. XXVI. cui titulus, 'Dionysus.' Diodor. Sicul. Plin. VII. 2. Satyri humano capite, sed cornuto calvoque, acutis auribus, depressis naribus, villosa corpore, ab antiquis pinguntur. Plutarchus in Syllæ Vita refert, per Thessaliam et Macedoniam

Secernunt populo ; si neque tībias  
 Euterpe cohibet, nec Polyhymnia  
 Lesboum refugit tendere barbiton.  
 Quod si me lyricis yatibus inseris,

35

*Euterpe fistulas coërcet, neque Polyhymnia dedignatur intendere lyram Lesbiam. Quod si me annumeres Poëtis Lyricis, cælum attingam excelso capite.*

\*\*\*\*\*

Anhalt. in quo diserte *Dis.*—33 *Si neque prohibet* Brod. et Harl. 6. *neque Polymnia* codd. Aldi ; *Polimnia* Harl. 1. 2. 3. 5. 6. *Polymneia* in Vet. Comb. et aliis ; sed Sosipater et antiquissimi Bland. *Polyhymnia.*—35 Duo Bland. et

## NOTÆ

ad mare descendente Sylla, non longe Dyrrhachio vicinaque Apollonia, apud Nymphæum sacrum quendam locum, colle virenti ac rivulis amœno obdormiscentem Satyrum, qualem Poëtæ Pictoresque effingunt, captum fuisse : qui perductus ad Syllam per varios interpretes interrogatus, quis esset, nihil quod intelligi posset respondit ; tantum vocem asperam lininitu equino et lirei balatu mixtam edidit. Quo astantes ipseque Sylla obstupefacti Satyrum dimiserunt. Sanctus autem Hieronymus in Vita Pauli Eremitæ scribit, temporibus Constantini visum toti Alexandriae populo Satyrum : præterea sancto Antonio apud cremum occurrisse homuncionem aduncis naribus, fronte cornibus aspera, cui extrema corporis in caprarum pedes desinerent : interrogatum vero quis esset, respondisse : Mortalis ego sum, unus ex eremi incolis, quos delusa Gentilitas Faunos Satyrosque appellat et colit.

32 *Secernunt populo*] Supra vulgi humilem imperitamque turbam attolunt, ac velut sacrum a profano segregant. III. Od. 1. ‘ Odi profanum vulgus et arceo.’

*Si neque tībias Euterpe cohibet, &c.*] Si modo mihi suam opem non negent Musæ. Tibiæ pridem confectæ ex

ossibus crurum, seu tibiærum gruis, cervi, &c. et hinc nomen. Vide Scalliger. Poët. 1. 20. Porro Euterpe, Musarum una, tibiærum inventrix dicitur, nomen autem sortita a cantus suavitate et a delectando : εὖ, bene, et τέρευν, delectare. Auson. Eclog. de Musis.

33 *Polyhymnia*] Hæc inter Musas id muneris obtinet, ut multos canat hymnos, virorumque insignium laudationibus præsit. Unde nomen ei factum. Ita, inquam, scribunt Ovid. Fast. v. Herod. lib. VII. &c. Aliis *Polymneia* a multiplici rerum memoria dicitur.

34 *Nec Lesboum refugit tendere barbiton*] Si mihi concedat facultatem optimi Carminis Lyrici, qualem habuerunt Alcæus et Sappho e Lesbo Insula oriundi, de quibus postea hujus libri Od. 32. et II. Od. 13.

*Barbiton*] Instrumentum musicum multas habens chordas. Anacreontis inventum facere videtur Horatius, Od. 32. et seqq.

35 *Quod si me, &c.*] Si tuum, o Mæcenas, accedat mihi iudicium, sique me pronunties inter Poëtæ Lyricos dignum recenseri, tum me Diis parem existimabo.

*Lyricis*] Apud Græcos novem Poëtæ Lyrici celebrantur, Pindarus, Alcæus, Sappho, Stesichorus, Ibycus,



Sublimi feriam sidera vertice.



Carr. *inserir.*—36 *Sublimis* Muretus ex codice Achil. Statii; omnes vero Cruquii et Torrentii *Sublimi*. Scaliger magis sonorum fore hunc versum iudicat, si legatur: *Sublimi feriam vertice sidera*.

NOTÆ

aechylides, Simonides, Alcman, Anacreon. Apud Latinos Horatius princeps ac prope unicus. Huic addit Cæsium Bassum Quintilianus,	x. 1. 36 <i>Sublimi feriam sidera vertice</i> ] Platoniorum erat sententia: Poëtam infra Deum et supra hominem esse.
---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

ODE II.

AD AUGUSTUM CÆSAREM.

Poëta incertum se dicit, quis Deus sub humana Augusti specie Divi Julii necem vindicaverit. (Non potuit Horatius invocare Deum ultorem necis Cæsarianæ, miles ipse Bruti: sed blauditur Augusto post bella civilia reddenti tranquillitatem: et pertinet forte, quod pulchre coniecit Sanadonus, neque Benteianis rationibus repugnat, ad illud ipsum tempus, quo Augusti nomen, quod habet vetus inscriptio hujus carminis, suscepit. Vid. Dio LIII. 20. p. 510. c. et quæ dicentur ad vs. 29. *Gesn.*)

JAM satis terris nivis atque diræ

*Jupiter jam in terras immisit sat nivis et horrendæ grandinis, vibransque fulmi-*



Hæc Ode quinta est Libri tertii in Editione Sanadoni.—1 Pro *terris* Hein-sius conj. *tetræ*, quod placet Burmanno ad Serv. *Æn.* III. 589. no. 97. ‘Malle *tetram nivem* Riphæis montibus reliquisset.’ *Gronov.* Vide *Sylog. Epist.* tom. II. p. 554. In *Diurno Literario, Journal Literaire*, an. 1736. tom.

NOTÆ

Ode est Dicolos Tetrastrophos. Tres quique priores versus sunt Sapphici. Constant e Trochæo, Spondæo, Dactylo, et duobus Trochæis. Et sic scanduntur: Jām sā   tīs tēr   ris nīvis   ātquē   diræ   Quartus est Adonicus, e Dactylo et Spondæo. Tērrūit   ūrbēm. I <i>Jam satis</i> , &c.] Optime Turnebus lib. VI. cap. 8. Prodigia Cæsaris mortem secuta offensiuem Deorum et iram ostendentia, atque augurium	civilium deinceps bellorum eventumque portentia Horatius commemorat: cum autem solerent prodigia et portenta procurari et expiari, iraque Deorum obsecrationibus placari, utrumque in ea Ode reperies. Porro funestum ac dirum ostentum erat, cum ædes sacræ de cælo tangebantur. Cic. de Div. II. 19. ‘Nam pater altitonans, stellanti nixus Olympo, Ipse suos quondam tumulos ac templa petivit, Et Capitolinis injecit sedibus ignes.’ <i>Nivis atque diræ Grandinis</i> ] Post-
---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

Grandinis misit Pater, et rubente  
 Dexterâ sacras jaculatus arces,  
 Terruit urbem :

Terruit gentes, grave ne rediret

5

Sæculum Pyrrhæ, nova monstra questæ :

*na in sacras arces manu flammata, Romæ terrorem incussit. Alias etiam nationes fecit timere ne rediret triste tempus Pyrrhæ conquerentis ob prodigia inaudita :*

XXIII. P. 2. p. 413. frequens terminatio *is, satis, terris, nivis, cacophoniæ* accusatur. Nihil mirum, si hæc ad Gallicam pronuntiationem exigantur, quomodo et nostrates plerumque enuntiant. *Jam sat iratus conj.* With.—2 Lips. 3. *ac rubente*; Cuning. *et rubenti*.—3 Edd. vet. cum multis codd. *arceis*.—4 *Terruit orbem* Brodæi codex.—5 Wakef. in Obs. ad Horatium, 4to. 1776. legit: *Terruit gentes grave, ne, &c.* i. e. graviter terruit; in Ed. vero 1794. vulgatam servat. *Terruit mentes conj.* With. laudans Virg. *Æn.*

#### NOTE

quam a Cassio et Bruto Julius Cæsar in Senatu interfectus est, nivis et grandinis tempestates prodigiosæ aliæque portenta acciderunt. Tiberis quoque exundans urbem agrosque fœdavit. De quibus fuse Appianus lib. iv. Dio lib. XLVII. aliique. Illa vero prodigia a Diis velut immissa in ultionem occisi Principis, adulatorie Noster aliique ejus sæculi Poëtæ scripserunt, Augusti gratiam captantes, qui ‘omnium bellorum initium et causam hinc sumsit, nihil convenientius ducens, quam necem avunculi vindicare, tuerique acta.’ Sueton. Octav. cap. 10. Idque pro concione voverat, teste Dione lib. XLV. Idem Sueton. cap. 29. ‘Exstruxit ædem Martis ultoris. . . . quam bello Philippensi pro ultione paterna suscepto voverat.’

*Nivis*] Ingens nivium copia fecit eluvionem Tiberis, adeoque portenti ioco habita est. Frustra ergo Scaliger Hypercrit. locum hunc Horatii redarguit.

*Divæ Grandinis*] Quoties erat grandæ solito major, lapidibus pluisse dicebant veteres et prodigium cense-

bant, procurabantque. Tit. Liv. pluribus locis.

3 *Sacrâs jaculatus arces*] Magna tunc Jovis ira, cum nec sibi sacratis parci ædibus. Hinc vero portendi rerum mutationem credebant olim, teste Dione et aliis. Seneca Quæst. Nat. II. 41. ‘Prima,’ inquit, ‘manubia (Tuscum est vocabulum, et significat fulmen; ne quid te remoretur, lector,) monet et placata est, soliusque Jovis arbitrio mittitur. Secundam mittit Jupiter quidem, sed ex consilii sententia; nam dno decim advocat Deos: quæ manubia prodest, at non impune. Tertiam idem mittit, sed adhibitâ in consilium Diis, quos Superiores vocant: et manubia hæc tertia incendit et vastat, mutatque statum privatam et publicam quem invenit,’ &c.

4 *Urbem*] Romam, antonomastice; urbium scilicet principem.

6 *Sæculum Pyrrhæ*] Diluvium simile Deucalionæo. Eluviones fuere plures, testibus Euseb. Hieron. Isidoro, et aliis. Una mensium novem sub Ogyge prisco: altera Niliaca unius mensis sub Hercule et Prome-

Omne cum Proteus pecus egit altos

Visere montes:

Piscium et summa genus hæsit ulmo,

Nota quæ sedes fuerat columbis:

Et superjecto pavidæ natarunt

Æquore damæ.

10

quando Proteus totum armentum duxit in excelsos montes, atque piscium genus ad-  
hæsit ulmi fastigio; qui locus fuerat columbis cognitus: nec non damæ timidi nata-



iv. 210. Ovid. Met. 1. 55. Vide Heins. ad Ovid. Met. 1. 99.—7 *Omne dum* nns Bersmanni. *pecus exit* Harl. 3.—10 'Codex Battel. pro v. l. *palumbis*, cui astipulatur illa veteris Schol. 'Leviter in re tam atroci et piscium et palumborum meminit.' Bentl. Et sic exhibent Cuning. et Sanad. Omnes alii codd. scripti et edd. vett. *columbis*. 'Columbis' locum in arboribus, et hic adeo, negant Critici post Bentleium, et *palumbis* substituunt. At generis nomen est 'columba,' quo et 'palumbes' et 'turtures' comprehendi possunt, quibus in arboribus sedes esse nemo negat.' Gesn.—11 Harl. 1. *Et superjecto*; Lips. 1. *Et super jacto*; Alt. 2. *Et superjectæ pavide*.—12 Sex codd.

NOTÆ

theo Ægyptiis: tertia duorum mensium sub Ogyge Attico: quarta mensium trium in Thessalia tempore Deucalionis et Pyrrhæ: quinta sub Proteo Ægyptio. Has Poëta nonnquam jungunt confunduntque, immo his tribuunt ea quæ ex Sacris Codicibus acceperant de universali Diluvio, quod describit Moses Genes. cap. 6. et seq. Sic et alii pariter Ethnici. Apollodor. lib. 1. 'Ubi Jupiter,' inquit, 'æneam prolem tollendam censuit, Deucalion Promethei consilio fabrefacta e lignis arca, repositisque in ea rebus ad vitam necessariis, ingressus in eam est cum Pyrrha uxore: tum Jupiter effusis large imbribus maximam Græciæ partem cooperuit; ut quicquid mortalium illic foret, interierit, præter admodum paucos.' Plutarchus de Animant. Comparat. refert columbam arca emissam Deucalioni nuntiam tempestatis fuisse, cum remearet; serenitatis, cum evolare.

Pyrrhæ] Pyrrha uxor Deucalionis Thessaliæ Regis: qui duo tantum

fuere superstites ex eluvione; navicula emergentes in Parnassum, ceteris montibus aqua summersis. Subinde vero consuluerunt Oraculum, quo pacto genus humanum posset reparari: acceptoque responso jactis post tergum lapidibus id præstiterunt. Vide Ovid. Met. 1. Virgil. Eclog. vi. Juvenal. Sat. 1. 81. et seq. &c. Thessalica illa contigit eluvio annis fere quindecim ante Hebræorum ex Ægypto egressum: ut volunt quidam non absurde.

7 *Omne cum Proteus, &c.*] Protens custos Phocarum Neptuni, in eo diluvio, inquit Poëta, gregem suum, seu vitulos marinos, deduxit in altos montes, qui prius vel in aquis, vel in ripa duntaxat debebant. Sunt enim ἀμφίβιοι Phocæ.

9 *Piscium et summa genus hæsit ulmo*] Fluctibus terræ superfusis, pisces arborum summo cacumini, supremisque fruticibus adhærebant.

10 *Nota quæ sedes fuerat columbis*] At 'vix hoc persuadeas rerum naturæ consultis,' inquit Scaliger: quasi

Vidimus flavum Tiberim, retortis  
 Littore Etrusco violenter undis,  
 Ire dejectum monumenta regis,  
 Templaque Vestæ :  
 Iliæ dum se nimium querenti  
 Jactat ultorem ; vagus et sinistra

15

*verunt in mari superfuso. Aspeximus flavum Tiberim ire prostratum monumenta Regis Numæ, et ædem Vestæ, aquis magno impetu reflexis a ripa Tusciam spectante : dum hic fluvius, Jove indignante, nimium indulgens uxori Iliæ dolenti præter*



Torrentii *damnae*.—13 Cuning. *flavom*. Harl. 2. *remotis pro retortis*.—15 *Ire dis-*  
*jectum* Saad. et Cuning. ex codd.—19 '*Jove non probante placet fere præ com-*  
*mentis Interpretum, nisi tu quid novi habes.*' Ita scribit Gronovius in Epist.

## NOTÆ

vero bene palumbes non hic intelligi queant, quas in arboribus constat nidificare. Quid porro quod scribit Suetonius Octav. cap. 94. Cæsare sylvam cadente, arborem palmæ in omen victoriae servari jussam, e qua soboles enata paucis diebus sic adolevit, ut non modo æquipararet matricem, sed et obtegeret, 'frequentare-turque columbarum nidis.'

13 *Flavum Tiberim*] Seu ex eluvione turbidum, ut fit; seu quod, ut scribit Virgil. Æneid. vii. 31. 'Vorticibus rapidis, et multa flavus arena.'

*Retortis Littore Etrusco violenter undis*] Retroactis Romam versus aquis, repulsisque ab ostio maris Tyrrheni sive Etrusci, in quod influit: qua exundatione vastitatem urbi visus minari Tiberis. Huc pertinet quod refert Dio lib. XLV. flumina quædam in Italia contrarias in partes fluxisse, Augusti temporibus: piscesque innumerabiles e mari in continentem ejectos per ostia Tiberis.

15 *Monumentu Regis*] Numæ Pompili, secundi Romanorum Regis, Palatium, quod et Curia Pompiliana et Regia, vocabatur. Intelligunt alii cetera Numæ opera seu monumenta

publica.

16 *Templaque Vestæ*] Ex Dionys. Halic. lib. 11. Tempa duo Romæ habebat Vesta, alterum a Romulo, alterum a Numa Pompilio conditum medio spatio Capitolium inter et Palatium, unis mœnibus utroque colle incluso.

*Templa*] Abusive pro æde quæ non erat augusta, sive augurio consecrata, at augustum erat illius atrium.

*Vestæ*] Ejus ædes erat rotunda, quod terra, quæ rotunda est, Vesta dicta fuit, quippe quæ rebus omnibus vestitur: vel quia vi sua stat. Alii aliter. Vide Cic. de Nat. Deor. I. n. 67.

17 *Iliæ*] Matri Romuli, suæ uxori, conquerenti de nece Julii Cæsaris sibi consanguinei. Iliæ jussu Amulii in Tiberim, ut volunt quidam, præcipitata, huic proinde fluvio nupta fertur: ab eoque indulgentius æquo vindicatur.

18 *Sinistra Labitur ripa*] Majorem ergo urbis partem, quæ ad sinistram est, forum scilicet Romanum, atque Aventini Palatinique collium imam regionem exundans vastat Tiberis.

Labitur ripa (Jove non probante) u-  
xorius annis.

20

Audiet cives acuisse ferrum,  
Quo graves Persæ melius perirent ;  
Audiet pugnas, vitio parentum

Rara juvenus.

Quem vocet Divum populus ruentis

25

Imperî rebus? prece qua fatigent

Virgines sanctæ minus audientem

Carmina Vestam ?

*modum, se vindicem ostentat, atque in lævum littus errat exundans. Juvenes pauci culpa parentum audient aliquando Romanos strinxisse gladios, quibus juste magis confoderentur Persæ graves; discentque bella civilia. Quem Deorum populus invocet labente Republica? Quibus votis instabunt Virgines sacratæ apud Vestam*

Salmasio, Syllog. Epist. tom. 11. p. 554.—20 *Uxorius annis* in vs. 20. legunt Harl. 1. 2. 3. 5. 6. Vet. Comb. Venett. 1477. 1478. 1479. et aliæ vett.—

## NOTÆ

19 *Jove non probante*] ‘ Si omnia fato fiant, cur non probat Jupiter? aut si Jupiter non probat, cur adversus fatum Tiberis ruit? sive vult Cæsaris ultor esse, quid igitur Romæ pulcherrima et religiosissima quæque demolitur, cum Romam ipsam Cæsaris nepotibus promiserint fata?’ Sic magna lis Horatio mota a Jul. Scaligero. Numquid vero nostrum erit viros inter tantos tantas componere rixas? At cavillationem agnosce, lector, ne dicam sycphantiam vitilitigatoriis. Probat Jupiter sane vindicari nefariam cædem Principis et Pontificis. Ovid. Fast. III. 705. ‘ At quicumque nefas ausi, prohibente Deorum Numine, polluerant Pontificale caput.’ At non probat quod uxori Iliæ obsequentior fluvius ultra modum evagetur, eatque dejectum sacra profanaque sine ullo discrimine. Nec absurde alii scribunt, Jovi Diisque non placere quod Tiberis molliatur Cæsaris ultionem, quam Augusto fata reservabant.

20 *Uxorius*] Uxori plus æquo deditus et indulgens. Virgil. Æneid. IV. 226. ‘ pulchramque uxorius urbem Exstruis.’

21 *Audiet cives, &c.*] Quasi vaticinatur Horatius peracta jam bella civilia, quibus Italia fœdata, et mutuis vulneribus cives absorti, juvenusque imminuta ac prope exhausta fuerat.

22 *Graves Persæ*] Parthi, ut ad calcem hujus Odes annotabo, intelligendi. *Graves*, seu ob armorum pondus, seu quod Romanis diu graves incubnere, vel propter unam cladem Crassianam, de qua postea dicam amplius, tum alibi, tum præcipue IV. Od. 15.

23 *Vitio parentum*] Per ambitionem, cupiditatem, iram, in semet gladios stringentium, quibus hostes erant petendi.

27 *Virgines sanctæ*] Vestales ignis æterni custodes, Vestæ perpetua virginitate et summo cultu addictæ, hincque ad placandum ejus numen

Cui dabit partes scelus expiandi  
 Jupiter? tandem venias, precamur,  
 Nube candentes humeros amictus,  
 Augur Apollo.  
 Sive tu mavis, Erycina ridens,

30

*obsecrationes minime suscipientem? Cui Jupiter dabit munus eluendi crimen? o Phæbe fatidice, obsecramus ut succurras, albos humeros nube velatos habens: seu vis*

//////////

26 Harl. 3. *prece qua fatigant.*—29 *Cui dabit parti scelus expiandum* codex Bersmanni.—31 *Nube candenti* Sax. Vat. 1. 2. Torn. duo codd. Torrentii, duo Bersmanni, plerique Bontin. Palm. 1. 2. 3. Anhaltinus Fabricii, Fran. Dess. 1. Lips. 1. Harl. 6. Vet. Comb. Locher. Venett. 1477. 1478. 1479. et 1483. Marcil. et Cuning. et ita Vet. Schol. *candenteis* omnes codd. Cruquii,

## NOTÆ

potentiores. Cic. de Leg. 11. n. 20. 'Virgines Vestales in urbe custodiunt ignem foci publici sempiternum.' Et n. 29. 'Vesta quasi focus urbis...ei colendæ Virgines præsent,' &c. Vide A. Gellium 1. 12. ubi, inter alia bene multa, hæc scribit: 'Vestalem Virginem minorem annis sex, majorem quam annos decem natam capi fas non esse: patriam et matrem esse oportere: neque lingua debili, sensu animum deminutam, aliave quavis corporis labe insignitam: nec quæ ipsa, aut ejus pater emancipatus sit: aut cujus parentes servitutem servierint, vel in sordidis negotiis diversentur,' &c.

*Minus audientem*] Præ ira graviore et fere implacabili, tum ob effusum impie sanguinem sibi cognatum, ut jam ante dixi, tum ob sacrilegam percussorum audaciam, quæ summum Sacerdotem violant, absque ulla Numinum reverentia. Ovid. Fast. 111. 700. ita Vesta loquitur: 'Mens fuit ille Sacerdos: Sacrilegæ telis me petiere manus.'

30 *Venias precamur*] Invocat præcipue Apollinem, qui et Trojanis pridem, et post Romanis semper impense favit.

31 *Nube candentes humeros amictus*]

Missis aliorum interpretationibus, hunc locum optime intelligas cum iis qui putant allusisse Horatium ad id quod commemorant anno cædem Julii Cæsaris consecuto Solem caligine obvelatum semper fuisse, quasi in sceleris admissi execrationem. Plutarch. in Cæsare, Dio lib. XLV. Plin. 11. 30. 'Prodigosus,' inquit, 'Solis defectus, occiso Dictatore Cæsare, totius pæne anni pallore continuo.' Virgil. Georg. 1. 466. 'Sol etiam extincto miseratus Cæsare Romam, Cum caput obscura nitidum ferrugine textit; Impiaque æternam timerunt sæcula noctem.'

32 *Augur Apollo*] Quippe qui divinationibus præesse credebatur.

33 *Erycina*] Post Apollinem, Veneris opem implorat: quæ mater Æneæ, a cujus filio Iulo Cæsar Julius. Venus porro in Eryce Siciliæ moute fanum habebat, unde Erycina dicta. Romam postea translata in ædem ipsi sub hac appellatione consecratam extra portam Collinam. Nec omittendum quod Venus Cæsaris dicta sit genitrix, et ab eo dicata etiam æde singulari cultu honorata; in castris denique ejus tessera fuit genitrix Venus; sicut in Syllæ Apollo, in Antonii Lar Deus, in Pompeii Junio-

Quam Jocus circum volat, et Cupido ;  
 Sive neglectum genus et nepotes 35  
     Respicis auctor,  
 Heu nimis longo satiate ludo :  
 Quem juvat clamor, galeæque leves,  
 Acer et Mauri peditis cruentum  
     Vultus in hostem. 40  
 Sive mutata juvenem figura,  
 Ales, in terris imitaris, almæ  
 Filius Maïæ, patiens vocari  
     Cæsaris ultor :

*potius adesse, o blanda Venus, circa quam Joci et Amores volitant: seu abjectam prolem atque posteros respicis, o Mars Romanæ gentis parens, eheu bello nimis diuturno satiate, qui gaudes vociferationibus, et galeis politis, atque aspectu Mauri peditis erga sævum aduersarium feroci. Sive inmutata specie adolescentem exhibes in terra, tu alatus filius benignæ Maïæ, sinens te dici vindicem Julii Cæsaris; tarde*

//////////

et multæ edd. vett. *candentis* in reliquis et Exc. Sax. pro v. l.—34 Edd. fere omnes *circumvolat* una voce; Kidd. pro v. l. *circum volat*: et ita Pulm. 1. 3. unus Bersmanni, Rutgers. Cuning. et Sanad.—37 ‘In codice uno pervetusto *Seu* pro *Heu* scriptum reperi, eo nimirum sensu, ut præcedentibus duobus versiculis Urbis conditorem Romulum appellaverit, nunc Martem invocet.’ *Torrent.* En pro *Heu* Lips. 4. a m. pr. *satiare* Cujac. ap. Cluver. laudante Cuning.—39 *Marsi* ex conjectura Tan. Fabri recepit Bentl. eumque secuti sunt Furstenberg in ed. 1760. Kidd. et Wakef. *Mauri* testantur omnes omnium codd. et edd. ante Bentl. probantibus Jani, Gesn. Baxt. Wetzl. aliis. Vide Aristarch. Anti-Bentl. Johnsonii, pp. 16. 25.—40 *Vultus* Kidd. cum

NOTÆ

ris Pietas, in Majoris Hercules In-victus.

35 *Sive neglectum*] Ad Martem denique convertitur, patrem scilicet Romuli, Romanæque adeo gentis auctorem.

37 *Longo satiate ludo*] Tot bellis civilibus, quæ sunt ludus Martis. *Clamor*] Bellicus in pugna conflictu. *Galeæ leves*] Ardente scilicet bello sæpius contrectantur et poliuntur.

39 *Acer et Mauri peditis cruentum Vultus in hostem*] Truculentus erat Maurorum vultus. Respiciunt hic aliqui ad historiam: grave nempe bellum Jubæ Mauritaniæ Regis adversus Jul. Cæsarem. De quo Sueton. cap. 66. ‘Fama hostilium copiarum ‘suos’ perterritos .... confirmabat

.... cum expectatio adventus Jubæ terribilis esset,’ &c. Non male quidam censent reponendum hic: *Marsi peditis*. Isti enim optimi Italiæ et Romani exercitus milites potius videntur fuisse commendandi, quam hostes et alieni.

41 *Sive mutata, &c.*] Augustus, quod valde ingeniosus, Mercurius audiebat.

*Juvenem imitaris*] Vulgaris erat opinio et fama, Mercurium Julii Cæsaris vindicem esse, assumpta juvenili figura Augusti, qui natus erat annos tantum novemdecim, quando Cæsar interfectus est.

43 *Maïæ*] Mater hæc Mercurii erat.

41 *Cæsaris ultor*] Sueton. Octav.

Serus in cœlum redeas, diuque  
 Lætus intersis populo Quirini:  
 Neve te nostris vitiis iniquum  
                   Ocyor aura  
 Tollat! hic magnos potius triumphos,  
 Hic ames dici Pater atque Princeps:                   50  
 Neu sinas Medos equitare inultos,  
                   Te duce, Cæsar.

*remigres in cœlum, diuque maneat cum Populo Romano, neque celerior ventus rapiat te nostris criminibus infensum. Ama potius hic ingentes triumphos, et appellatorem parentis auctorisque; neque patiaris, o Cæsar, te imperante, Medos impune in equis vagari.*

//////////

Bentleio; *Vulnus Desp.* in Notis.—45 *Serus in cælo* Locher. et Basil. 1531.—46 Brodæi codex, *populo Quiritum*; Jannoct. Vat. 1. tres codd. Lambini et Carr. Cruquii, *populo Quirino*; sed in hoc o mutatum est in i, et gloss. superscr. 'Romano.' Heinsius quoque ad Ovid. *Fast.* iv. 375. ex vetustis exemplaribus legit, *populo Quirino*; et ita etiam Cuning. et Broukhus. ad Propert. iv. 10.—48 *Ocyus* Gott. *Ocior* omnes codd. Torrentii et edd. vett.—51 *Nec sinas* Brodæi codex.

#### NOTÆ

cap. 10. et 29. antea cit. Ovid. *Fast.* iii. 707. Cæsar's interfectores tale nefas ansi, inquit, 'Morte jacent merita. Testes estote Philippi; Et quorum sparsis ossibus albet humus. Hoc opus, hæc pietas, hæc prima elementa fuerunt Cæsar's, ulcisci justa per arma patrem.'

45 *Serus in cœlum redeas*] Sic multos annos Augusto exoptat, ejusque præsentiam opemque Populo Romano necessariam atque amabilem asserit Poëta. Vide Sueton. Octav. cap. 56.

49 *Magnos triumphos*] Sueton. Octav. cap. 22. 'Curules triumphos tres egit, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum, continuo triduo omnes. Bis ovans ingressus urbem est, post Philippense, et rursus post Siculum bellum.'

50 *Hic ames dici Pater*] Ex Sueton. Octav. cap. 58. nullo magis honore lætatus est Augustus, quam cum ab universis maximoque consensu Pater Patriæ consalutatus est. Id enim cognomen afferenti, mandantibus

cunctis, Valerio Messalæ lacrymans ita respondit: 'Compos factus votorum meorum, P. C. quid aliud habeo Deos immortales precari, quam ut hunc consensum vestrum ad ultimum vitæ finem mihi perferre liceat?'

*Atque Princeps*] Cornel. Tacit. *Annal.* initio: 'Lepidi atque Antonii arma in Augustum cessere: qui cuncta discordiis civilibus fessa nomine Principis sub Imperium accepit.' Et Dio lib. LIII. ita scribit: 'Princeps Senatus dictus est sexto Consulatu; eo more, qui integro etiamnum Populi in Repub. statu receptus erat.'

51 *Medos*] A Medis ad Persas, et ab his ad Parthos tandem Orientis Imperium transit. Hinc promiscue tria vocabula ista usurpantur sæpius ab Horatio.

*Inultos*] Tunc populis istis inferre bellum meditabatur Augustus. Vide Od. 19. hujus libri.

*Equitare*] Equitatu suo Romanis insultare. Vel quod urbana etiam negotia equitando Partii obirent, Strabone teste.



## ODE III.

AD NAVEM QUA VEHEBATUR VIRGILIUS ATHENAS  
PROFICISCENS.

Precatur Virgilio Athenas proficiscenti prosperum navigium. Execratur Tiphyn primæ navis repertorem. Originale hominis peccatum curiosum ingenium.

Sic te Diva potens Cypri,  
Sic fratres Helenæ, lucida sidera,

*Ita te salvam ducant Cypri Domina, et Helenæ fratres, astra fulgentia, et parens*

~~~~~

Decimam quintam Libri quarti Oden hanc constituit Sanadonius. In Inscript. variant codd. Multi simpliciter, *Ad Navem*; multi addunt, *qua Virgilius Athenas vehebatur*. In plurimis nulla est Epigraphe.—1 *Sic te cæli-potens Cypri* codex vetustissimus Barthii.—2 Harl. 6. *fulgida sidera*; et ita

NOTÆ

Ode est Dicolos Distrophos. Primus quisque versus Choriambicus Trimeter, constans e Spondæo, Choriambico, et Pyrrhichio. Ita scanditur:

Sic tē | Divā pōtēns | Cypri.

Alter quisque versus est Choriambicus Asclepiadeus Tetrameter: constans e Spondæo, duobus Choriambis, et Pyrrhichio:

Sic frā | trēs Hēlēnæ | lūcidā si |
dērā.

1 *Sic te Diva, &c.*] Venustatis et elegantiarum plena est hæc Ode: voces habet et sententias perinde graves, exempla insignia, oratoriam tractationem egregiam. Denique hic triumphat Heroicus ille spiritus, quem in Poëta nostro laudat Quintilianus, ut Lyricorum fere unum legi dignum existimet.

Sic] Particula est adjuvantis et voventis. Sic te Dii ventique integram servent precor, inquit, ut tu sospitem deferas Virgilium, o navis. Ille navigationem instituebat Athenas jam quinquagenario major, ut divino Æneidos operi coronidem imponeret.

Diva potens Cypri] Venus, quæ præcipuos habebat honores apud Cyprium Insulam maris Mediterranei, Ciliciam inter et Syriam. Variis illa dominis subinde paruit: a Turcis denique est occupata, et erepta Venetis anno 1570. Cur autem invocatur Venus, ut faveat naviganti? An, quod opinatur Marcellius, ejus numen in puppi appictum, et navis insigne erat et tutela? an quod Veneris stella navigantibus utilis? an quod fabulantur e maris spuma procreata in mare jus et imperium obtinere? Virgil. Æneid. v. 800. Neptunus ita Venerem alloquitur: 'Fas omne est, Cytherea, meis te fidere regnis, Unde genus ducis.' Ovid. Epist. xvi. 23. 'Illa (Venus) dedit faciles auras ventosque secundos: In mare, nec mirum, jus habet orta mari.'

2 *Fratres Helenæ*] Castor et Polux. Leda, Tyndari Laconiae Regis uxor, ut aiunt, ova duo peperit, e quorum altero prodierunt Pollux et Helena immortales e Jove nati, ex altero Castor et Clytæmnestra mortales e Tyndaro. Hinc illi Tynda-

Ventorumque regat pater,
 Obstrictis aliis, præter Iapyga :
 Navis, quæ tibi creditum
 Debes Virgilium, finibus Atticis
 Reddas incolumem, precor,
 Et serves animæ dimidium meæ.

5

ventorum, conclusis reliquis, excepto Iapyge; o navis, quæ debes Virgilium tibi commissum, oro ut eum sospitem applices ad littus Atheniense, ac tuearis partem di-

//////////

etiam Cuning.—3 Codex Bersmanni, *Ventorumque pater regat*.—4 Idem codex cum Pulm. 1. 2. 3. 4. *Obstrictis aliis*, uti edidit Muretus; sed omnes alii codd. et edd. antiq. habent *Obstrictis*. Vide Homer. Od. K. princ. *Obstrusis* Servius ad Virg. Æn. VIII. 710.—5. 6 Wakef. interpungit: *Navis, q. t. creditum D. Virgilium finibus Atticis, Reddas, &c.* ita annotans: ‘Mirari satis nequeo, neminem Editorum, quorum sane proventum uberrimum sibi nacta est Horatii felicitas, rectam hujusce loci rationem arripuisse. Erat Virgilius scilicet in fines Atticos nave deferendus, unde in patriam reditum tutum dilectissimo Poëtæ precatur Flaccus: cui scriptoris scopo manifeste

NOTÆ

ridæ vocantur a Latinis quidem, a Græcis vero Jovis filii, *Διδσκούρσι*. Porro quod a Piratis ac prædonibus mare, dum viverent, liberassent, a Neptuno dicuntur adepti esse potestatem naufragis opitulandi. Hinc *σάρηρες* dicti: et hinc *lucida sidera*: in astris nimirum recensentur Castor et Pollux: eorumque stellæ cum simul apparent, salutare; cum solitariæ, graves et noxiæ creduntur. Arnobius ignes sen fulgores marinos vocat. Vide Plin. II. 37. Hygin. lib. II. &c. et infra Od. 12. hujus libri Not.

3 *Ventorum pater*] Jovem intelligit Marcellius, quia veteribus Physicis Jupiter est aër agitated et fluens, adeoque id quod ventum appellamus. Alii melius exponunt de Æolo, qui ventorum rex et pater dictus, quod ventorum astrorumque rationem apprime calluerit. Is regnavit Iliacis temporibus apud Insulas Æolias, quæ et Vulcaniæ, Italiam inter et Siciliam posita. Plin. III. 8. et 9.

4 *Obstrictis aliis*] Ceteri venti minime propitii retineantur, unus emit-

tatur Iapyx Virgilio commodus in fines Atticos properanti. Alludit Horatius ad utrem Ulyssi ab Æolo donatum, in quo venti erant inclusi, præter Zephyrum navigationi ejus utilem. Quidam legunt, *obstructis*, sed male. Homer. modo cit. Odys. K. *κατέδησε, ligavit*. Virgil. Æn. I. inclusos carcere ventos pariter canit.

Iapyga] Ventus ille ex Apuliæ finibus proficiscitur, adversus Eorum flat, idem propemodum atque Caurus, in Græciam proinde ex Italia solventibus plane utilis. Vide Gell. II. 22.

6 *Virgilium*] Huic cum Poëta nostro familiaritas maxima, ut mirum non abs re videatur, quod nullam fecerit usquam mentionem Lyricorum Principis Heroicorum ille Princeps.

Finibus Atticis] Attica regio Hæladis in angulo Orientali et Australi, ubi longe præclarissima et nominatissima civitas caput extollit, ‘Athensæ omnium doctrinarum inventrices,’ Cic. de Orat. I. 13,

8 *Animæ dimidium meæ*] S. Aug.

| | |
|---------------------------------------|----|
| Illi robur et æs triplex | |
| Circa pectus erat, qui fragilem truci | 10 |
| Commisit pelago ratem | |
| Primus, nec timuit præcipitem Africum | |
| Decertantem Aquilonibus, | |
| Nec tristes Hyadas, nec rabiem Noti; | |
| Quo non arbiter Adriæ | 15 |
| Major, tollere seu ponere vult freta. | |

midiam animæ meæ. Is profecto circa cor habebat lignum tresque æris laminas, qui primus mari sævo credidit navim frangi facilem, neque metuit Africum violentum cum Borea pugnantem, neque Hyadas noxias, neque furorem Austri; quo nullus est dominator in Adriatico mari potentior, sive concitare sive placare fluctus velit. Quod mor-

per nostram interpunctionem consultum ivimus.—10 *Circum pectus* conj. G. Fabric.—14 *Nec tristes* multi codd. et edd. vet.—15 *Adriæ* cum aspiratione in omnibus codd. Torrentii; et sic Bentl. Cuning. et Sanad. ex vetust. codd. et lapp. cf. Broukh. ad Propert. 1. 6. 1.—16 Wakef. *Q. n. a. Adriæ Major tollere, s. p. vult, freta*, cum hac Nota: ‘Ita se habent ordo loci et con-

NOTÆ

Confess. IV. 6. ‘Bene,’ inquit, ‘de amico suo dixit quidam, ‘dimidium animæ meæ;’ nam ego sensi animam meam et animam illius unam fuisse animam in duobus corporibus; et ideo mihi horrore erat vita, quia nolebam dimidium vivere,’ &c. altero scilicet mortuo. Vide Pers. Sat. v. 22. et infra II. Od. 17.

9 *Illi robur et æs triplex, &c.*] Is habebat cor ligno quovis et ære durius, χαλκεοκάρδιος Theocr. Idyll. XIII. huic ferreum pectus erat, qui primus ausus est mari se credere, atque, ut canit Juvenalis Sat. XII. 57. ‘Ventis animam committe, dolato Confisus ligno, digitis a morte remotus Quatuor aut septem, si sit latissima tæda.’ Sophocles in Antigone ait multa quidem cerni stupenda, at nihil magis quam quod homo fluctus tumidos navicula tamen subire non formidet. Vide Plin. Proëm. lib. XIX.

Robur] Pro qualibet re duriori usurpatur. Virgil. Æneid. VII. ‘æternaque feri Robora.’

12 *Primus*] Typhis Bæotius, inquit, a Pallade edoctus navim primus fabricavit, quæ Argo dicta est; eaque Colchicam expeditionem est aggressus Jason. Vide Plin. VII. 56. Constat tamen ante illud tempus fuisse navigatum. Testis Herodotus de Phœnicibus et Græcis. Ex Athen. xv. 13. Janus navigia primus reperit. Ex Thucyd. et Libanio primi Corinthii naves concinnarunt.

Africum] Meridionalem ventum, Aquilonibus proinde collectantem. De eo jam Od. I.

14 *Tristes Hyadas*] Ab ἕω, pluvie, dictæ sunt, quod pluvias ferant eæ stellæ septem in fronte Tauri collocatæ: Latinis Suctulæ vocantur. Cic. de Nat. Deor. II. 111.

Rabiem Noti] A Meridie flat Notus, nebulosus et humidus, et hinc nomen; nam Græce voris humor dicitur. Vide Gell. jam cit. II. 22.

15 *Quo non arbiter Adriæ Major*] Ratio patet ex rerum situ et natura, III. Od. 3. ‘dux inquieti turbidus

Quem mortis timuit gradum,
 Qui siccis oculis monstra natantia,

lis genus formidavit qui sine lacrymâs aspexit pisces monstrosos nantes, ac mare in-

//////////

structio: Quo non arbiſter major tollere freta, vel ponere, ſi vult; ne quis adhibitam nobis diſtinctionem demiretur.' Scaligerus legerit: *ponere seu tollere*. Kidd. cum Bentl. *volt*. Codex Carr. ap. Crnquium *fretam*.—18 *Qui rectis oculis* ex conjectura edidit Bentl. cumque ſecuti ſunt Fuſtenberg et

NOTE

Adriæ.' Atqui hypercritice Jul. Scaliger, 'Auſtrum,' inquit, 'præter ceteros ventos ſummum habere imperium in mare Adriaticum ſcribit Horatius: quod eſſe falſum intelligit quiſquis ſciat Adriaticum recta excurrere in Vulturum, cujus impetu etiam creſcit Ionio ſubinvecto Adriaticum. Boreæ quoque ſubjectum eſt qui ex alto ſpirat. . . . Auſter autem ex devexiore parte flans Apennino frangitur: quamobrem non ſubruit, ſed radit,' &c. At Parthenius ex Petro Medina Hiſpano, qui rei Nauticæ et ventorum rationem luculenter investigavit, egregie Poëtam noſtrum tuetur et vindicat: 'Auſtrum,' inquit, 'arbitrum Adriæ recte ait Horatius.' Nam eſti non omnino in Notum excurrat Adriaticum mare, ut ſcribit Scaliger, nihilominus ita ſe habet, ut non minus ab Anſtro quam a Vulturno poſſit concitari. Enimvero principales quinque venti duas quartas habent; (ita loquuntur Nautæ et ventorum periti;) ergo Vulturni quartæ duæ ſunt, una ad Subſolanum, altera ad Auſtrum reſpicit. Porro hujusmodi venti principales et integri octo referuntur; intra quos alii ſunt quos medios vocant, 'non profecto quod minori ſpiritu ac vehementia ferantur quam illi, ſed quod in eorum medio deſcribantur.' Itaque tam vehementes eſſe quartas quam principales, perſpicuum ſit. Hæc illi.

Adriæ] *Adria* ſeu *Adriaticum* mare,

hodie Sinus Venetus, inter Italiam, Græciam, Illyricumque, longe porrigitur ad Septemtrionem.

17 *Quem mortis timuit gradum*] Quidam tres gradus mortis afferunt, factum, genituram, caſum: alii mortis accessus intelligunt: certe parum ad rem. Noſtra videatur interpretatio verior quo ſimplicior. Varia naufragorum mortis genera, ſi lubet, accipe fluctibus ſummerge, a piſcibus devorari, ad rupes allidi, vel in ſcopulis inſulamve deſertam ejici, ibique omni ope deſtitutum contabere et mori. Præterea contingit aliquando navigantes tempeſtate ingruente diſpelli ad barbaras oras, ubi vel ab Anthropophagis dilaniantur, vel Idolis mactantur: quo quidem fati genere tantum non abſumti ſunt Oreſtes et Pylades apud Tauricam regionem. Vide Euripid. *Iphigen. in Tauris*: item noſtras Not. III. Od. 4. 33. ad eas voces: 'Britannos hoſpitibus ferros.' Adde et aliud, navi etiam integra, periculum moriendi vel ſiti vel fame reſtantibus et contrariis diu ventis, nimirum in navigatione longiori; ſive cum aqua dulcis jam rara ad diſmenſum diſtribuitur ſiticuloſis; ſive cum deficientibus omnibus cibariis, navigantium unus vel aliorum conſpiratione vel ſorte aſſumitur jugulandus, urgente ſcilicet extrema neceſſitate, alimento ceteris futurus. Quod nec cogitari poſteſt abſque horrore.

18 *Monſtra natantia*] *Cete grandia* et immania. Juvenal. Sat. XIV. 283.

Qui vidit mare turbidum, et
 Infames scopulos, Acroceraunia? 20
 Nequicquam Deus abscondit
 Prudens Oceano dissociabili
 Terras, si tamen impiæ
 Non tangenda rates transiliunt vada.
 Audax omnia perpeti 25
 Gens humana ruit per vetitum nefas.
 Audax Iapeti genus
 Ignem fraude mala gentibus intulit:

tumescens, et Acroceraunias rupes naufragiis famosas? Frustra Deus providus terram segregavit a mari disjungendo, si naves sceleratæ transeunt nihilominus vada minime tentanda. Mortalinum genus quilibet aggredi non veretur, ferturque ad facinora prohibita. Temerarius Iapeti filius populis advexit ignem furto improbo.

Kidd. improbantibus Gesn. Jani, et Wetzel. *Qui rectis oculis Cuning. et id recepit Sanadonus. Wakef. ficcis: num voluit siccis?* Jo. Dryden jam ante Bentleium sic locum verterat: *with stedfast sight.*—19 Codex Bersmanni, Harl. 1. 2. Pulm. 4. Mentel. tres Lips. Dess. tres Torrentii, Brod. omnes Bland. Mart. Carr. Harl. 1. 2. Vet. Schol. Venet. 1492. Ascens. Landin. Bentr. Cuning. et Locher. *turbidum*; Venett. 1477. 1478. 1479. 1483. omnes Lamb. Harl. 3. 4. 5. 6. Fran. Lips. 3. Brod. pro v. l. Gla-rean. Lamb. Torrent. Heins. Fabr. Christ. Sanad. aliique *turgidum.*—20 *Infameis* edd. vett. *alta Ceraunia* Lactant. Marcil. G. Fabric. Baxt. Jani, Bipont. et Wetzel. *acro cerannia* divise in plurimis codd. ap. Jani. *Acroceraunia* Harl. 1. 3. 4. 5. 6. 7. Gott. et omnes alii codd. cum Venett. 1477. 1478. 1479. 1483. 1486. 1490. Florent. 1482. et al. vett. receperunt etiam Bentr. Talbot. Comb. Kidd. *Atroceraunia* Harl. 2.—22 Bentr. ex conj. edidit *dissociabilis*; hinc Kidd. *dissociabiles*, ut citant Gualtierus et Portæus ad Pancirol. 1. 38. et Nic. Heinsius ad Val. Flacc. 1. 827. *dissociabile*, i. e. dissociabiliter, Cuning. *dissociabili* testantur omnes codd. Lambini, Cruquii, et Torrentii, omnes Harleiani, Gott. Brod. Venett. 1477. 1478. 1479. 1483. Flor. 1482. al.—26 *Mens humana* in uno cod. Torrentii. Sanadonus ex conj. *vetitum et nefas*; et sic Du Hamel ex antiq. libris. Kidd. conj. *vetitum, nefas!*—27 *Fallax I. genus* N. Heins. ad Ovid. Met. 11. 406.—30 *Subvectum* codex

NOTÆ

‘Oceani monstra.’

20 *Acroceraunia*] Excelsi in Epiro montes, quod crebro fulmine percutiuntur eorum fastigia, sic dicti, a *κεραυδος*, fulmen, et *ἄκρον*, summum. Hic designat Horatius Acroceraunium Promontorium Ionio mari imminens, vulgo, *Capo della Chimera*, aliis, *Capo della Lengueta*. In Epiro situm est, non procul Albanicæ finibus.

21 *Nequicquam Deus abscondit, &c.*] Voluit Deus pericula maris arcere ab

hominibus; ipsi vero illis se ultro committunt. Bene Poëta Græcus ait, quanto est dulciôr mater quam noverca, tanto esse terram mari optabiliorem. Bias autem sapienter dicebat, nec vivis nec mortuis accenseri navigantes debere.

25 *Omnia perpeti*] Quælibet agendo patiendoque moliri, ut nihil grave aut arduum videatur.

27 *Iapeti genus*] Prometheus, de quo postea Ode 16. et 11. Od. 13.

Post ignem ætheria domo
 Subductum, macies et nova febrium 30
 Terris incubuit cohors ;
 Semotique prius tarda necessitas
 Leti corripuit gradum.
 Expertus vacuum Dædalus aëra
 Pennis non homini datis. 35
 Perrupit Acheronta Hercules labor.

Post ignem cælo surreptum terras invasit macies et frequentia morborum insolita ; atque sera necessitas mortis antea dilata passum acceleravit. Dædalus per inanem aërem volare tentavit alis homini non concessis. Vis Herculis sibi patfecit aditum

Fabricii ; *Sublectum* conj. Cuning.—33 *Læti* duo optimi codd. Torrentii ; *Læti* in ceteris ejusdem.—34 *Expertus* 'st maluit Harius Epist. Crit. p. 93.—36 *Perrupit Acheronta* ed. Lambini. *Perrupitque* Harl. 6. vetustissimus Barthii cum nonnullis edd. antiq. et sic conjectabat aliquis ad marg. ed. Pulmanni. Copulam non agnoscunt Bland. Mart. Carr. ceteri Harl. et tres Torrent.—

NOTÆ

Scribit Theophrastus, idcirco dici Prometheum hominibus dedisse ignem cælo dereptum, quia Philosophiam ac lumen vitæ intellectualis, quæ divina est, mortalibus invexit. Ex Cic. Tusc. v. et aliis. Prometheus Caucasus affixus fingitur, quod ex eo monte altissimo siderum naturam ac motum studiose contemplaretur : ibique cælestium cognitioni sedulo incumberet. Et quod exinde fulminum rationem perscrutatus hominibus indicasset, fabulati sunt ignem cælestem ab eo surreptum ac in terras delatum. Denique vultur seu aquila cor illius vellicans optime significat anxietatem animi naturæ arcana rimantis et non sine labore investigantis. Eccles. i. 'In multa sapientia multa indignatio . . . labor et afflictio spiritus : et qui addit scientiam, addit et laborem.'

29 *Post ignem ætheria, &c.*] Animadvertente expressa fabulis Adæ peccatum, peccatique stipendia, mortem, morbos, molestias, &c. Ex Hesiodo, cum ignem furatus esset Prometheus

ad animandas statuas e luto a se fictas, iratus Jupiter Pandoram in terras misit, quæ aperta pyxide mala omnia diffudit.

32 *Tarda necessitas*] Melioribus sæculis vita erat homini diuturnior. S. Cyprian. Ep. 11. S. August. de Civ. 11. 14. Porro ex Sacris Codicibus noverant Ethnici productionem ac longiorem fuisse vitam primis hominibus. Plin. Proëm. lib. xiv. 'Quando voluptas vivere cœpit, vita ipsa desiit.'

34 *Dædalus*] Is faber Atheniensis peritissimus erat et perquam ingeniosus : multa quidem invenit : navi primus dicitur vela, malum, antennis imposuisse. Pausanias in Bœoticis. Plin. vii. 56. jam cit. Inde fabulati sunt Dædalum pennis sibi cera compactis avolasse Minoia regna fugientem, de quo Virg. Æneid. vi. 14. Ovid. Met. viii. Diodor. Sic. v. 13. &c.

36 *Perrupit Acheronta Hercules labor*] Is Inferorum fluvius pro ipsis Inferis non raro ponitur Synecd. de

Nil mortalibus arduum est :

Cælum ipsum petimus stultitia ; neque

Per nostrum patimur scelus

Iracunda Jovem ponere fulmina.

40

*ad Inferos. Nihil est hominibus intentatum. Cælum ipsum affectamus per de-
mentiam. Et nostris criminibus non sinimus Jovem iratum dimittere fulmina.*

//////////

37 Nil m. ardui est Exc. Sax. Brod. Pulm. 1. 4. Mentel. Fran. duo Lips. Harl. 1. 5. 6. Græv. Leid. Regin. a m. pr. optimi Barthiani, (Advers. xxxv. 2.) quatuor Bland. et Bos. quod recepit Benti. Ita legunt etiam Ald. 1505. L. Bos. Cuning. Wakef. Kidd. et Nic. Heins. ad Ovid. Heroid. Epist. viii. 104.

NOTÆ

Hercule, ejusque laboribus, alibi nos ; ton, de quo iv. Od. 11. Sic Gigan-
cit. vero Diodor. fuse v. 2. &c. tes, de quibus ii. Od. 12. et 19. iii.

38 Cælum ipsum petimus] Sic Phaë- Od. 4. &c.

ODE IV.

AD L. SEXTIUM, CONSULAREM.

Hortatur L. Sextium, Consularem virum, et quondam Bruttianæ et Pompeianæ factionis asseclam, ut vere jam ineunte, dimissa Catoniana sua severitate, ad Epicureismum se recipiat.

SOLVITUR acris hyems grata vice veris et Favonî,

Trahuntque siccas machinæ carinas ;

Aspera hyems relaxatur jucunda vicissitudine veris ac Zephyri : et machinæ dedu-

//////////

Ode tertia hujus Libri in recensione Sanadoni. Metrum ex cod. Blandino antiquissimo ita constituit Cruquius :

Solvitur acris hyems grata vice

Veris et Favonî,

Trahuntque siccas machinæ carinas, &c.

et sic etiam edidit Jani. Epigraphe in vulgatis exemplaribus est : *Ad P. Sextium consulem. Muretus Ad P. Sextium posuit, et consulem sustulit ; ita*

NOTÆ

Ode est Dicolos Distrophos, unica vero sui generis. Primus quisque versus est Dactylicus Archilochius Heptameter. Quatuor primi pedes sunt vel Dactyli vel Spondæi : tres ultimi sunt Trochæi ; sic :

Sölvýtür | ácrls hý | éms grá | tā
vícé | vérÿs | ét Fä | vöní

Delph. et Var. Clus.

Secundus quisque versus est Archilochius, constans e Penthemimeri Iambica. Primus pes Spondæus, vel Iambus ; secundus semper Iambus, cum syllaba : tres postea sequuntur Trochæi ; sic :

Trähünt | què síc | cās | mächlí | na
cä | rínäs

Horat.

F

Ac neque jam stabulis gaudet pecus, aut arator igni;
 Nec prata canis albicant pruinis.
 Jam Cytherea chorus ducit Venus imminente Luna; 5
 Junctæque Nymphis Gratiae decentes

cunt in mare naves siccas: jamque nec greges amant stabula, nec agricolæ focum; neque prata albescent pruinis candidis. Nunc Venus Cytherea choreas agit ad Lunam super lucentem: Charites vero cum Nymphis pulsant terram modo hoc modo



Heins. et Steph. Lambinus *L. Sextio Consulari* inscripsit; *Ad Sextum Quirinum* Mentel. Codex. Laurentianus habet, *Sestio Quirino, qui et Festus dictus est*; alii duo Torrentii, *Ad Sestium Quirinum*; Sanad. *Ad Sestium*. Quatuor Bland. *Ad L. Sextium*, probante Cruquio. Sed hi omnes in textu ipso *o beate Sexti* scribunt.—2 ‘*Pro Trahuntque legendum Torquentque*, (cf. II. Epist. 2. 73.) vel *Tradantque*, prout extat in ed. Mureti 1610.’ *Waddel*. Multi jam olim conj. *Ducuntque*, teste Glarean. quod et Bonfin. vult, et recepit Ascens. 1519.—5 *Nam Cytherea* codex Bersmanni. *Pro Venus* Cuning. conj. *levis*, h. e. saltans. *Pro imminente Luna* aliam fuisse Lect. patet ex

NOTÆ

Nonnulli Tricolon faciunt Odem hanc, et sic distinguunt versus:

Solvitur acris hyems grata vice

Veris et Favoni:

Trahuntque siccas, &c.

1 *Solvitur*, &c.] Terra, quæ prius hyeme et frigore stricta fuerat, jam resolvitur et aperitur grato reditu vernæ tempestatis; in qua et areolæ florum explicant sese; et mare gelu ante præclusum jam adiri et navigari potest. Veris descriptionem, si lubet, pete, Lector, e Virgil. Georg. II. 324. et seqq.

Favoni] Favonius, a ‘fovendo’ vel ‘favendo’ dictus, idem qui Zephyrus, qui ventus flare incipit initio veris. Vide III. Od. I. Not. ad vocem, ‘Zephyris.’

2 *Trahuntque siccas*, &c.] Jam machinis ad mare subducuntur naves, quæ per hyemem in sicco positæ fuerant, extra aquam, in navalibus. *Machinæ*] Instrumenta quibus graviores quæque moles facilius moventur. Nonnius Marcell. ‘palangas’ vocat, et sic describit: ‘Palangæ,’ inquit, ‘dicuntur fustes teretes, qui navibus subjiciuntur, quando attrahuntur ad pe-

lagus, vel cum ad littora subducuntur.’

5 *Cytherea*] Cythera, hodie *Cerigo*, Insula maris Ægæi ad oram Peloponnesi. In ea templum Veneri antiquissimum. Inde *Cytherea* cognomen.

Chorus ducit Venus imminente Luna] Novilunii lætitiâ et sacra hic plures notari volunt, sicut III. Od. 19. 9. At alii Kalendas Apriles Veneri sacras intelligunt, qui mensis ab aperiendo dictus convenit iis quæ initio hujus Odes afferuntur. Alii Kalendas Martias accipiunt, sive Matronalia, de quibus Ovid. Fast. III. Nam quamquam matronarum iste festus, inquit Marcellius, et nihil pertinebat ad viros austeros quidem et negotiosos, verum lætus erat hilarioribus quoque nepotialis Veneriis, ut Flacco et similibus, paratis semper catillare partem lætitiæ inter Veneres illas, et gaudentibus spectare Nympharum choreas ac mulierum cætus et chorus.

Imminente Luna] Incipientem Lunam intelligunt Interpretes mox citati: nobis vero magis placent alii qui Lunam proveciorem ac desuper

Alterno terram quatiunt pede ; dum graves Cyclopum
 Vulcanus ardens urit officinas.
 Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire myrto,
 Aut flore, terræ quem ferunt solutæ. 10
 Nunc et in umbrosis Fauno decet immolare lucis,
 Seu poscat agna, sive malit hædo.

illo pede, dum Vulcanus fervens accendit fornaces operosas Cyclopum. Nunc jurat caput unguentis delibutum coronare vel myrto virenti, vel flore quem producit tellus aperta. Nunc etiam convenit Fauno sacrificare in lucis opacis, sive petat agnam

//////////

Gronovii Epistola, Syllog. Epist. tom. II. p. 554.—7 *Alterno terras* codex Altorf. quod Jano magis poeticeum videtur.—8 Rutgerius ex Bersmanni codd. Leid. Harl. 3. 5. aliquot Lambini, et Colbert. pro v. l. *visit officinas*; Bodl. *visitt officinas*; Edd. antiq. *ussit officinas*. Bentleius recepit *visit*.—9 Barthii codex antiquissimus, *caput implicare*, sine dubio ex glossa.—11 *Faunum* codex vetust. Barth. Adv. xxxv. 2.—12 *S. p. agnam s. m. hædum* Jann. et duo Vatic. ap. Lamb. Mentel. et sic Rutgers. Faber. alii; *seu p. agnam, s. m. hædos* Carr. ap. Cruq. Bentr. 3. 7. unus Bersm. Brod. Alt. 2. Dess. 2. Locher.

NOTÆ

lucentem explicant, adeoque nolunt ipsas hic accipi Kalendas vel Martii vel Aprilis.

6 *Junctæque Nymphis Gratia, &c.*] Cum Venere tripudiant et saltant Nymphæ, Gratiaque tres, Aglaiæ, Euphrosyne, Thalia. Sannazar. 'Tum manibus simul implicitis per gramina festas Exercent choreas: alios aliosque reflexus Inter se lætæ repetunt: nunc corpora librant In saltus: nunc molle latus, nunc candida jactant Brachia, et alterna quatiunt vestigia planta.'

7 *Dum graves Cyclopum, &c.*] Dum Vulcanus in Ætna monte Jovi eudit fulmina æstate sequenti vibranda. Cyclopes ex Hesiod. Theog. Cælo Terraque nati; ex aliis, Neptuni ex Amphitrite filii, Vulcano adesse ministri dicuntur et ferrariam exercere: alii aiunt Siciliae populos fuisse barbaros et prædones. Vide Plin. VII. 2. init. et Virgil. Georg. I. 471. et Æneid. VIII. 418. et seqq. Nomen a κύκλος, *circulus*, et ὄψ, *oculus*, quod unum haberent oculum in fronte in-

star circuli. Virgil. de Polyphemo, Æneid. III. 635. 'telo lumen terebramus acuto Ingens, quod torva solum sub fronte latebat, Argolici clypei aut Phœbææ lampadis instar.'

8 *Vulcanus*] Is Junone Joveque natus, ob deformitatem dejectus est ab iis in Insulam Lemnum, claudus e casu factus; ubi officinam instituit ferrariam, quam tamen alii collocant in Ætna monte apud Siciliam, alii in Hiera, quæ una est e Vulcaniis insulis.

9 *Nunc decet aut viridi, &c.*] De myrto, deque coronarum et unguentorum usu in conviviis apud veteres celebri, plura dicam postea. Vide ultimam Oden hujus libri.

11 *Fauno*] Huic ruris Deo sacrificabatur Idibus Februarii ex Ovid. Fast. II. Nimirum placabatur initio veris, ut propitius esset gregibus, qui tum foras incipiunt pabulatum educi. De illo Dionysius Halicarn. lib. I. Tull. de Nat. Deor. II. Vide et III. Od. 18. 1. Not.

12 *Seu poscat agna [agnum]* Legunt

Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas,
 Regumque turres. O beate Sexti,
 Vitæ summa brevis spem nos vetat inchoare longam. 15
 Jam te premet nox, fabulæque manes,
 Et domus exilis Plutonia; quo simul mearis,
 Nec regna vini sortiære talis,

sive hædum. Mors pallens æquali pede diruit egenorum casas atque Regum palatia. O fortunate Sexti, breve spatium vitæ prohibet nos incipere spem diuturnam. Statim urgebunt te tenebræ, et Inferi celebratissimi, et Plutonis domus levis: ad quam ubi deveneris, neque talorum jactu eliges regem convivii, neque admiraberis

~~~~~

Flor. 1482. Venett. 1483. 1486. 1490. agnam...hædo Gott. agna...hædos Alt. 1. Sed agna... hædo duo Bland. ap. Crnq. omnes Torr. Pulm. 1. 2. 3. 4. Fran. Lipss. duo, Harl. 1. 2. 4. 7. Venet. 1492. et agnoscunt Serv. ad Virg. Ecl. III. 77. Victorin. et Plot. ap. Bend. Ascens. Heins. Fabr. Bentl. Cun. Sanad. agnam Harl. 3. 5. 6. hædos Harl. 6.—13 Codex Bersmanni et Dess. 2. pede pulsat.—14 Codd. Cruq. Bersm. et Cuning. Sesti; et ita Glarean. Torrent. Bentl. Sanad. Furstenberg et Kidd.—16 Jam te premet mors duo Pulmanni. Dein Acr. Dess. 1. Lips. 2. Gott. et Harl. 3. fabulæque et manes; Cuning. conj. fabulæ manesque; Bonfin. fabulasque inanes, improbantis Muret. Lamb. et Lips. Antiq. Lectt. lib. III.—17 Scheffer. Syllog. Epist. tom. v. p. 23. Barth. ad Stat. Theb. I. 56. et Advers. xxx. 13. conj. domus exilii, quos refellit Rutgers. Lectt. Venus. p. 240.—18 Sanad. Non regna; Bentleyi unus, Nec

#### NOTÆ

alii, agna, &c. et magis Latinitati et elegantia congruum volunt. Certe nodus in scirpo.

13 Pallida mors æquo, &c.] Claudian. 'Omnia mors æquat.'

14 O beate Sexti] Lucius Sextius, vel Sestius, ille est qui tam fidelem Bruto etiam profligato amicitiam servavit, ut et probaretur ab Angusto, et Consul post ipsum fuerit substitutus cum Cn. Calpurnio Pisone, an. U. C. 730. Vide Dion. lib. XLIII. Sigon. &c.

15 Vitæ summa brevis, &c.] Non debemus mortales vitam sperare diuturnam.

16 Nox] Mors, tenebrosique Inferi. Infra Od. 28. 'Omnes una manet nox.'

Fabulæque manes] Infernales Dii per Antiphrasin manes, id est boni dicti, sæpius usurpantur pro ipsis Inferis, de quibus tam multa fabulantur

et jactant. Vide Epod. v. 94.

17 Domus exilis] Plutonis domum angustam ob frequentiam animarum eo descendentium nonnulli interpretantur. Sed melius alii referunt ad exilitatem umbrarum sive animarum oculos fugientium. Homer. νεκῶν ἀμενηνὰ κάρηνα, Capita mortuorum levia et evanida. Virgil. Æneid. VI. 269. 'Domos Ditis vacuas et inania regna.'

Quo simul mearis] Cum illuc perveneris jam non licebit luxuriari, indulgere genio, convivium celebrare, &c.

18 Nec regna vini sortiære talis] In conviviis eligebant veteres regem seu bibendi magistrum, cui parebant convivæ omnes; eaque electio fiebat sorte et talorum jactu. De eo nos amplius II. Od. 7. in fine, ad ea verba, 'quem Venus arbitrum Dicit bibendi?' Meminit Plautus Asinar.

Nec tenerum Lycidan mirabere, quo calet juvenus  
Nunc omnis, et mox virgines tepebunt.

20

*Lycidam delicatulum, cujus amore ardent jam cuncti juvenes, et paulo post puellæ fervescent.*

*regna talis sortiere vini.*—19 *Lycidam* omnes fere edd. vett. *Lycidan* duo codd. pervetusti ap. Torrent. et Regin. Bentleii.

NOTÆ

Scen. 14. Curcul. Scen. 6. Stich. Scen. 12. Cic. in Verrem v. 'Iste Prætor severus ac diligens, qui Populi Romani legibus nunquam parisset, iis legibus quæ in poculis ponebantur obtemperabat.' Plutarchus in Apophthegm. refert Agesilaum in computatione magistrum convivii sorte creatum requirenti pocillatori, quantum cuique ministraret viui, respondisse: 'Si multum vini adest, quantum quisque petierit; si parum, ex æquo omnibus.' Cornel. Tacit. Annal. XIII. festis Saturno diebus, inter alia æqualium Indicra regnum lusum sortientium, evenerat ea sors

Neroni. Hic itaque convivii præfectus et Rex dictus est. Arrian. in Epicteto, in Saturnalibus sortitione facta, Rex ita jubet: 'Tu bibito, tu infundito, tu abito, tu venito.'

*Talis*] De talis ac tesseriis jam discerni ad Pers. Sat. III. 48. et 49. dicam et aliquid ad II. Od. 7. 25. De his accurate Meursius.

19 *Tenerum Lycidan*] Formosum puerum, quem deperibat Sextius.

20 *Tepebunt*] Missa quorundam interpretatione subtiliori, sic explico: Puellæ mox inardescunt amore Lycidæ pueri, cum adoleverit.

ODE V.

AD PYRRHAM.

Amicæ suæ inconstantiam, quam ficto Pyrrhæ nomine designat, pulcherrima Allegoria insectatur.

QUIS multa gracilis te puer in rosa  
Perfusus liquidis urget odoribus

*Quis adolescens exilis, delibutus unguentis suaveolentibus, te amplectitur, o Pyrrhæ.*

Hæc Ode non habetur in Ed. Sanadoni.—1 *Qui* sine interrogatione quos-

NOTÆ

Hæc Ode est Tricolos Tetrastrophos. Priores duo versus Asclepiadei sunt, ut in Ode prima:

Mæcenas atavis edite regibus.

Tertius quisque est Pherecratius Heroicus Trimeter, e Spondæo, Dactylo, Spondæo; sic:

Grātō | Pÿrrhā sūb | ānrō  
Quartus est Glyconius, qualis est iste Odes præcedentis,

Sic te Diva potens Cypri.

1 *Quis multa, &c.*] Merum nectar esse hanc Oden, agnoscit Scaliger Hypercrit.

Grato, Pyrrha, sub antro?  
 Cui flavam religas comam  
 Simplex munditiis? Heu quoties fidem 5  
 Mutatosque Deos flebit, et aspera  
 Nigris æquora ventis  
 Emirabitur insolens,  
 Qui nunc te fruitur credulus aurea;  
 Qui semper vacuam, semper amabilem 10  
 Sperat, nescius auræ  
 Fallacis! Miseri quibus

*ria, multas inter rosas sub jucunda specu? Cujus gratia flavos crines nodo colligis ornatu simplex? Eheu quoties deplorabit violatam a te fidem, Deosque inconstantes, et non assuetus stupebit mare sævum atris procellis, qui te nunc amabili potitur, facile confisus te fore semper vacantem, semper grutum, ignorans ventos instabiles!*

dam malle ait Chabot.—4 *Cui flavas r. comas* codex Bersm. et Dess. 2.—5 *Heu quotiens* tres codd. Bersmanni.—6 *Mutantesque* Dess. 2. *ut aspera* conj. Cuning. ut exclamatio sit.—8 *Et mirabitur* Regin. Vet. Comb. et Venett. 1477. 1478. 1479. unde Bentl. conj. *Ut mirabitur*; Argent. Donati 1503. *Et mutabitur*; al. ap. Cuning. *Heu mirabitur*; vel, *Hem mirabitur*; Bentl. conj. etiam, *Demirabitur*; With. *Quam mirabitur*, vel *Ammirabitur*; Scaliger. Poët. vi. 7. *Detestabitur*. Omnes alii codd. magno consensu *Emirabitur*.—

## NOTÆ

*Gracilis*] Tennior, non obesus. Gallice, *de belle taille*. Terent. Eunuch. Act. II. Scen. 3. ‘Haud similis virgo est virginum nostrarum, quas matres student Demissis humeris esse, vincto pectore, ut graciles sient. Si qua est habitior paulo, pugilem esse aiunt; deducunt cibum. Tametsi bona est natura, reddunt curatura juncneas.’

3 *Pyrrha*] Meretrix formosa.

*Sub antro*] Sub fornice.

4 *Cui flavam religas, &c.*] Ex more puellarum Lacænarum. Vide II. Od. II. in fine.

5 *Simplex munditiis*] Vestes non habens nimis exquisitas aut magnificas; sine mundo muliebri. Terent. Phorm. I. 2. 54. ‘Virgo pulchra, et quo magis diceret, Nihil aderat adjumenti ad pulchritudinem. . . . vestitus turpis,’ &c.

6 *Mutatosque Deos*] Venerem, Cu-

pidinem, antea faventes, postmodum vero contrarios.

*Aspera Nigris æquora, &c.*] Allegoriam adverte perpulchram. Plaut. ‘mulier mare acerrimum.’ Sicut in mari ventus, ita sæpe amantis animus derepente mutatur.

8 *Emirabitur*] Vocem hanc reprehendit graviter Scaliger, levi profecto ratione.

*Insolens*] Insuetus. Cicer. de Orat. I. ‘Ea requiruntur a me, quorum sim insolens et ignarus.’ Cæsar Bell. Civil. lib. II. ‘Erat in oppido multitudo insolens belli, diuturnitate otii.’

9 *Aurea*] Pretiosa velut aurum, cara, optabili.

10 *Semper vacuam*] Alios amatores non habentem.

11 *Nescius auræ Fallacis*] Nondum sciens quam crebra sint amantium perjuria. Virgil. Æneid. IV. 570.

Intentata nites. Me tabula sacer  
 Votiva paries indicat uvida  
 Suspendisse potenti  
 Vestimenta maris Deo.

15

*O infortunati, quibus haud expertis fulges! murus sacratus ostendit me tabellam ex voto et vestes madidas affixisse in æde Numinis mari dominantis.*

//////////

13 *Intemptata* tres Bersmanni codd.—14 Codex Bersmanni, unus Vat. Urs. Tornes. Mart. nonnulli Torrentii, Veneti. 1477. 1478. 1479. 1491. Locher. Ascens. Glarean. Heins. et R. Steph. *humida*; sex Harl. quatuor Bland. Div. plurimi Torrent. et ceteri fere omnes *uvida*.

NOTÆ

‘Varium et mutabile semper Fœmina.’

12 *Miseri quibus, &c.*] Elheu quam sunt infelices ii qui te amant, neque norunt quam sis futura paulo post acerba et immitis.

13 *Me tabula sacer, &c.*] Ego quidem tali e naufragio evasi, nec impune. Pyrrham deperii quoque, sævam expertus, post multa mala tantum non perii.

*Tabula sacer, &c.*] Solebant naufragi pro servata vita gratias referre Diis, inprimisque Neptuno; unde et in ædibus sacris appendebant tabellam in qua depictum erat suum naufragium: item vestimenta in quibus enatarant. Virgil. *Æneid.* xii. 769. ‘Votas suspendere vestes.’ Juvenal. xii. Sat. 27. ‘Votiva testantur fana tabella.’

ODE VI.

AD AGRIPPAM.

Horatius adhuc Semipompeianus callide se excusat M. Agrippæ Augusti genero poscenti ut Carmen Heroicum in civile bellum componat. (Similis est argumenti, cuius prima Anacreontis, *Θέλω λέγειν Ἀτρείδας.* Add. i. Od. 19. 10. it. iv. 15. *Gesn.*)

SCRIBERIS Vario fortis, et hostium

*Varius Homericus cantus ales te dicet strenuum et victorem hostium, et quicquid*

//////////

Decima octava secundi Libri est hæc Ode in Ed. Sanadoni. *Ad M. Vip-sanium Agrippam* inscribitur in edd. vett. nonnullis; *Ad Agrippam* in omnibus Torrentii codd. et edd. recentt.—I *Diceris Vario* quidam teste Marci. et

NOTÆ

Hæc Ode est Dicolos Tetra-strophos. Tres primi versus Asclepiadei, qualis iste:

Mæcenas atavis edite regibus.  
 Quartus quisque versus est Glyco-

nus; et:

Sic te Diva potens Cypri.

I *Scriberis Vario, &c.*] Res a te in bello præclare gestas describat summus quisque Poëta; non ego tenuis.

## Victor, Mæonii carminis aliti,



Chabot.—2 Ed. pr. Zar. Mediol. 1465. 1486. Venett. 1477. 1478. 1479. Florent. 1482. Vet. Comb. cum omnibus codd. Lambini, Cruquii, et Torrentii *alite*; et ita Bentl. cum assecla Kidd. Jo. Passeratii emend. *aliti*, Lambino, Stephano, Sanadono, Gesnero probatam, receperunt Comb. Bipont. Wetz. Jani, et Mitsch. Vide Heyn. ad Virg. Ecl. ix. 36. *alteri* conj. Markland. Epist. Crit. p. 107. *amulo* placuit Atterburio, Adventurer No. 58. quod receperunt Jones. et Francis. Post *Victor* punctum ponit J. F. Schmid. ut sequentia usque ad vs. 9. jungantur: *Nos tenues neque conamur alite M. c. dicere, &c.* Similiter jam Landius, qui punctum ponit post *alite*. 'Sed vereor, ne sic nimis torqueatur locus, et inprimis illud *hæc* vs. 5. ingrato pleonasmò

## NOTÆ

Observa, lector, quemadmodum se Horatius eximit a triviali laudantium consuetudine, qui tum se belle fecisse existimant cum per singula laudum capita diligenter, ne dicam insulse, ierint.

*Vario*] L. Varius Poëta non e vulgo scripsit Augusti Panegyricum, Tragedias, et alia quædam. Thyesten ejus cuilibet Græcorum posse comparari affirmat Quintil. lib. x. Ad nos pervenerunt pauca tantum Fragmenta. Macrobius vi. 1. Virgilium e Vario nonnulla imitatum ostendit: hosque illius refert versus de Morte: 'Vendidit hic Latium populis, agrosque Quiritum Eripuit: fixit leges pretio, atque refixit.' Item: 'Incubet et Tyriis, atque ex solido bibat auro.' Item: 'Quem non ille sinit lentæ moderator habenæ Qua velit ire, sed angusto prius ore coërcens, Insultare docet campis fingitque morando.' Item: 'Ceu canis umbrosam lustrans Cortinia vallem, Si veteris potuit cervæ comprehendere lustra, Sævit in absentem, et circum vestigia lustrans, Æthera per nitidum tenues sectatur odores. Non amnes illam medii, non ardua tardant; Perdita nec seræ meminit decedere nocti.' Nonnulli ex Servio perperam scribunt hunc esse Varium cuius meminit Virgilius Ecloga ix.

verum hallucinantur. Illic enim legere oportet: 'Neque adhuc Varo videor....dicere....Digna;' sicut est paulo ante: 'Vare, tuum nomen,' &c.

*Fortis, et hostium Victor*] Vell. Paterc. lib. ii. 'M. Agrippa virtute nobilissimus,' &c. Cornel. Tacit. Annal. i. init. 'M. Agrippam ignobilem loco, bonum militia, et victoriæ socium geminatis Consulatibus extulit; mox defuncto Marcello generum sumsit,' Augustus nempe. Senec. Epist. 94. 'M. Agrippa, vir ingentis animi, qui solus ex his, quos civilia bella claros potentesque fecerant, felix in publicum fuit, dicere solitus erat, multum se huic debere sententiæ: 'Concordia parvæ res crescent, discordia maximæ dilabuntur.'

2 *Mæonii carminis aliti*] *Aliti*, quasi volucris grandiore, ceu cycno, cantum sublimem pariter et sonorum tollente. Sic Theocrit. Poëtas vocat *ὄρνιθας μουσῶν*, aves Musarum. Non moror aliorum interpretationem, *aliti*, pro penna, calamo, stylo. *Mæonii carminis*] Mæonis filius, aut forte e Mæonia regione Asiæ Minoris, urbe Smyrna, oriundus erat Homerus, qui heroici carminis Princeps et quasi Deus. Hinc Mæonium carmen pro Epicæ, Heroicæ, eximiæ Poësis facultate et spiritu, quibus præditum Varium Horatius indicat.

Quam rem cumque ferox navibus aut equis  
Miles te duce gesserit.

Nos, Agrippa, neque hæc dicere, nec gravem 5

Pelidæ stomachum, cedere nescii,

Nec cursus duplicis per mare Ulyssæi,

Nec sævam Pelopis domum,

*militēs te imperante fortiter egerunt navibus aut equis: nos, o Agrippa, nec ista scribere, neque acrem iram Achillis cedere nescientis, nec errores maritimos Ulyssis dolosi, neque familiam crudelē Pelopis, parvi magna non tentamus; dum verecun-*

redundet.' *Jani.*—3 *Quam rem cumque* conj. Bentl. sed ex conjectura Mureti Var. Lectt. ix. 7. edidit: *Qua rem cumque*, eumque secuti sunt Cuning. et Kidd. *Qua res cumque* Chabot. *Ut rem cumque* conj. idem Bentl. laudans iv. Od. 2. 34. *Quam rem cumque* edidit Saadon. laudans Lucr. ii. 113.—6 *Pelidæ* omnes Bland. Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Div. Mart. et omnes fere edd. vett. cum Wakef. et Comb.—7 *Pro duplicis* Bentl. conj. *reducis*, refutatum in Ad-

## NOTE

3 *Navibus aut equis*] Seu navali seu terrestri prælio, terra marique.

*Equis*] Nam Gallos Germanosque equitatus robore præstantes debellarat Agrippa. Appian. Bell. Civil. lib. v. Sext. Pompeium vicerat; res præclare gesserat in Hispania, Thracia, Germania; ac secundus Romanorum transgressus Rhenum fuerat: quare detulit ei triumphum Augustus Cæsar. Dio lib. XLVIII. *Navibus*] Vell. Paterc. cit. lib. ii. 'Ædificandis navibus, contrahendoque militi ac remigi, navalibusque assuescendo certaminibus atque exercitationibus, præfectus est M. Agrippa, virtutis nobilissimæ, labore, vigilia, periculo invictus, parendique sed uni scientissimus, aliis sane imperandi cupidus, et per omnia extra dilationes positus, consultisque facta conjungens.' Et postea: 'Insigne classicæ coronæ, quo Romanorum nemo unquam donatus erat, hoc bello Agrippa singulari virtute meruit.' Meminit et Virgil. Æneid. viii. 683. 'Parte alia, ventis et Diis Agrippa secundis Arduus agmen agens; cui belli insigne superbum Tempora navali ful-

gent rostrata corona.' Sueton. Octav. cap. 25. 'M. Agrippam in Sicilia post navalem victoriam cæruleo vexillo donavit.' Huc et pertinet cusus duplex denarius, quorum unus hinc Augusti caput præferebat, illinc Agrippæ cum civica et rostrata corona. Alter exhibebat una parte Agrippæ caput rostrata corona exornatum, in aversa vero Neptunus Delphinum manu dextra gestans effictus erat.

4 *Te duce*] Vell. cit. 'Navali primo prælio apud Mylas ductu Agrippæ pugnatum prospere.' Vide Plii. xvi. 4. Appian. et Dion. jam cit. Oros. vi. 15. &c.

5 *Gravem Pelidæ stomachum, &c.*] Achilles Pelei filius, 'iracundus, inexorabilis, acer,' nihil non armis arrogans, ut ait Noster ad Pison. nec cedit Græcorum legatis, nec Agamemnoni exercituum summo Imperatori ac Regum Regi: sed nec Diis quidem. Nam et Apollini Hectorem protegenti minas intentat. Homer. Iliad. ʔ.

7 *Cursus per mare*] Longam illam navigationem Ulyssis. *Duplicis*] Sub-

Conamur, tenues grandia ; dum pudor,  
 Imbellisque lyræ musa potens vetat 10  
 Laudes egregii Cæsaris et tuas  
 Culpa deterere ingenî.  
 Quis Martem tunica tectum adamantina  
 Digne scripserit ? aut pulvere Troico  
 Nigrum Merionen ? aut ope Palladis 15  
 Tydiden Superis parem ?

*diu, et Musa citharæ non bellicosa præses me prohibet laudes eximii Cæsaris atque tuas imminuere tenuitate ingenii. Quis poterit celebrare, ut decet, Martem armatum lorica adamantina, vel Merionem pulvere Trojano sordidum, vel Diomedem*

verss. ad Hor. Bentr. cap. 11. p. 161. 163. *duplices* omnes Cruq. duo Bersm. Altt. Dess. Lipss. Brod. Sax. Gott. Flor. Venet. 1492. Locher. Ascens. Priscian. ap. Bentr. *duplicis* omnes Torr. tres Lamb. Mentel. Franeq. Venet. 1590. Heins. Fab. Fabr. Rutg. Cun. San. Ex codd. quidem vix constitui poterit lectio, quia in priscis libris etiam accusativus est *duplicis*, nec nisi in recentioribus *duplices*. Harl. 1. 3. 5. 6. tres Bersmanni, et al. codd. vett. *Ellixei*. Vide Heins. et Heyn. ad Virg. Ecl. viii. 70. *Ullixei* vet. Comb. et Venet. 1478. *Ulissei* nonnulli Torrentii.—9. Post *tenues* ponit punctum cod. Bersmanni.—10 Codd. G. Fabricii *vetant*.—13 *Is Martem l. a. a. D. scripserit ; aut p. T. N. Merionen ; aut o. P. T. s. parem*. sine interrogatione conj. Jos. Valart. Vid. Hom. Il. K. 136.—14 *Troio* conj. Heinsius ad Ovid. Heroid. Epist. i. 28. quod tanquam poëticum recepit Jani.—15 Codd. *Merionem, Nerionem, Memnonem, Myrionem*.—16 Multi codd. et edd.

## NOTE

doli, fallacis. Græcis *διπλοῦς*, *duplex*, aliud nempe dicens, aliud sentiens. Legunt aliqui, *cursus duplices*, cum Prisciano lib. i. et vii. referuntque ad Ulyssis navigationem per Oceanum et mare Mediterraneum ; vel ad bis decennalem cursum ; sed apage. Animadvertite, lector, Homero delatum honorem, ejus est Ilias de Achille, Odyssea de Ulyse.

8 *Sævam Pelopis domum*] Tot homicidii funestam. Pelops a Tantalopatre, Atreus et Agamemnon ab Ægitho, Clytæmnestra ab Oreste filio cæsi sunt. Adde Thyestis liberos jugulatos ab Atreo, ipsique patri appositos in cibum, quod Sol ne videret, refugisse dicitur. Horatius notare vult hic Thyesten eximie artis Tragœdiam a Vario, ut jam ante dixi, compositam.

9 *Tenues grandia*] Modestiam Horatius commendat suam.

10 *Imbellisque lyræ*] Atqui rebus etiam gravioribus idoneos versus Lyricos, præsertim Alcaicos, ostendit Pindarus ; Nosterque ipse pluribus Odis, maxime vero 4. 14. 15. lib. iv. &c. ad Pisones denique sic scribit : 'Musa dedit fidibus Divos puerosque Deorum . . . referre.'

13 *Martem tunica, &c.*] Viros militares lorica armatos forti et dura, instar adamantis : vel ipsum Martem, quem Homerus ærea induit lorica.

15 *Merionem*] Quemlibet virtute bellica gloriosum, Merionis similem, apud Græcos tam inclyti, ut Marti par jactaretur. Homer. Iliad. N.

14 *Pulvere Troico Nigrum*] In acie acriter dimicantem, et non indecoro



Nos convivias, nos prælia virginum,  
 Sectis in juvenes unguibus acrium,  
 Cantamus vacui, sive quid urimur,  
 Non præter solitum leves.

20

*æqualem Diis auxilio Minervæ? Nos epulas, nos certamina canimus puellarum sectis unguibus ferocium adversus adolescentes; sive liberi sumus, sive ardemus amore aliquo, more nostro inconstantes.*

vett. *Tydeiden*; tres Bland. cum edd. recentt. fere omnibus *Tydeiden*.—17 *Acidalius* ad Vellei. II. 110. conj. *Non convicia*. Vet. Schol. ad *Juvenal.* VI. 366. *non prælia*.—18 *Sectos* Gronovius. Vide *Sylog. Epist.* II. p. 573. *Sævis* conj. With. laudans *Phædr.* I. 31. 12. *Strictis* ex conj. edidit *Bentleius*, laudans *Ovid. Amor.* I. 6. 14. *Stat. Theb.* III. 536. sed in *Curis Secundis* legit *Sectis*. *Kidd. Strictis* edidit; et ita quoque *Wakef.* Omnes codd. et edd. vett. servant *Sectis*.—19 *Plurimi* codd. *Lambini*, *Ald. Fabric. Basil.* 1531. *Glarean. Lamb. et Baxt. sive quod*; septem *Harl.* omnes *Bland. Div. Mart. omnes Pulmanni et Torrentii, Muret. et ceteræ edd. sive quid*.—20 *Nos præter* conj. *Marcil. improbante Jani.*

## NOTÆ

pulvere Trojani campi coopertum et quasi nigrum.

[*Ope Pullidis Tydidem Superis parem*] *Diomedem Tydei filium, quem sua Pallas ope semper juvat, Diisque non inferiorem præstitit, ut et Mars et Venus ab eo vulnerati referantur: quin et immortalē fecit, et numero*

*Castorum* ascripsit. *Iliad. E.* 335. et 857. *Pindar. Nem. Virgil. Æneid. XI.* 276. 'Ferro cælestia corpora demens Appetii, et Veneris violavi vulnere dextram.'

17 *Nos convicia, &c.*] *Nos res ludicras et tenuiora argumenta tractare duntaxat et canere amamus.*

## ODE VII.

## AD MUNATIUM PLANCUM, CONSULAREM.

*Munatium Plancum, Consularem virum et quondam Pompeianum, postquam Augusti gratia excidisset, præ animi mœrore voluntarium exilium minitantem, a consilio revocare conatur, laudata Tiburtina ejus Villa præ omnibus Græciæ civitatibus. (De Planci ingenio, quod merito suspectum esse Augusto poterat, Vell. II. 83. Rhodon et Mytilenen tunc placuisse exulibus, docet etiam Cic. Fam. IV. 7. et VII. 3. fin. Gesn.)*

LAUDABUNT alii claram Rhodon, aut Mitylenen,  
 Aut Epheson, bimariseve Corinthi

*Alii laudabunt illustrem Rhodum, vel Mitylenen, vel Ephesum, aut muros Co-*

Hæc Ode sexta est in *Ed. Sanadoni*. Duo optimæ notæ codd. ap. *Torrent.* inscribunt: *Ad Plancum Munatium*; tres alii ejusdem codd. *Ad Plan-*

Mœnia, vel Baccho Thebas vel Apolline Delphos  
Insignes, aut Thessala Tempe :

*rinthi inter duo maria positæ, aut Thebas Baccho, vel Delphos Apolline insignes,*



*cum* ; Cruquius, *Ad Munatium Plancum de Tiburtina regione* ; Torrent. Heins. Steph. Benth. Wakef. et Kidd. *Ad Munatium Plancum.*—1 *Laudarunt* emend. With. *Mytilenen* Gott. Flor. Locher. et nummi, quod receperant Comb. et Wakef. *Mitylenen* alii codd. cum Venett. et ceteris. ‘Hoc est conveniens scripturæ Gr. et loco infra 1. Epist. 11. 17.’ *Zewn.*—2 *Ephesum* omnes Harl. et vulgg. *Epheson* codex Bersmanni, duo Lipss. Vet. Comb. Venett. 1477. 1478. 1479. et al. ‘quod ob Græcismum, quem sectatur alibi Horatius, magis

NOTÆ

Hæc Ode est Dicolos Distrophos. Primus quisque versus est Hexameter Heroicus: quinque primi pedes sunt vel Spondæi vel Dactyli. Alter quisque versus est Dactylicus Tetrameter, quatuor ultimos habens pedes versus Hexametri sive Heroici.

1 *Laudabunt alii*] Elegans est versibus hæc Ode, quam e duabus coaluisse volunt quidam; nimirum novæ Odes initium statuunt ad hæc verba: ‘Albus ut obscuro,’ &c. Veteres codices astipulantur, præficientes istis novum hunc titulum: *Cohortatur Plancum ad hilariter vivendum.* Quicquid sit, tota est ad L. Munatium Plancum, cujus patria Tibur, aut qui saltem villam habebat Tiburi proximam, proindeque ab Horatiano prædio non longe remotam. In priori Odes parte, per comparationem, Tiburtinæ regionis amœnitatem extollit Poëta; in altera Plancum hortatur ut vino curas abstergat: utiturque exemplo viri fortis, Teucris nimirum, qui graviores animi ægritudines vino temperavit. Vide postea Not. ad vocem ‘Plance.’

*Claram Rhodon*] Rhodus Insula Minoris Asiæ, ad Cariæ oram, Emporium est nobile. Clara certe pridem, tum ob Colossum sive Statuam Solis septuaginta cubitis altam, et inter orbis miracula numeratam, tum propter ingentem signorum numerum; atque ‘operum nobilitatem,’ ut ait Gell.

vii. 3. tum quia nunquam tot nubilis cælum obducitur, quin aliqua hora Sol ibi cernatur, quod asserit Plin. 11. 42. Adde urbium pulchritudinem, portuum commoditatem, aëris salubritatem. Strabo lib. xiv. scribit Rhodum ita præstare ceteris, ut nullam possit huic parem nedum meliorem commemorare. Vide Diodor. Sicul. vi. 13. nec prætermittendum est, Rhodum mitti solitos Romanos juvenes discendæ facultatis Oratoriæ gratia. Eo Tullius ipse adiit, quem lege ad Attic. lib. 11. Epist. 1. et in Bruto, n. 51. ubi sic loquitur: ‘Hinc Asiatici oratores non contemnendi quidem, nec celeritate nec copia; sed parum pressi et nimis redundantes. Rhodii saniores et Atticorum similiores.’ Anno salutis reparatæ 1300. Equites Hierosolymitani eam invaserunt, indeque Rhodii appellati; servarunt ad an. 1522. quo a Turcis pulsus Melitam concessere, exinde Melitenses cognominati.

*Mitylenen*] Hæc urbs Lesbi insulæ, cui et eadem appellatio, hodie, *Metylin*, a Cicerone commendatur Agrar. 2. ‘Et natura, et situ, et descriptione ædificiorum et pulchritudine imprimis nobiles Mitylenæ: agri jucundi et fertiles,’ &c. Vide et Strab. lib. xiii. et Vitruv. 1. 6. ubi scribit eam urbem ‘elegantem et magnifice ædificatam, sed non prudenter positam. In ea quippe, dum flat Auster,

Sunt quibus unum opus est, intactæ Palladis urbem 5  
Carmine perpetuo celebrare, et

vel Tempe Thessalica. Sunt Poëtæ, quorum unicus labor est laudare carmine con-

-----

placuit. *Zeun.* Quidam ap. Jani : *bimarisque Corinthi.*—5 *Palladis arcem* unus Bersmanni, et Dess. 2. *Palladis arces* Regin. et aliquot Lambini, quod receperunt Bentl. Cuning. Sanad. Bipont. Wakef. Wetzel. et Kidd. *Palladis arcis* nonnulli codd. ap. Cuning. *Palladis urbem* omnes Torrentii et Cruquii, omnes Harl. Zarot. Venett. et Flor.—6 *Vox et abest a Lips.* 3. 4. aut emend.

NOTÆ

incolæ ægrotant; dum Caurus, tussunt; cum Septemtrio, in salubritatem restituuntur. Adde ei regioni claritatem e natalibus Pittaci qui unus e septem Græciæ Sapientibus, Alcæi Poëtæ, aliorumque illustrium hominum.

2 *Epheson*] Asiæ Minoris ista civitas in Ionia sita est ad littus maris Ægæi et sinus Ionii, versus ostia Caystri fluminis: portum habet valde commodum arcemque munitissimam. In ea celebratum est Concilium generale tertium anno Salutis Reparatae 431. sub Celestino Papa, adversus errores Nestorii Hæresiarchæ. Olim claruit Ephesinæ Dianæ templo toto orbe celebri: ab Amazonibus condita etiam fertur.

*Bimarisæ Corinthi Mænia*] Corinthus, hodie *Coranto*, urbs Peloponnesi, in Isthmo est medio sita, inter duo maria Ægæum et Ionium; unde *bimaris* dicitur: ære et figulina celebratur: 'totius Græciæ lumen' vocat Cic. pro Lege Manil. et Agrar. 2. n. 86. ita scribit: 'Posita [Corinthus] in angustiis atque in faucibus Græciæ, sic ut terra claustra locorum teneret, et duo maria maxime navigationi diversa pæne conjungeret, cum pertenni discrimine separarentur.' Luxuriæ vero infamia laboravit adeo, ut Corinthiari dicerentur qui impudice viverent. Lippis atque tonsoribus audita Lais meretrix ibidem famosa, tamque pretiosa, ut Demostheni sui copiam non nisi decem millibus drach-

marum vendere vellet; quapropter abstinuit ille et respondit: 'Tanti nou emo pœnitere.' Ex illa natum est adagium: 'Non licet omnibus adire Corinthum.'

3 *Baccho Thebas*] Cadmus ædificavit eam urbem in Bœotia, nobilitavit maxime Bacchus ibi natus. Apollodor. lib. III.

*Apolline Delphos*] Parnassi juga, fons Castalius, at præ omnibus Oraculum Apollinis, efferunt Delphos. Solin. Strabo lib. IX. Alex. ab Alex. VI. 2. 'Delphi,' inquit, 'orbis umbilicus, commune omnium Oraculum, in alto Parnasso, urbs non mœnibus sed abruptis rupibus munita, arduo ac difficili ascensu. Templum Apollinis cultu et religione longe celebratissimum intra urbem non manu exstructa, sed nativa præcipitia muniveret.' Hæc ille. Admirabilem porro Gallorum stragem Brenno duce Delphos impie oppugnantium, Apollinemque sese acriter vindicantem, lege apud Justinum lib. XXIV.

4 *Thessala Tempe*] Horum in Thessalia locorum tanta fuit amœnitas, ut si quæ deinceps regio celebraretur, amœna velut Tempe diceretur. Illic Peneus fluvius inter Ossam et Olympum decurrebat, colles erant dextra lævaque molliter incurvi, nemorosæ convalles, &c. Vide Solin. Strab. lib. IX. Ælian. lib. III. init. &c. nos iterum postea I. Od. 21. et III. Od. 1.

5 *Sunt quibus unum opus est, &c.*] Sunt Poëtæ qui semper canunt Athe-

Undique decerptam fronti præponere olivam :  
 Plurimus in Junonis honorem  
 Aptum dicet equis Argos, ditiesque Mycenæ.  
 Me nec tam patiens Lacedæmon,

10

*tinuo civitatem Minervæ castæ, ac præferre olivam foliis undequaque collectis. Plerique in honorem Junonis commendant Argos equis nutriendis idoneum, ac Mycenæ divites. Me nec Sparta illustris ob patientiam, nec ager Larissæ fertilis tam*

Sanad.—7 *Undique decerptæ fronti ex conjectura* Erasmi Lamb. Marcil. Heins. Steph. Dacer. Talbot. Delph. Pine, et al. *Undique decerptam fronti* Harl. septem, Bland. quatuor, Mart. Carr. Exc. Sax. omnes Bentl. et Torrent. Zarot. Flor. et Venett. cum edd. Bentl. Sanad. Baxt. Jan. Bipont. Wakef. Wetzel. et Comb. Vide Syllog. Epist. tom. II. p. 554. Schrader Emend. p. 76. conj. *Carmine perpetuo celebrare, Indeque decerptam, &c.* quod recepit Kidd. Cf. Lucr. I. 927. Vid. Drakenb. ad Liv. XXXIX. 33. § 3. *Atthide decerptam* conj. With.—9 Codex Laurentianus Torrentii ducet, quod

## NOTÆ

nas et olivam Palladi sacras, nihilque norunt scribere præter Neptuni ac Minervæ certamen de nomine Athenis imponendo, hujusque in illum victoriam; cum, Neptuno equum proferente, Pallas oleam, quæ præstantior visa et judicata est, produxisset.

*Palladis urbem*] Athenæ quidem omnis doctrinæ parentes; Pallas autem sen Minerva scientiis præesse cognoscitur: non ergo mirum si urbs ista illius veluti propria censetur. Quod si fabulari juvat, vide Apollodor. lib. III. Hygin. &c.

6 *Carmine perpetuo*] Cyclicum carmen docte Heinsius intelligit, quod perpetua serie complectatur laudes Athenarum, &c. De eo dicam in Epist. ad Pison. vs. 136. ubi 'scriptor cyclicus.'

7 *Undique decerptam fronti* [*decerptæ fronti, &c.*] Ut præ ceteris urbibus Athenas, sic et olivam præ omnibus arboribus efferre. Scilicet ea est, quam Tull. de Leg. I. init. laudat, ita scribens: 'Nullius autem agricolæ culta stirps tam diuturna, quam Poëtæ versu seminari potest.' Ex vett. codd. nonnulli hic legunt, *Undique decerptam fronti præponere olivam*; in-

telliguntque tonsiles coronas, id est circum circa detonsas, ut sint foliis brevioribus atque ornatoribus; quo videtur pertinere quod ait Noster I. Epist. 19. 'At ne me foliis ideo brevioribus ornes.' Alii explicant: Ex omni loco et materia colligere, quod in Palladis Athenarumque et olivæ, quæ ad Palladem præcipuo jure pertinent, laudes convertatur. Denique *fronti præponere olivam* interpretantur ex oliva sibi coronam texere, eaque frontem exornare. Verum prima lectio atque interpretatio magis arridet, eamque sequi doctiores jam assuevere.

8 *Plurimus in Junonis honorem, &c.*] Plerique amant celebrare Argos equis nutriendis aptum, ob læta pasena urbi circumjecta: vel Mycenæ auro et divitiis insignes, Agamemnonis regni sedem inclutam. Vide Strab. lib. VIII. Sophocles in Electra, πολυχρόσους Μυκήνας vocat. *In Junonis honorem*] Quia in utraque urbe ista Juno præcipue colebatur.

10 *Me nec tam patiens Lacedæmon, &c.*] Me Horatium nec Lacedæmon nec Larissæ æque movet et afficit, ut domus Albunæ, &c.

Nec tam Larissæ percussit campus opimæ,  
 Quam domus Albunæ resonantis,  
 Et præceps Anio, ac Tiburni lucus, et uda  
 Mobilibus pomaria rivis.

*officit quam fons Albunæ perstreptentis, et Anio cadens, et nemus Tiburni, et po-*

~~~~~

ille non improbat; Harl. 3. 4. 5. 6. 7. omnes Bland. Mart. Carr. Brod. Exc. Sax. Zarot. Venett. 1477. 1478. 1479. Flor. 1482. Venett. 1483. 1486. 1490. Lamb. Cruq. Torrent. Steph. Heins. Delph. Dacer. Baxt. Sanad. Bipont. Wetzel. et Comb. *dicet*; Harl. 1. 2. duo meliores codd. Pulmanni, unus Bersmanni, Græv. Zulich. Battel. et Magdal. cum edd. Bentl. Furstenberg. Wakef. et Kidd. *dicet*.—10 *Me neque tam tacite recepit Bentl. eumque secuti sunt Wakef. et Kidd. Me non tam Cuning.*—11 *Nec tam percussit Larissæ Cuning. percussit Glarean.* et sic Nebrissens. ad Terent. And. Act. 1. Sc. 1. *percussit* omnes Harl. Jannot. Faër. Urs. duo Vat. et Tons.—13 *Tiburti* Harl. 3. 6. omnia copula; *ac Tiburni* Pulm. 1. 2. 3. 4. Mentel. omnes Fabric. meliores Torrent. Lips. 1. et sic Lamb. Heins. Turneb. Fab. Rutgers. Steph. Muret. Bentl. Baxter. Cuning. Sanad. Jani, Bipont. &c. *ac Tiburti* Harl. 2. Alt. 1. 2. Lips. 3. tres Bersm. Venett. Ascens. Ald. et Locher. *et Tiburti* multæ edd. vet. cum uno Bersmanni; *et Tiburni* Harl. 4. et quatuor Bland. ut correxerunt Turneb. et Muret. *aut Tiburni* Harl. 5. *Ac Tiburni lucus et præceps Anio et udu* Harl. 1. *et Tiburtis* Brod. *et Tyburti* Glarean. *ac Tiburni* omnes fere codd. Bentleii.—14 Harl. 1. 3. Græv. Regin. Gal. Battel.

NOTE

Patiens Lucedæmon] Hæc Peloponnesi urbs, Laconia caput, ad Eurotam fluvium posita, dicta est et Sparta, hodie *Misitra*: servitutis olim impatiens, at malorum tolerantissima; ut 'Spartana generositas et patientia' in proverbium abierit. Spartani liberos ad severam omnem disciplinam instituebant. Cic. Tuscul. v. n. 77. 'Pueri Spartiatæ non ingemiscunt verberum dolore laniati. Adolescentium greges Lacedæmone vidimus ipsi incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, unguibus, morsu denique, ut exanimarentur priusquam se victos faterentur.' Idem alibi meminisse eorundem, quod ad aram loris et verberibus sic acciperentur, ut multus et visceribus sanguis exiret, immo interdum ad necem usque; neque tamen exclamarent, sed nec ingemiscerent quidem.

11 *Larissæ campus opimæ*] Urbs Thessaliae Larissa, agris perquam fer-

tilibus gloriabatur: cum vero proxima esset Phthia, quæ Achillis patria, inde factum ut Larissæus ille sæpius dictus sit.

12 *Domus Albunæ resonantis*] Albunea Nympha, quæ et Sibylla Italica, Tiburi colebatur, atque lucum et fontem sacrum habebat. Virgil. Æneid. vii. 82. 'Lucusque sub alta Consulit Albunea, nemorum quæ maxima sacro Fonte sonat.' Lactant. i. 5. 'Tiburtem Sibyllam dicunt nomine Albunæ, quæ Tiburi colitur ut Dea, juxta ripas Anienis, cujus in gurgite simulacrum ejus inventum esse dicitur, tenens in manu librum, cujus sacra Senatus in Capitolium transtulerit.'

13 *Præceps Anio*] Strabo lib. v. 'In Romæ conspectu sunt Tibur, Præneste, et Tusculum. Tibur quidem Herculeum, et Cataracta, sive descensus quem facit Anio, ubi navigabilis esse incipit, cum e sublimi in

Albus ut obscuro deterget nubila cœlo 15
 Sæpe Notus, neque parturit imbres
 Perpetuos; sic tu sapiens finire memento
 Tristitiam vitæque labores
 Molli, Plance, mero; seu te fulgentia signis
 Castra tenent, seu densa tenebit 20

maria rivulis decurrentibus irrigua. Quemadmodum Leuconotus aliquando nubibus expurgat cœtum caliginosum, nec pluvias parit semper; ita, Plance, recordare prudens imponere finem mœrori et vitæ laboribus, bibendo vinum suave. Teucer fu-

//////////

Magdal. a m. sec. Bodl. 2. a m. pr. et Venett. 1477. 1478. 1479. *pomeria*; Carr. *pomæria*. Marcil. legit: *Nobilibus pomeria rivis*.—15 Novum Carmen hic incipit in multis, ut in Fran. duob. Bersm. Lipss. trib. Alt. 2. Zarot. et Harl. 1. 2. 3. 6. Undecimum Libri secundi hic incipit in Sanad. Alii tantum spatium relinquunt. In aliis Inscriptio etiam est: *exhortatio (oratio, hortatio) ad bene vivendum ad Plancum*, vel tale quid; quales codd. Scaliger et Heinsius sibi visos aiunt. Harl. 1. hanc Epigraphen habet: *Ad Plancum Horatio ad bene vivendum*. Vet. Schol. Don. Faër. unus Bersmanni, Mart. *detergit*; Vat. 2. Urs. Tormes. omnes Torrentii, omnes Harl. et Bland. Carr. Mald. Sil. et Buslid. *deterget*; et sic omnes edd. recentt.—16 Plures et meliores Torrentii codd. *nec parturit*; et ita Fran. et Sanad.—17 *Perpetuo* Ald. 1527. tres Bland. Harl. 1. 2. Leid. Græv. Regin. cum duobus aliis Bentleii, quod ille recepit, eumque secuti sunt Sanad. *Perpetuum* Cuning. *sic tu patiens* Alt. 1.—18 Nonnulli ita interpungunt: *Tristitiam, vitæque labores Molli, &c.* ut *Molli* sit verbum, i. e. lenire stude; in his Sanadonus. Codex Fabri,

NOTÆ

profundam vallem præceps defertur, et per vicina urbi nemora.' Dionys. Halicarn. lib. v. refert Anienem ex urbe Tibure effundi per excelsum scopulum, atque in planitiem ferri Romanorum ac Sabinorum, utrorumque determinando regionem, ac denique in Tiberim influere, aspectu quidem jucundum et pulchrum, potu vero etiam gratum.

Tiburni lucus] Tiburnus, Tiburis conditor, vicinis quoque nemoribus dat nomen.

Uda Mobilibus pomaria rivis] Legunt quidam *Nobilibus*, intelliguntque Albulas et Labanas aquas salubritate nobiles, de quibus Strabo lib. v. alii *Mobilis* interpretantur ductiles rivos. Item legunt *pomæria*, referuntque ad Tibur, cujus muros alluit et rigat Anio.

15 *Albus ut obscuro, &c.*] Non secus

ac Leuconotis, a λευκός, *candidus, vóτος, notus*. Ventus iste, a Meridie spirans, nunquam serenitatem affert, quamvis sæpe imbres pariat; ita licet Reipublicæ curam geras semper, interdum hilaritati vacare debes, et animum vino recreare tantisper, ne illum nimix obruant sollicitudines.

18 *Tristitiam*] Si rei cura privata comites habet ægritudines aliquando magnas, certe Reipublicæ fere semper maximas.

19 *Plance*] L. Munatius Plancus maximis honoribus functus est, Consulatus cum M. Emilio Lepido, Censura, &c. Nulla re autem nobis quidem videatur illustrior, quam quod Lugdunum nobilissimam Romanorum in Gallia coloniam condiderit, dum Galliæ Comatæ præfectus esset: sunt tamen qui eam urbem longe antiquio-

Tiburis umbra tui. Teucer Salamina patremque
 Cum fugeret, tamen uda Lyæo
 Tempora populea fertur vinxisse corona,
 Sic tristes affatus amicos :
 Quo nos cumque feret melior fortuna parente, 25
 Ibumus, o socii comitesque :

giens patrem atque Salamina dicitur nihilominus caput vino madidum cinxisse corona populea, sic allocutus mærentes amicos: o socii et comites pergemus quocumque

vitæque dolores; Lips. 4. vitæque laborem.—23 Lips. 1. et Rutgers. populna f. v. corona.—25 Quidam ap. Jan. parenti.—26 Bentleius ejusque asseclæ inter-

NOTÆ

rem asseverent. Is porro non leves putandus labores exhausisse in tot civilibus tumultibus, quibus Imperium Romanum suo tempore concussum est, atque in tot rerum mutationibus. Ipse nimirum a Senatu primum stetit, deinde ad M. Antonium defecit, postea ad Augustum Cæsarem transfugit. Vell. Patere. lib. 11. Extant Ciceronis ad Plancum istum, et Planci ad Ciceronem Epistolæ perelegantes.

Seu te fulgentia signis, &c.] Sive sis militiæ, sive domi, et in villa tua Tiburtina. *Fulgentia castra]* Cornel. Tac. Annal. xv. 'Fulgentibus aquilis, signisque, et simulacris Deum in modum templi.' Porro signa militaria seu vexilla sunt, aquilæ, dracones, apri, lupi, equi, minotauri, &c. Vide Veget. de Re Milit. 11. 13. et 111. 5. Plin. x. 4.

21 *Tiburis umbra tui]* Densum notat villæ nemus, quod umbram amœnam prætenderet. Vide postea 1. Od. 18. et 11. Od. 6. 5. ibique Not.

Teucer Salamina, &c.] Exemplo Teucris fortiter adversa sustinentis, hortatur Plancum ut pariter fortis sit in fortunæ vicissitudine, vinoque, ut ille, depellat curas.

Salamina patremque Cum fugeret] Post expeditionem Trojanam reversus in patriam Teucer a Telamone

patre repulsus est, dolente et indignante, quod Ajacem fratrem non reduceret. Proficiscentibus enim mandarat ne alter sine altero rediret. Atqui Ajax se ipse interemerat, iratus quod Achillis arma Ulyssi potius quam sibi fuissent adjudicata.

Salamina] Salamis, hodie *Coluri*, urbs et Insula maris Ægæi, in sinu Saronico, qui nunc dicitur *Golfo di Engia*, inter Atticam et Peloponnesum. Illic regnavit Telamon Ajacis et Teuceri pater.

22 *Lyæo]* Cognomen est Bacchi, a *λύω, solvo*, quia metu et curis vinum liberat. Horat. 1. Epist. 15. 'Generosum et lene requiro, Quod curas abigat.' Ovid. Art. Am. 1. 237. 'Vina parant animos...Tunc dolor, et curæ, rûgaque frontis abit.'

23 *Tempora populea fertur vinxisse corona]* Ita se Teucer instruit adversus mærores. Vinum sumit; populea se corona redimit, seu quod Herculi sacrificet sic ornatus ex more, sen ad significandam animi fortitudinem. Nam hujus symbolum est populus arbor Herculi sacra. Demum ad omnes fortunæ casus socios parat.

24 *Tristes]* Ob exilium, et quod carendum esset patria, quæ semper carissima cuilibet, dulcis atque jucunda, ut ait Cicero in Catil. 1v.

25 *Melior fortuna parente]* Nam pa-

Nil desperandum Teucro duce, et auspice Teucro ;
 Certus enim promisit Apollo
 Ambiguam tellure nova Salamina futuram.
 O fortes, pejoraque passi
 Mecum sæpe viri, nunc vino pellite curas :
 Cras ingens iterabimus æquor.

30

nos duces fortuna patre benignior. Nil non sperandum ductu et auspiciis Teucri. Nam Phæbus veridicus pollicitus est ancipitem fore Salaminem in terra nova. O viri strenui et sæpius deteriora mecum perpassi, jam vino mærorem detergite, cras iterum navigabimus magnum mare.

//////////

pungunt: *Ibimus. O socii, &c.*—27 *Nec desperandum* codex Bersmanni. Bentl. conj. *auspice Phæbo*; Cuning. *obside Teucro*; Lambinus ex duobus codd. *auspice Teucri*, quod est etiam in duobus Bentl. Dess. 1. et Exc. Sax.—31 Harl. 3. *pellite curam.*—32 Brod. *intrabimus æquor*; Mentel. *peragrabimus æquor.*

NOTÆ

trio solo et paternis Laribus exterminamur a Telamone patre. At fortuna spondet nobis exulibus offertque novas sedes in aliena regione. Aiunt profectam a Teucro exulante sententiam hanc: 'Ibi patria est omnibus, ubi bene.'

27 *Duce, et auspice Teucro*] Auctore Teucro, bonis avibus rem gerente, post acceptum felix ab Apollinis oraculo responsum.

28 *Certus enim promisit Apollo, &c.*] Apollo, cujus haud incerta sunt oracula, jussit me Cyprum contendere, ibique novam condere Salaminam; ut deinceps ambignum sit hoc nomen, cum duplex erit urbs ejusdem appellationis; altera apud Atticam regionem in qua nati sumus, et qua pellimur; altera in Cypro mox a nobis ædificanda, sic fatiis volentibus. Vide

Euripid. Helen. Act. 1. Scen. 1.

30 *O fortes, pejoraque passi*] O viri qui mecum exantlastis ærumnas apud Trojam majores quidem et graviores istis malis quibus jam conflictamur, forti estote animo; certe meliora propediem omnia experiemini.

32 *Cras ingens iterabimus æquor*] Hodie epulemur, genio indulgeamus, vino curas abigamus; at cras iterum conscendemus illud idem mare quod nuper enavigavimus, a Troade huc in Græciam renigrantes. Denique nova domicilia, novam patriam quæsitura apud Cyprum, priorem cursum relemus: Vell. Paterc. 1. 1. 'Teucer non receptus a patre Telamone, ob segnitiam non vindicatæ fratris injuriæ, Cyprum appulsus cognominem patriæ suæ Salamina constituit.'

ODE VIII.

AD LYDIAM.

Sub fictis Lydiæ atque Sybaris nominibus exprobrat amicæ suæ rivalis amorem.

LYDIA, dic, per omnes

Te Deos oro, Sybarin cur properas amando

O Lydia, per cuncta Numina te obsecro, fare quamobrem festines amoribus tuis

~~~~~

Ode septima Libri hujus primi in Ed. Sanad.—1 *Lidia* omnes codd. Torrentii.—2 ‘Pulnanni aliquot codices Bersmannique cum meis Græv. Gal. Regiæ Soc. Petrensi, et Marius Victorinus p. 2533. 2614. 2621. habent *Hoc Deos oro*. Sed plures tamen libri cum Diomede p. 509. et Fortunatiano p. 2683. 2703. præferant *Te Deos oro*. Utrumque probum est, sed hoc videtur concinnius.’ *Bentl.* *Hoc Deos* etiam Lips. 1. Dess. 1. Gott. et Harl. 1. *Hæc Deos* Dess. 2. et unus Bersmanni; *O Deos* codex vetustissimus Dorvillii ad Charit. p. 22. *Hoc Deos vere* Harl. 3. *properes* Harl. 1. 2. 3. 5. 6. Venett. Mediol. et ceteræ vett. cum *Bentl.* ‘Sed recte *Bentl.* conjicit, hanc mutationem a librariis ortam ob seq. *oderit*. Idem valet de seqq. *equitet* et *temperet*, quod est in edd. Lamb. et Venett.’ *Zeun.* *properas* Withof. in Spec.

## NOTÆ

Ode est Dicolos Distrophos: at Metri singularis. De eo sic scribit Attilius eruditus Grammaticus: ‘Hoc Metrum Horatius ignorando quale esset, laboriosa observatione, semel omnino facere conatus est: et in eo tamen parum decenter erravit; nam fecit illud asperius uno immutato pede. Quod si scivisset Choriambicum esse, et habere clausulas certas, non in illam salebram incidisset; nam primum comma ex Choriambico et Bacchio constat:

Lýdĭā dic, | pĕr ōmnēs

Secundum colum, quod est longius, tres habet Choriambos, et unum Bacchium, scilicet clausulæ gratia. Quod Metrum Alcæus sic ordinavit, vir in Musicis exercitatissimus. At Horatius primum Choriambicum durissimum fecit, pro Iambo Spondæum infarciendo sic:

Tĕ Dĕōs ō | ro . . . .

Error tamen illius habet excusatio-

nem, quod in ea perseveraverit lege, quam ipse sibi aliquo casu fecerat, usque ad ultimam partem non mutando.’

1 *Lydia dic, &c.*] *Lydiam* ironice compellat Horatius, at *Sybarim* petit, suum, ut videtur, rivalem, sicut et *Telephum* Ode 13. Expressit autem hac Ode istam sane Terentii sententiam, *Eunuch.* II. 1. 19. ‘Adeon’ homines immutarier ex amore, ut non Cognoscas eundem esse?’ Hic igitur *Sybaris* adolescens, *Comici Phædrizæ* instar, totus ex amore meretricis immutatus perit. Nec enim, ut ante, laboris enjuslibet patiens, jaculando, equitando, luctando, natando inter æquales excellit; sed abjectis campestribus armis, et exercitationibus viro dignis, meretricis captus illecebris latet apud *Lydiam*, atque iners ac perditus elanguescit.

2 *Sybarin*] *Lydi* luxu perdit: sic et *Sybaritæ* deliciis fracti male au-

Perdere? cur apricum

Oderit campum, patiens pulveris atque solis?

Cur neque militaris

5

Inter æquales equitat, Gallica nec lupatis

*corrumpere Sybarim: quare Martium Campum soli expositum aversetur, valens tolerare pulverem et æstum: quare nec bellicosus equum agitat cum paribus, neque*

//////////

Gunther. p. 55.—4 With. conj. *Deserit campum.* Crusius conj. *impatiens pulveris.* 'At vulg. est verum, modo interpreteris, 'qui olim fuit patiens.' Zeun.—5 Codd. Bersmanni, Mald. ap. Cruq. duo Lips. Vet. Comb. et nonnullæ Venett. *militares.*—6 Vulgg. et Harl. 2. 5. *equitet*; Brod. et Græv.

#### NOTÆ

diebant. Sybaris tamen urbs ad oram Tarentini sinus olim sita, potens adeo primum fuit, ut finitimis gentibus quatuor dominaretur: at deinde proverbialiter usurpatum est ejus nomen pro perditissimo luxu. Philostrate. Strabo lib. vi. Athen. lib. ii. Plutarch. Lamprid.

*Amando Perdere*] Antiphrasis. Ceterum, ut scribit Virgil. *Eclog.* III. 109. 'Quisquis amores Aut metuet dulces, aut experietur amaros.' Quisquis enim meretricum amoribus se dat, brevi opes absument, vires corporis animique perdet, et famam flocci habens ad quodvis malum ruet, omnis decoris immemor. Virgil. de Didone Æneam depercunte, *Æneid.* IV. 86. 'Non cœptæ assurgunt turres, non arma juventus Exercet, portusve, aut propugnacula bello Tuta parant; pendent opera interrupta, minæque Murorum ingentes, æquatæque machina cælo.' Lege Plant. *Mercat.* Prolog. et Terent. *Eunuch.* Act. I. Scen. I. &c. III. Od. 12. ibique Not.

3 *Cur apricum Oderit campum*] Cur honestis exercitationibus, quas antea frequentabat, jam se mollis subducit? *Campum* hunc Gellius VI. 7. scribit Populo Romano condonatum a Tarratia Virgine Vestali: at Livius Tarquiniorum primo fuisse affirmat,

et his pulsus Marti consecratum. Vegetius de *Re Milit.* I. 10. sic habet: 'Romani Campum Martium Tiberi vicium delegerunt, in quo juventus, post exercitium armorum, sudorem pulveremque dilueret, ac lassitudinem cursusque laborem natando deponeret.' Describit vero Strabo lib. I. his verbis: 'Magnam ornamentorum partem Campus Martius continet... Etenim admirabilis magnitudo, cum Equitia, id est Ludos Curules, et alias Equestres pugnas suppeditet, locum tamen multis Pila, Circo, Palæstraque se exercentibus vacuum relinquit... solum herbis consertum omni tempore ami: collium denique vertices Theatri speciem et ornatum ad alvenum usque fluminis præ se ferentes spectaculum præbent ita amœnum, ut ægre et invitus ab eo discedas.'

4 *Patiens pulveris atque solis, &c.*] Plutarchus in Vita Catonis Censorii refert filium ab eo literis institutum, deinde vero edoctum artem corporis exercendi, jaculandi, equitandi, calorem et frigus tolerandi, rapidosque gurgites ac fluviis tranandi, &c. *Pulveris*] Vide Annot. ad Od. I. vs. 3.

5 *Cur neque militaris Inter æquales equitat*] Cur more solito strenne non decertat equitando cum æqualibus ætate ac studio juvenibus? equitandi

Temperat ora frænis?

Cur timet flavum Tiberim tangere? cur olivum  
Sanguine viperino

Cautius vitat? neque jam livida gestat armis 10  
Brachia, sæpe disco,

Sæpe trans finem jaculo nobilis expedito?

*frænis lupatis moderatur equorum ora Gallicorum? quare formidat contingere Tiberim luteum? quare oleum diligentius fugit, quam viperæ cruorem? nec deinceps viventibus lacertis arma portat, frequenter disco, frequenter telo ultra metam pro-*

//////////

*equitat, quod receperunt Bentl. Bipont. Wakef. Wetzel. alii.—7 Vulgg. et Harl. 3. 6. etiam Temperet; Græv. Temperat, quod receperunt iidem.—10 Locher. et Venet. 1491. nec jam livida.—12 Harl. 2. Vet. Comb. et Ve-*

NOTÆ

studium nobili viro maxime convenire, asserit Plato in Lachete. Plutarchus autem refert, Julio Cæsari equitandi usum facilem adeo a pueritia fuisse, ut reflexis in tergum manibus equum cursu velocissimo concitaret.

6 *Gallica nec lupatis Temperat ora frænis*] Hinc peritum equitandi ostendit Sybarin, qui Gallicos etiam equos domare consuevisset. Nam et hi Romæ in pretio, et feroces fuisse perhibentur, quos lupatis coerceri opus erat. Apuleius: 'Jumenta Gallicana, quibus generosa soboles perhibet generosam dignitatem.'

*Lupatis*] Frænis asperioribus instar lupinorum dentium. Hæc etiam lupi dicebantur. Ovid. Trist. iv. 6. 4. 'Et placido duros accipit ore lupos.'

8 *Cur timet flavum Tiberim tangere*] Cur se ad natationem non exercet, ut ante? hæc enim valde utilis, et pridem commendabatur. Sic Horatius ille Cocles e ponte sublicio in Tiberim desiliens ad suos armatus tranavit. Sic Julius Cæsar Alexandriae circa pontis oppugnationem, cum in mare desilisset, nando per ducentos passus evasit ad proximam navem, elata quidem læva manu, ne madefie-

rent libelli, quos tenebat; paludamentum vero mordicus trahens, ne spolio potiretur hostis. Sueton. Hinc ex eodem Sueton. Augustus nepotes docuit natare. Et Plato de Leg. lib. iii. probrosum ait, si quis natare non didicisset.

*Flavum Tiberim*] Hic fluvius olim Albula dictus, postea Tiberis ac Tiberinus vocatus est, ab hujus nominis Rege in eo submerso. *Eustath. Flavum*] Sic Æneid. vii. 31. 'Multa flavus arena.'

*Cur olivum Sanguine viperino Cautius vitat*] Cur nunc luctam fugit Sybaris, et angue pejus odit; adeoque se nequaquam ceromate perungit; ut solent athletæ, quo membra reddantur robustiora cum lubrica.

9 *Sanguine viperino*] Quod venenum est præsentissimum, quippe calidissimum, Alberto teste.

10 *Neque jam livida gestat armis Brachia*] Cur arma non amplius contrectare, portare, vibrare amat? hinc non jam vivent ejus brachia, seu attritu armorum et pondere, seu ictibus. Vide Veget. cit. i. 11.

11 *Sæpe disco, Sæpe trans finem, &c.*] Robore brachiorum contendebant seu discum seu jaculum projiciendo. Du-

Quid latet, ut marinæ

Filium dicunt Thetidis sub lacrymosa Trojæ

Funera, ne virilis

15

Cultus in cædem et Lycias proriperet catervas?

*jecto illustris? cur se abscondit, quemadmodum aiunt latuisse filium Thetidis marinæ, circa luctuosum Trojæ excidium, ne viri habitus pertraheret ipsum ad stragem, et contra turmas Lyciorum?*



net. 1478. *ille expedito*.—13 In Vet. Comb. nota interrogationis ponitur post *Quid*, et colon post *catervas*.—14 *Thetidos* edidit Cuning.—15 In eadem ed. *ne viridis*; antiquissimus Bland. *ne viriles*, quod referendum ad *Lycias catervas*, non etiam ad *cultus*, metri causa.

#### NOTÆ

plex est autem ea exercitatio, artis altera, altera virium. In priori collinearur ad certum scopum. In posteriori vincebat qui longissime contorsisset; et de hac fit hic mentio. Sic Iliad. Ψ. dicitur Ajax discum ejaculatus prævalida manu, et omnium metas exsuperasse. Et Odys. Θ. Ulysses discum lapideum ultra metas aliorum longe torquet.

*Disco*] Ἀπὸ τοῦ δίσκου, *jacere*. Orbis erat ferreus, æneus, ligneus, plerumque lapideus, qui mediis loro circumnexus in auras tota vi jaciebatur: a quibusdam circumrotando: ut patet ex cit. Homeri locis. Vide Alex. ab Alex. III. 21.

*Trans finem jaculo nobilis expedito*] Frequenti nobilitatus victoria, jaculo scilicet et disco trans aliorum finem, seu *signum*, Græce σῆμα, expedito projecto.

13 *Ut marinæ Filium dicunt Thetidis, &c.*] Achillem nempe mater habitu muliebri inter Lycomedis puellas abscondisse narratur, ne ad bellum Trojanum raperetur, eo quod in fatis erat, si gloriæ bellicæ operam daret, brevi perimendum. At quia

sine eo capi Troja non potuisset, ex Calchantis responso, Ulysses detexit Achillem, et abduxit eo, quo norunt omnes, modo, propositis scilicet armis.

*Marinæ*] Thetis erat maris Nympha, Nerei filia, Achillis autem mater.

16 *In cædem et Lycias, &c.*] Adversus Trojanas copias atque exercitus. *Lycia duplex*: altera est Troadis regio, ex Homero et Strabone; altera est Cariæ finitima. Hujus quidem populi Trojanis auxilium tulerunt. Ab utra vero Trojani denominantur Lycii, arbiter esto Lector: certe dices, non ab hac, sed ab illa. Mecum igitur mirare turbam Interpretum qui fere omnes hactenus contrarium scripsere.

*Catervas*] Hic Grammatistæ vulgo moment *Catervam* militum sena milia continere, propriamque Afrorum esse, sicut *Phalanx* est Macedonum, *Legio* vero Gallorum. Sed quid ad rem? Et quid hoc juvat ad Horatii sensum hic expiscandum, ubi omnia in propatulo sunt?

ODE IX.

AD THALIARCHUM.

Horatius, dum fingit se adhuc doctrina Stoicū, adolescentes nobiles, sub ficto Thaliarchi nomine, a cogitatione Reipublicæ ad Epicuream et aulicam vitam allicit.

VIDES, ut alta stet nive candidum  
Soracte, nec jam sustineant onus  
Sylvæ laborantes, geluque  
Flumina constiterint acuto.

*Cernis, o Thaliarche, quemadmodum Soracte densis nivibus album rigescat, neque sylvæ fatiscantes ferre amplius queant pondus, et fluvii acri glacie hæserint. Arce*



Ode hæc est Libri hujus secunda in Ed. Sanad. Tres Torrentii codd. inscribunt: *Ad Taliarchum.*—1 Cuning. *stat nive.*—4 Harl. 2. et Cuning. *constiterunt.* Venett. 1490. 1498. Xyland. Fabric. Lamb. Cruq. Torrent. Heins. Steph. aliæque multæ vett. notam interrogandi habent post *acuto*; ita etiam

NOTÆ

Ode est Dicolos Tetrastrophos. Duo primi versus sunt Dactylici Alcaici Acatalecti: pes primus est Spondæus vel Iambus: secundus est Iambus semper cum Cæsura: tertius et quartus sunt Dactyli:

Vīdēs | ūt | āl | tā | stēt | nivē | cāndī-  
dūm

Tertius est Iambicus Archilochius Dimeter Hypercatalectus. Pes primus et tertius est Iambus vel Spondæus: secundus et quartus semper Iambi cum syllaba superstitite:

Sylvæ | lābō | rāntēs | gēlū | quē.  
Quartus est Dactylicus Alcaicus Acatalecticus, (vel, ut alii vocant, Pindaricus,) e duobus Dactylis, et totidem Trochæis:

Flūmīnā | cōnstītē | rint | ā | cūtō

1 *Vides ut alta, &c.*] Hypotyposis, seu descriptio accurata hyemis.

2 *Soracte*] Mons Apollini quondam sacer, de quo Virgil. *Æneid.* vii. et xi. 785. ‘Sancti custos Soractis Apollo.’ Plin. ii. 2. ‘Haud procul urbe Roma in Faliscorum agro fa-

milix sunt paucæ, quæ vocantur Hirpiæ, quæ sacrificio annuo, quod fit ad montem Soracten Apollini, super ambustam ligni struem ambulantes non aduruntur.’ Idem fere Strabo lib. v. Dictus exinde mons Divi Sylvestri, quoniam in ejus spelunca delituit sanctus ille Pontifex, dum in Christianos sæviret Maxentius. Hodie, *Monte S. Oreste* vocatur, ab adjacente oppido, in ditione Pontificia: recentioribus, *Mons sancti Oëdisti*.

*Nec jam sustineant onus Sylvæ laborantes*] Hyperbole, asperitatem frigoris, et nivium copiam exhibens. Quasi arborum fatiscant et incurventur rami sub pondere nivis et glaciei.

3 *Geluque Flumina constiterint acuto*] Quæ nempe fluere ex natura postulant, hærent jam et stant gelu contracta. *Acuto*] Sen quod frigus vehementer haud secus pungat ac ferri acies et acumen, seu quod acutæ sint glaciei crustæ.

Dissolve frigus, ligna super foco 5  
 Large reponens: atque benignius  
 Deprome quadrimum Sabina,  
 O Thaliarche, merum diota.  
 Permite Divis cetera; qui simul  
 Stravere ventos æquore fervido 10  
 Depræliantes, nec cupressi,  
 Nec veteres agitantur orni.

*vero tu frigus ligna copiose congerens ad ignem: et vinum quatuor annorum liberaliter exhibe vase Sabino. Remitte Diis reliqua: qui statim ac dejecere ventos astuante mari luctantes, nec moxentur cupressi, nec orni vetustæ. Cave percon-*

Bipont. et Wakef.—6 Cuning. conj. atque benignior.—7 Depone q. Sabina Mentel. et Harl. 1. 'Vir doctissimus Thomas Gale legere maluit Sabino. Credo, quasi a Græco διώτης. Neque dissimulandum est in vetustissimis codicibus Græviano et Reginensi, in illo præsertim, posteriorem Λ formatam videri ex o. Utcumque hoc fuerit, Græce certe διώτος vel διώτης diceretur; non διώτης nec διώτη.' Bentl. Edd. Venett. et Glarean. dyota.—8 Quidam

## NOTÆ

5 *Dissolve frigus, &c.*] Imitatio versum Alcæi, hycme potandum asse-  
rentis, apud Athen. x. 8.

7 *Sabina diota*] Vase in Sabinis fabricari solito, quod quidem utrimque ansas habet velut aurículas, *diota*, διώτη. Quadrantal dicunt, octo et quadraginta sextarios capiens. Alii vas non ita magnum hic intelligunt, sed potius in quo hauriatur vinum e dolio. Perperam nonnulli scribunt *dyota*, quasi *διτα δύο ἔχουσα, ἀμ-  
πύρα*.

8 *Thaliarche*] Nomen hoc idem sonat quod symposiarchus; *θαλίας ἕρ-  
χων*, convivio præsidens.

9 *Permite Divis cetera*] Uni vaca voluptati; ceterorum vero curam Diis relinque.

*Qui simul Stravere ventos, &c.*] Hic Stoicum agit Horatius, alibi vero sæpius Epicureum; nempe mortalia hæc et infima Diis esse curæ asserit, potentiamque et providentiam videtur stabilire, exemplo isto. Cum primum illi, inquit, ventos depræliantes retinent, quiescunt; cum se-

dari tempestates volunt, mare statim pacatur atque subsidit: adeoque tranquilla sunt omnia, ut nec orni, nec cupressi moveantur. Sic ergo et curabunt ea quæ ad homines spectant, adversa quæque et contraria in melius commutantes.

11 *Cupressi*] Pro qualibet arbore hic ponuntur, sicut et *orni*. Cato de Re Rustica cap. 42. et 151. de illis abunde. Plin. xvi. 33. 'Cupressus natu morosa, fructu supervacua, bacis torva, folio amara, odore violenta, ac ne umbra quidem gratiosa, materie rara, Diti sacra,' &c. Ex Varone, rogis adhibetur, propter gravem ustrinæ nidorem: quoniam fœtorem cadaveris, dum uritur, odoris sui jucunditate lenit. Servius ait, ideo cremandis cadaveribus convenire, quia præciso capite moritur, et subsecta non renascitur, quemadmodum e mortuis nihil speratur.

12 *Orni*] Arbores proceræ et graciles; sylvestres fraxini; montes amant, ex Plinio.

Quid sit futurum cras, fuge quærere; et  
 Quem sors dierum cumque dabit, lucro  
 Appone; nec dulces amores 15  
 Sperne, puer, neque tu choreas,  
 Donec virenti canities abest  
 Morosa. Nunc et campus, et aræa,

*tari quid cras eventurum sit: et quemlibet diem fortuna largietur, quæstui adjice. Neque vero suaves amores tu juvenis contemne, neque choreas, dum a te valido procul est senectus difficilis. Jam et Campum Martium et aræa frequenta: nec non*

ap. Jani Taliarche.—13 In fine et abest a nonnullis, ut Fran. Dess. 2. Alt. 2. et ita edidit Cuning.—14 *Quod fors conj.* Cuning. *Quem fors* Lambinus ex codd. sed Vet. Schol. et plurimi codd. cum edd. vett. habent *sors*, non *fors*. Vid. Drakenb. ad Sil. xv. 105.—15 Cuning. *neu dulcis*; Sanad. *nec dulces Camænas*.—16 ‘Displicet viro summo Julio Scaligero pronomen *tu* hic intrusum. ‘Versus,’ ait, ‘coëgisse videtur eum, ut pronomen interponeret.’ Sane a codicibus Petrensi et Galeano abest *tu*; fortasse, quod et Librariis quoque otiose positum videbatur. Cur igitur iidem Virgilio ignoscunt, qui eodem plane modo locutus est, *Æn.* v. 456.’ Bentl. ‘In illo *tu* singularis est elegantia, sed ea Græcæ Latinæque linguæ prorsus propria.’ Jani. Wetzel. interpungit: *nec d. a. s. p. n. t. choreas*; *D. v. c. a. Morosa. Nunc, &c.*—18 Dr. Byrom. *cantus et oleu.* cf. Anal. Gr. I. 162. Epod. XIII. 17. et II. Epist. 2. 56.—

NOTÆ

13 *Quid sit futurum cras, fuge quærere*] Sive ex naturæ sibi timentis sollicitudine, sive ex curiosa futurorum investigatione per Genethliacos, noli te discruciare. Nam Mathematici plus torquent quam juvant: et hoc Deos offendit, qui notitiam hanc sibi reservarunt. Favorinus, apud Gellium IV. 1. ‘Aut adversa prædicunt Genethliaci, aut prospera. Si prospera, et fallunt, miser fies, frustra expectando. Si adversa, et mentiuntur, miser fies frustra timendo,’ &c. Vide Not. ad Od. II. seqq.

14 *Quem sors dierum cumque, &c.*] Pro lucro habe singulos qui tibi conceduntur vitæ dies: ac velut lucrum lucro appone quotquot jam ante concessis adduntur. Cum enim ‘morti debeamus,’ ut ait ad Pisones, quot dies vivimus, et quot fors, seu Deorum voluntas dat, totidem ei velut eripiuntur, nobis vero quasi lucrum accedunt. Cic. ad Fam. IX. 17. ‘De

lucro jam quadriennium vivimus: Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.’


15 *Nec dulces amores Sperne, puer, &c.*] Dum juvenis es, juveniles exercitationes et oblectationes ne omitte; antequam veniat senectus, quæ his omnibus finem imponit.

18 *Morosa*] Cic. de Senectute, n. 64. et seq. ‘Morosi, anxii, iracundi, et difficiles senes sunt. Morositas illa tamen excusationis habet aliquid . . . . . contemni se putant, despici, illudi. Præterea in fragili corpore odiosa omnis offensio est.’ Et paulo post: ‘Quarta restat ratio, quæ maxime angere ac sollicitam habere nostram ætatem videtur: appropinquatio mortis, quæ certe a senectute non potest longe abesse,’ &c.

*Campus*] Exercitationes juventuti idoneas in Campo Martio celebrari solitas frequenta. De illis vide Not. ad Od. 8. supra.

Lenesque sub noctem susurri  
 Composita repetantur hora :  
 Nunc et latentis proditor intimo  
 Gratus puellæ risus ab angulo,  
 Pignusque dereptum lacertis  
 Aut digito male pertinaci.

*secretas ad noctem condicta hora confabulationes. Jam quoque revocetur jucundus adolescentulæ cachinnus ab angulo secreto absconditam indicans: atque pignus deductum brachiis, vel digito parum tenaci.*



19 Alt. 2. *Levesque sub noctem.*—21 *Nunc et latenti* Alt. 1. ap. Jani.—23 Harl. 1. 2. 3. 4. 6. cum aliis multis codd. Ed. pr. Venett. Mediol. Vet. Comb. &c. *direptum*; Lamb. Torrent. Cruq. Heins. Benti. Cuning. Baxt. Sanad. alii ex optimis codd. *dereptum*. Franeq. ap. Jani: *direptum a lacerto aut A digito*. Vide Nic. Heins. ad Ovid. Met. III. 52.

#### NOTÆ

*Area*] Loca vacua ædificiis, adeoque ad exercendos juvenes destinata. *Campus* est ampla terræ planities; *area* vero est paulo magis angusta. *Valla*. Vitruv. I. 7.

19 *Lenesque sub noctem susurri*] Colloquia clam et summissa voce cum amica, quæ blanditias et murmura nuncupat Ovidius.

21 *Nunc et latentis, &c.*] Ludos amatorios Horatius exprimit, in quibus lascivæ puellæ latebras petunt, et se cupiunt tamen intelligi, &c. Virgil. Eclog. III. 64. 'Malo me Galatea petit lasciva puella; Et fugit ad salices, et se cupit ante videri.' Maximianus Eleg. I. vs. 66. 'Erubuit vultus ipsa puella meos. Et nunc subridens latebras fugitiva petebat: Non tamen effugiens, tota latere volens: Sed magis ex aliqua cupiebat parte videri; Lætior hoc multo, quod male tecta foret.'

23 *Pignusque dereptum, &c.*] *Pignus*, armilla, chirotheca, annulus, &c. *Dereptum*, vel ab amatore, vel a puella. Potest enim intelligi hæc abstulisse quidpiam ab illo, ut redeundi locum det repetituro; vel ab hac ille, ut referendi, atque iterum conveniendi ansam arripiat.

*Dereptum*] Male quidam, *direptum*. Nam 'diripere' est discernere et lacerare: quod hic non convenit. At 'deripere' est movere et rapere de loco. Virgil. Georg. II. 242. 'Colaque prelorum fumosis deripe tectis.' Æneid. I. 215. 'Tergora deripiunt costis.' Cicer. Verr. IV. 'Victoriam deripere, et Deam Deæ detrahare conatus es.'

24 *Male pertinaci*] Qui simulet retinere velle quod sibi adimi gaudet, maxime, ut repetendi occasio detur rursusque comessandi.



## ODE X.

## AD MERCURIUM.

Mercurio Deo suo tutelari, (Vid. II. Od. 17. 29.) ex imitatione Alcæi,  
Hymnum canit.

MERCURI, facunde nepos Atlantis,  
Qui feros cultus hominum recentum

*O diserte Mercuri, Atlantis nepos, qui hominum novorum agrestes mores sermone*



Ode duodecima Libri primi in Ed. Sanadoni. Tres codd. Torrentii talem Epigraphen habent, *Hymnus Mercurio*, illo probante. Alii codd. ap. Jan. *In Mercurium*, vel, *De Mercurii Laudibus*.—1 *Mercuri facunde, nepos, &c.* Zarot. Venett. 1477. 1478. 1479. Mediol. 1486. Flor. 1482. aliæ. Edd. omnes post Benth. interpungunt post *Mercuri*, et sic Juvenc. et Juncker. et conj. Munccker. ad Mythogr. Lat. P. 2. p. 315.—2 *Qui feros mores hominum priorum*

## NOTÆ

Metrum idem quod supra Od. 2.

1 *Mercuri, facunde*] Hymnum hunc tanti facit Lilius Gyraldus, ut non modo legendum, sed ediscendum censeat. Quædam tamen reprehendit Scaliger suo more. In eo Mercurium celebrat Horatius, ut scribunt aliqui, quoniam ejus ope civilis tumultus pericula evasisset. Imitatio est Alcæi. Laudatio petitur a quatuor præcipue locis: a genere; versu 1. a rebus inventis; vs. 4. 6. 7. a rebus gestis; vs. 2. 13. ab officio et auctoritate; vs. 5. 17. &c.

*Mercuri*] Quasi medicurrius, seu medius currens dictus est, tanquam internuntius Deos inter et homines. Festus a mercibus originem trahit, quia negotiationibus præest Mercurius. Uni Mercurio tribuuntur vulgo quæ plurimum sunt. Tres alii, alii quinque memorant, aut plures etiam Mercurios.

*Facunde*] Est enim Eloquentiæ Deus, et Orationis inventor. Hinc et Lystrenses, viso signo per Barna-

bam et Paulum facto, velut Diis sacrificare voluerunt; atque illum quasi Jovem reveriti sunt, hunc vero sicut Mercurium, 'quoniam ipse erat dux verbi.' Act. Apost. cap. XIV.

*Nepos Atlantis*] Scilicet natus Maia filia Atlantis, qui Manritaniæ Rex, et Astrologiæ inventor, inde cælos humeris sustinere dictus. S. August. refert tempore quo Moses natus est floruisse Atlantem Astrologum, Promethei Physici fratrem, maternum autem avum majoris Mercurii, cujus nepos fuerit Mercurius ille Trismegistus.

2 *Qui feros cultus, &c.*] Quod Orphæo in Epist. ad Pisones, versu 391. hoc idem Mercurio tribuit hic; scilicet a victu agresti homines recens terra editos (ut fabulantur) ad cultiorem traduxisse faciendiæ vi, et orationis suavitate. Vide Cic. de Orat. I. et de Invent. I. *Feros cultus*] S. August. de Civit. ait, feram nullam immaniorem esse homine, si suis affectibus relinquatur.

Voce formasti catus, et decoræ

More palæstræ :

Te canam, magni Jovis et Deorum

5

Nuntium, curvæque lyræ parentem,

*fixisti doctus, et ritu pulchræ palæstræ: te celebrabo summi Jovis aliorumque Deorum interpretem, atque inventorem citharæ incurvæ; nec non solertem clam*

//////////

Barth. ad Stat. Theb. iv. 229 *Qui feros catus conj. With.—3 Idem interpungit, Voce formasti, catus et, &c. Cuning. decore.—4 Scaliger legendum contendit, Lege palæstræ; alii ex Auson. Arte palæstræ; Dan. Heinsius, decoro humore palæstræ, quod damnant Faber et Bentleius.—5 Alt. 2. mag-*

#### NOTÆ

3 *Voce formasti*] Nempe Orationis inventor pariter et Musices. *Catus*] Vocem hanc Sabinam esse, et acutum significare, auctor est Varro, de Ling. Lat. lib. vi. Cic. de Legibus lib. i. ‘Prudens, et, ut ita dicam, catus.’ de Orat. i. n. 198. ‘Egregie cordatus homo catus Ælius Sextus.’

*Decoræ More palæstræ*] In tribus his vocibus tria carpit Scaliger. Primo scribendum fuisse, *Lege*, non, *More*, contendit. Sed quæ auctoritas? Deinde sono se rhythmo offendi, ait. Verum quot ejusmodi locutiones Tullius ipse non scripsisse modo, sed amasse reperiatur? Postea epitheton *decoræ* velut parum conveniens notat. Atenim palæstra duplex est: rudis altera et sine arte, qua solent se rustici exercere, qualitercumque se agitando ac decertando. Hanc describit Virgil. Georg. ii. 532. ‘Corporaque agresti nudant prædura palæstra.’ Altera est artificiosa, et ‘decora’ sane, quæ partes corporis singulas format ad decorem; et decentem actionem præceptis et exercitatione fingit. Tullius de Oratore: ‘Numerus quamdam veluti palæstram orationi et extrema lineamenta confert.’ Et postea: ‘Ut athletas videmus nihil aut vitando, aut petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palæstram quamdam; ut quic-

quid in rebus fiat utiliter ad pugnam, idem ad aspectum etiam sit venustum: sic oratio nec plagam gravem facit, nisi petitio fuerit apta, nec satis recte declinat impetum, nisi etiam in cedendo quid deceat intelligit.’ Quintil. i. 11. Palæstricis vacandum ceuset: ‘Quibus gestus motusque formantur, . . . . ne indoctæ, rusticæve manus: ne status indecorus,’ &c.

*More palæstræ*] Sunt qui intelligant Mercurium ita recentes homines formasse ad humaniorem cultum, atque artes, ut formari solent in Academia modo et palæstra. At aliis videtur Horatius respexisse ad ea quæ a Mercurio traduntur inventa; his autem accensetur palæstra, Græcè πάλη; gymnica exercitatio nimirum, seu luctatio, qua nudi unctique exercebantur, valetudinis quidem tuendæ causa, tum vero roboris etiam et agilitatis et artis acquirendæ.

5 *Jovis et Deorum Nuntium*] Hesiodo ἀθανάτων κήρυκα, præconem immortalium; Orpheo: Διὸς ἄγγελον, Jovis nuntium; Homer. Hymn. in Mercur. vs. 3. Ἄγγελον ἀθανάτων ἐριούριον, ὃν τέκε Μαῖα. Nuntium immortalium perquam utilem, quem peperit Maia. Virg. Æn. iv. 356. ‘Interpres Divum Jove missus ab alto celeres mandata per auras Detulit.’

Callidum, quicquid placuit, jocosum  
 Condere furto.  
 Te, boves olim nisi reddidisses

*surripere joci gratia quodcumque libuit. Te puerum quondam cum verbis minacibus*

NOTÆ

6 *Curvæque lyræ parentem*] Mercurii inventum esse lyram constat, quam tamen Apollini tribuunt aliquando, quoniam hanc ei concessit Mercurius, ut infra dicemus ad vocem, 'virga.' Sic autem inventa fertur. Post inundationem Nili testudinem reperit mortuam, exesa etiam tractu temporis carne: nervi autem qui superstitēs erant tensi, cum digitis essent pulsī, sonum aliquem reddiderunt. Itaque ad ejus similitudinem lyram construxit Mercurius, quæ exinde testudo vocata est. Aliter paulo alii rem afferunt, aiuntque testudinem vocatam a testa istius animalis, ut mox fusius explicabo.

*Lyræ*] Lyram cum cithara confundunt Grammatici vulgo, ipseque Eustathius, qui ait, 'chelyn citharam dictam esse, quod testudinis testa jugo addita, fidibusque tensa, lyram deformavit:' et rursus: 'chelyn id est lyram e testudinis testa factam.' Quod porro inter illas discrimen, vix statuas: quanquam fuisse non est dubitandum. Diodorus trichordon lyram extitisse auctor est: at Horatius citharam seu testudinem septem nervis tensam et instructam scribit, imitatione Pindari, qui *ἐπτάγλωσσον φέρμιγγα*, id est, *septenos edentem sonos*, ait. S. Hieron. scribit, 'citharam effici in modum literæ Δ. cum chordis viginti quatuor, et per digitos variis vocibus, tinnulisque ictibus in diversis modis concitari.' Hoc autem observare licet, dici chelyn seu testudinem et citharam digitis aut pectine pulsari: Seneca, 'chelyn plectro verberari,' ait. Lucanus: 'Seu

chelyn digitis et eburno verberare pulsas.' At lyra pelli dicebatur: idem ibidem: 'Nec pudeat pepulisse lyram.' Ovid. Met. x. 205. 'Te lyra pulsa manū, te carmina nostra sonabunt.' Cruquius ita in hunc locum scribit, ex idiomate Italico, Alemanico, Flandrico, Gallico, lyra suum adhuc nomen habet integrum. Ea nimirum est, qua mendici vicatim stipem quæritare notum est; nam et incurva est, et *δελτωτοῦ* formam refert propius intuenti. Cithara vero testudo vocata a forma testæ ejus animalis, &c.

7 *Callidum, quicquid placuit, &c.*] Clam, ingeniose, jocosè, furandi magistrum. Duplex nimirum est furti species, seu furandi ars. Una seria, improba, injuriosa, legibus vetita: et de hac non est mentio. At altera est oblectationis, joci, et industriæ ludicræ, in qua excellit Mercurius. Hinc et Lycurgus, ad acuendos furandi solertia Spartanorum animos, impunita esse furta sanxerat. Philostrat. Imagin. lib. 1. furta Mercurii jocosa vocat *ἡδέας κλοπὰς*. Fulgentius ideo negotiatoribus præesse dicit Mercurium, quod illi vix a furto immunes sint. Alii volunt designari vim orationis, quæ sensim animos captat ac rapit. Huc etiam ab aliis refertur Magiæ ac præstigiiorum inventio, quæ tribuitur Mercurio: ars nempe sic astantium oculos præstringendi, ut dolū non advertant coram ipsis perpetratum.

9 *Te, boves olim, &c.*] Calliditatem Mercurii, et peritiam jocosè furandi probat. Hæc autem est historia, seu

Per dolum amotas, puerum minaci  
 Voce dum terret, viduus pharetra  
 Risit Apollo.  
 Quin et Atridas, duce te, superbos  
 Ilio dives Priamus relicto,

*Apollo territaret, nisi vacas per fraudem abactas restitueres, risit ipse advertens se pharetra quoque spoliatum. Quin etiam Priamus opulentus, Troja discedens,*



*num, ut et al. ap. Jani. Jovis ac Deorum Cuning.—14 Negat Scaliger epithetum dives hic Priamo convenire, et mæstus, inquit, vel infelix malim. relicta conj. Cuning. et id recepit Sanad. ‘Frustra; nam quanquam iv. Od. 9. 18. est femininum, aliis locis tamen est neutrum, ut III. Od. 17. 4. et iv. Od.*

#### NOTÆ

fabula: Cum Apollo ob Cyclopas interfectos divinitate aliquamdiu privatus esset, atque interim Admeti Thessaliæ Regis armenta pasceret, boves aliquot exerrantes et longius progressas abegit Mercurius et occuluit. Ille vero hunc pueri forma indutum quasi bubulcum furacem aggressus mortem minatur, nisi abacta pecora restituat: ac telum proferre volens, quasi percussurus, vacuum sensit pharetram, vel hanc quoque sibi subreptam. Tum denique Apollo, Mercurii subtilem in furando industriam demiratus, risum tenere non potuit, ‘iracundiam voluptate superante,’ ut ait Philostrat. Imagin. lib. 1. ubi fabulam hanc egregie expressit. Vide Homer. Hymn. in Mercur. Ovid. Met. 11. 685. et Not. infra ad vocem ‘virga.’

11 *Viduus pharetra*] Infra 11. Od. 9. ‘Et follis viduantur orni.’ Virg. Æn. viii. 571. ‘Vidnasset civibus urbem.’ Quem in locum Servius landat Virgilium tanquam proprie locutum: Horatium vero carpit et vellicat tanquam hic male scripserit ‘viduum Apollinem.’ Sed o puerilem astutiam!

13 *Quin et Atridas, &c.*] Præclare et benigne a Mercurio facta jam ostendit. Nimirum ex Homer. Iliad. ult. Mercurius a Jove missus præbet se ducem Priamo Hectoris interfecti corpus redemptum pergenti: eumque per media hostium castra ad Achillem usque sic deducit, ut nec tentus a quoquam, immo nec visus fuerit.

*Atridas*] Agamemnonem et Menelaum Atrei filios, Græci exercitus Imperatores.

14 *Dives Priamus*] Et in hunc locum Scaliger stylum acuit et vibrat: ‘An dives,’ inquit, ‘ille qui miserri- mus, orbis liberis, regno spoliatus, quique adeo mœrens potius et inops?’ Scilicet non meminerat quod legitur Iliad. ult. copiosa sane et pretiosa munera ad Achillem delata a Priamo Trojam deserente; atque, ut est ibid. ‘infinita dona e thalamo in currum exportata ad Hectorem redimendum:’ quæ etiam ibi recensentur: ‘doodecim lænas, totidem tapetas, totidemque pallia eximia, item et sagula: auri vero talenta decem: duos insuper tripodas ardentis, lebetes quatuor; poculum denique conspicuum, quod Thraces donarant.’

Thessalosque ignes, et iniqua Trojæ 15  
 Castra fefellit.  
 Tu pias lætis animas reponis  
 Sedibus, virgaque levem coërces

*ducente te latuit arrogantibus Atridis, excubiis Thessalorum, et castris Trojæ infestis. Tu animas bonorum beatis sedibus collocas: atque aurea virga catervam*

4. 53.' Zeun.—15 *Thessalo supplex conj.* With.—17 Harl. 1. *animas lætis.*

## NOTÆ

~ 15 *Thessalosque ignes*] Nocturnas Thessalorum sive Græcorum excubias circa tentorium Achillis collocatas. Synecdoc. Nam et Thessali Græciæ populi, et ipse Achilles Thessalus erat. Homeri Scholiastes ad Iliad. Σ. 'nocturnum signum castrense, ignis; diurnum, fumus,' inquit.

*Iniqua Trojæ Castra fefellit*] Castra nempe Græcorum Trojæ hostium occulte ingressus, et ad usque tentorium Achillis sic penetravit Priamus, duce Mercurio, ut vigilum nemo senserit, nemo interceperit, aut prohibuerit. Qua vero id ratione factum sit, explicat Homerus, ubi ait: 'Cum ad turres navium et fossam venissent, custodes quidem e cœna laborabant: his vero Mercurius somnum injecit.'

17 *Tu pias lætis, &c.*] Jam præstans Mercurii officium et insignis auctoritas declaratur. Videlicet priscis illis existimatum, animas corporibus excedentes a Mercurio suscipi, atque vel ad Campos Elysios seu beatas sedes perduci, vel ad Inferos. Unde *dispensator ac deductor animarum* dictus est ille. Quod munus tamen Plutoni assignat Pindarus Olymp. Od. 1x.

18 *Virgaque levem coërces, &c.*] Caduceo domas, regis, deducis animas spiritales corporeæ molis expertes, adeoque *leves* et agiles: separasque alias ab aliis pro tua auctoritate at-

que ex officio, secundum variam bene vel male factorum ac meritorum rationem: has quidem ad Tartarea supplicia, illas autem ad sedes lætas ac fortunatas. Homer. Odys. ult. Virgil. Æneid. iv. 242. 'Tum virgam capit: hac animas ille evocat Orco Pallentes; alias sub tristia Tartara mittit: Dat somnos, adimitque, et lumina morte resignat.' *Coërces*] Hoc referunt aliqui ad eloquentiæ vim, qua sedantur et coërcentur homines concitati, et inertes e contrario ignavique incitantur.

*Virga*] Hanc ab Apolline Mercurius acceperat, concessa vicissim lyra: postquam enim boves, ut ante dictum, hic furatus esset, ita demum convenerunt, eaque lege et conditione venia est data Mercurio, ut lyrae inventor Apollo diceretur. Huc pertinet quod Homeri Pindarique Schol. aiunt, *λύραν* quasi *λύτραν* dictam esse, quod ea se Mercurius ab irato Apolline redemerit. Ergo mirifica illa instructus virga, profectus in Arcadiam Mercurius pugnantes duos cum Dracones reperisset, hac inter eos projecta prælium diremit. Exindeque pacis conciliatricem virgam appellarunt: eique dno circumvolanti serpentes additi sunt. Hygin. lib. II. Hinc etiam legati pacis caduceatores vocantur, quia ejusmodi caduceo insignes procedunt. Tit. Liv. Denique virga illa auctoritatem ac

Aurea turbam, superis Deorum  
Gratus et imis.

*exilem summoveo, superis æque Numinibus ac inferis gratusus.*

## NOTÆ

dicendi vim denotat: circumplexi ve- quippe hæc illius individua comes  
ro serpentes indicant prudentiam: esse debet.

## ODE XI.

## AD LEUCONOEN.

Sub nomine Leuconoës nobiles Romanas a Matthesi deterret. (h. e. ab artibus divinatoriis. *Gesn.*)

TU ne quæsieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi

*Tu ne cupiveris nosse (nec enim licet) quem mihi, quem tibi, Leuconoë, concesserit*

//////////

Hæc Ode septima est Libri secundi in Ed. Sanadoni. Tres codd. Torrentii inscribunt: *Ad Leuconoën meretricem genesis per Mathematicos inquirentem.*— 1 Valde turbati versus et numeri hujus Odæ in Flor. 1482. sed nihil mutat Gott. *Tu ne quæsieris scire, nefas, quem, &c.* distinguunt Blandd. et Mart. Cruqu. Pulm. 1. Ald. Lamb. Torr. Fabric. Fab. Heins. &c. sed: *Tu ne quæsieris, scire nefas, quem, &c.* meliores, item editt. vett. Venetæ, Ascens. Locher. et sic Landin. Muret. Rutg. Bentl. Cun. San. 'Est exquisitius quæsieris quam quæsieris scire.' Jani. Ald. et G. Fabric. *Tu ne quæsieris scire (nefas!) quem, &c.* quibus assentitur Klotz. Vid. Burm. ad Ovid. Fast. 1.

## NOTÆ

Ode hæc est Monocolos. Versus nempe omnes sunt Choriambi- ci Alcaici Pentametri Acatalecti, constantque Spondæo, tribus Choriambis, et Pyrrichio, vel Iambo; sic: Tū nē | quæsieris | scire nefas | quem mihi quem | tibi

1 *Tu ne quæsieris*] Oden hanc velut indignam Horatio notat Scaliger. Quam vero ob rationem ego nescio; nec, ut opinor, ipse scivit, qui nullam profert. Horatius Leuconoën Mathematicis prædictionibus plus æquo addictam hortatur, ut relinquat Diis futurorum curam, ipsa vero præsentibus utatur.

*Scire nefas*] Has alii separant voces, alii parenthesi includunt utramque. Perinde est. Quod si cui vi-

detur nimis abscissa interpositio (*nefas*), meminerit frequentes legi tam contractas apud optimos auctores. Terent. 'Quid tua (malum) id refert?' Cic. in Verrem. 'Quæ (malum) ista fuit amentia?' de Off. lib. 11. 'Quæ te (malum) ratio in istam spem induxit?'

*Quem mihi, quem tibi Finem Di dederint*] Ne scire desiderata quod nefas; ne affecta quod sibi reservarunt Dii, futuri nempe cognitionem. Cic. ad Familiar. vi. 4. 'Equidem mihi omnia propono: nec ullum est tantum malum, quod non putem impendere. Sed cum plus in metuendo mali sit, quam in illo ipso quod timetur, desino: præsertim cum id impendeat, in quo non modo dolor nullus, verum

Finem Di dederint, Leuconoë; nec Babylonios  
Tentaris numeros. Ut melius, quicquid erit, pati!  
Seu plures hyemes, seu tribuit Jupiter ultimam,

*rint Numina terminum vitæ. Neque experiare Chaldaicos calculos: ut satius tollerare quodcumque acciderit: sive multas hyemes Jupiter largiatur, sive postremam*

329. et Met. II. 57.—2 *Di dederunt* codex Bentleii. *Leucothoë* Mart. Cruq. et quidam ap. Glarean. item Ald. Venet. 1491. et Locher. *neu Babylonios* Cuning. et San.—3 *Temptaris* tres codd. Bersmanni. *Sit melius* Crusius, et Best. de Rat. Emend. 18. p. 199. *At melius* Burm. ad Sueton. Vesp. 33. *Utilius* conj. With. Nonnulli comma ponunt post *pati*; Muretus aliique notam

NOTÆ

finis etiam doloris futurus sit.' Seneca vero sic paucis vanas eas sollicitudines perstringit: 'Quod times aut futurum est, aut secus. Si secus: frustra vexaris. Si venturum est; tum satis dolebis tandem, cum affuerit tribulatio.'

2 *Leuconoë*] Alii legunt *Leucothoë*. Fictum nomen est a Poëta. Ludunt aliqui in etymologia nominis istius, et quidem operam ludunt. Fuit olim Leuconoë filia Lycambis, quam Archilochus acerbis conviciis ad suspendium adigit.

*Nec Babylonios Tentaris numeros*] Ne Mathematicos adi, et consule, neve iis crede: sunt enim fallaces. Quod q idem probant egregie tum historiæ passim, cum ratio. Vide Cic. I. et II. de Divin. Item de Fato. Item III. de Nat. Deor. A. Gell. XIV. 1. ubi refutat eos qui curiosius auscultant Genethliacis, futura dicturos per artes prodigiosas spondentibus. S. Ang. de Civ. Dei, &c. Tacitus lib. XVII. Mathematicos appellat 'genus hominum potentibus infidum, sperantibus fallax.' Cic. I. de Divin. 'contemnamus Babylonios, qui e Caucaso signa cæli servantes numeros et motibus stellarum cursus persequuntur.' Juvenal. Sat. VI. a versu 550. ad 590. Ejusmodi studium in mulieribus præsertim, graviter inæctatur.

*Delph. et Var. Clus.*

*Babylonios*] In Babylonia templum erat Beli Sideralis Scientiæ inventoris, ex Plin. VI. 26. Babylonii, seu Chaldæi Babyloniæ incolentes Astrologiæ peritissimi erant, ex Cic. de Divin. Diodor. Sicul. Gell. I. 9. Q. Curt. lib. V.

*Babylonios numeros*] Certe necessaria valde numerorum cognitio et praxis accurata, ad dimensionem horoscopi, aspectumque ad alia sidera planetasque diligenter inquirendum. Hinc Arithmetica sæpe usurpatur pro Astrologia, ut vocant, Judiciaria. Lactant. 'Arithmetici, quos Mathematicos dicimus, quorum in numeris est tota doctrina,' &c. Anson. 'Tu Cæli numeros, et conscia sidera fati Callebas.'

*Ut melius, quicquid erit, pati*] Quanta hic apud Interpretes dissensio? Alii jungunt ista cum voce, *sapius*; quæ vero intermedia sunt, parenthesi includunt. Alii sensum finiunt voce *pati*; explicantque sic: cum melius sit, vel tanquam melius sit pati constanter quicquid evenerit, quam animum distorquere, anxie quæ sint eventura inquirendo. Alii, *ut melius* interpretantur: Quam, vel quanto melius a quo animo ferre quicquid acciderit!

4 *Seu plures hyemes, &c.*] Gratis profecto se discredant aliqui, ut ostendant vocem, *hyemes*, priori loco poni

*Horat.*

H

Quæ nunc oppositis debilitat pumicibus mare 5  
Tyrrenum. Sapias, vina liques, et spatio brevi

det hanc, quæ modo Etruscum pelagus frangit objectis rupibus. Sapiens sis, vina

\*\*\*\*\*

interrogandi.—5 *Qui nunc*, ut ad Jovem pertineat, Bland. quatuor, impro-  
bante Jani.—6 *Pro Sapias* With. conj. *Incipias*. Harl. 5. *vina bibes*.—7 Sa-

#### NOTÆ

pro toto anno: posteriori vero pro tempestate hyemali: quandoquidem satis patet, quid velit Horatius.

5 *Quæ nunc oppositis, &c.*] Synecd. id est, qua fluctus Tyrreni maris hyeme, ut fit, procellis agitati ad rupes alliduntur, debilitantur, franguntur. Quidam legunt *Qui*, et referunt ad vocem, *Jupiter*. Sed vulgata lectio præferenda videtur doctissimis.

*Pumicibus*] *Pumex* lapis est spongiosus, asper, foramine multiplici pertusus, cavus, cavernosus: unde ab Ovid. 'multicavus,' a Virgil. *Æneid.* v. 214. et xii. 587. 'latebrosus' dicitur. De isto lapidum genere Plin. xxxvi. 21.

*Mare Tyrrenum*] *Thuscum*, *Inferum*, quod pars est maris Mediterranei: id vero nominis ei dedit Tyrrenus Atyos Lydiæ Regis filius, postquam ad vicinas terras cum colonia appulisset, Tusciam nempe, ibique sedem fixisset.

6 *Sapias*] Explicant nonnulli: Si sapias, scilicet utere vita, genio indulge, vina bibe quam optima, liquata, &c. Priscian. xviii. 3.

*Vina liques*] Vel simpliciter, vina bibas, ac veluti per guttur coles. Vel potius, hilaritatis causa satage ut pares tibi vina sacco percolata, defæcata, dulcia sic effecta, adeoque naturæ et palato muliebri accommodatiora. Veteres nempe inustum, priusquam ferbuisset, per saccum toties colabant, ut defæcarentur: atque sic adempta, quæ vini vim alit augetque, fæce, liquidius, imbecillius, at lenius,

dulcius reddebant vinum, potiusque jucundius. Hinc vocatur Theophrast. vi. 24. ἡθικόν, *castratum*, quod nempe sparteis est saccis colatum. Cæli Rhodig. xxviii. 26. 'Ennuchum et effeminatum,' ex Plutarcho mox citando, 'quia percolatio illa vini nervos excidit, ac genuinum restinguit calorem: mollius autem facit ad gulæ curiositatem: hoc veluti sophismate invento et excogitato, ut perdendo nati vino plurimum valeant inurgitare.' Plin. xiv. 22. 'Ut plus capiamus vini, sacco frangimus vires: et alia irritamenta excogitantur.' xix. 4. 'Ferendum sane fuerit. . . inveterari vina, saccisque castrari:' al. *castigari*. xxiii. 1. 'Utilissimum vinum omnibus sacco viribus fractis.' Plutarcho. Sympos. sive Convival. Quæst. vi. 7. ait: 'Exolescere vinum, cum tam crebro diffunditur, esseque ad bibacitatem commentum ejusmodi percolationem: detrahi vino firmitatem relicto blandimento, vi illa quæ mentem sollicitat et infestat ejecta et exclusa; ipsum vero jucundius effici: neque sicut a ferro acumine decusso; sed potius velut rubigine et sordibus deteresis. Quippe defæcatio illa vini vim, quæ caput tentat, detrahit atque ad statum redigit mitem et salubrem.'

*Spatio brevi Spem longam reseces*] Quanto brevius est vitæ nostræ spatium, tanto resevandæ spes longæ: minus expectandum, minus fidendum futuro; neque adeo differendum carere præseutes lætandi occasiones.



Spem longam reseces. Dum loquimur, fugerit invida  
Ætas; carpe diem, quam minimum credula postero.

*fundus, ac limite angusto spem longam rescindas. En, dum fabulamur, ævum præterit invidum. Ergo diem hodiernam, sequenti minime confisa, arripe.*

//////////

nadon. dum loquimur (fugerit invida Ætas) carpe diem, improbante Jani. diffugit invida Ald. Rutgers. et unus Bersmanni codex, quod placet Fabricio.

#### NOTÆ

Ode iv. supra: 'Vitæ summa brevis spem nos vetat inchoare longam.'

7 *Dum loquimur, fugerit invida Ætas*] Legunt alii, *diffugit. Invida ætas*] Dum enim sic elabitur et nos quasi fugit, nobis videtur invidere usuram præsentis temporis. Juvenal. Sat. ix. 126. 'festinat enim decurrere velox Flosculus angustæ, miseræque brevissima vitæ Portio: dum bibimus, dum certa, unguenta, puellas Poscimus, obrepit non intellecta senectus.' Pers. Sat. v. 153. 'Vive memor leti: fugit hora. Hoc quod loquor inde est.'

8 *Carpe diem*] Utere præsentis tempore, in diem vive, fruere deliciis et voluptatibus, dum licet, et dum vita stat, nihilque tibi pollicere de futuro. Epicurea cohortatio, ut notant

vulgo, quæ quidem frequens passim apud Horatium. Vide Sapiens. cap. 2. ubi sic impii loquuntur: 'Fruamur bonis quæ sunt, tanquam in juventute celeriter: pretioso vino et unguentis nos impleamus: non prætereant nos flos temporis: coronemur rosis, antequam marcescant.' Martial. 'fugitivaque gaudia carpe.' Pers. mox cit. loco: 'carpamus dulcia.' Multo vero sapientius Seneca ad Lucil. Epist. 62. 'Id ago, ut mihi instar totius vitæ sit dies quisque. Nec me hercule tanquam ultimum rapio: sed illum sic aspicio, tanquam esse vel ultimus possit. Ante senectutem curavi, ut bene viverem: in senectute, ut bene morerer: bene autem mori, est libenter mori.'

### ODE XII.

#### AD AUGUSTUM.

Poëta, dum ancipitem se fingit quem Deum præcipue canat, dumque omnes per Oratoriam παράλειψιν (ut loquitur Vetus Scholiastes) carmine celebrat, Augusti tamen laudes (secundum Jovem) ceteris præponit. Atque in hac gratificatur Augusto, qui (auctore Suetonio cap. 31.) 'proximum a Diis immortalibus honorem memoriæ ducum præstitit, qui imperium P. R. ex minimo maximum reddidissent. Itaque et opera cujusque manentibus titulis restituit, et statuas omnium triumphali effigie in utraque fori sui porticu dedicavit.'

#### QUEM virum aut heroa lyra vel acri

*O Clio, quem virum, aut heroam, quem Deum suscipies laudare cithara, vel acuta*

//////////

Hæc Ode vigesima est Libri tertii in Ed. Sanad. Antiqui codd. Torrentii;

Tibia sumis celebrare, Clio ?  
 Quem Deum? cujus recinet jocosam  
 Nomen imago,

*fistula? Eccujus laudes resonabit similitudo ludicra, seu in regione umbrifera Heli-*



*Hymnus de Laudibus Deorum atque Hominum; alii: De Laudibus plurium et Augusti maxime; Torrent. De Augusti laudibus.—2 Leid. Græv. antiquiss. Bland. ap. Cruq. plures Lambini, Mentel. Pulm. 4. Regin. pro v. l. cum edd. Lamb. Cruq. Torrent. Heins. Steph. Fab. Dacer. sumes; omnes Harl. Acron, Porph. Pulm. 1. 2. 3. omnes Torrent. plurimi Bentl. quidam Lamb. Dess. Brod. Venett. 1477. 1478. 1479. Flor. 1482. Ascens. Locher. Fabr. Bentl. Baxt. Cun. San. Bipont. Wetzcl. Wakef. et Kidd. sumis.—3 Harl. 4. retinet; Pulm. 1. 2. quidam Torrent. Alt. 1. Lips. duo, Gott. Venett. 1490. 1492. Ascens. et Baxt. recinuit; Lips. 1. a m. pr. Fabric. Erasm. Vascos. Bened. et Philol. recinuit; Cuning. conj. resonet; sed recinet habent Urs. Torn. Lamb. Pulm. 2. 4. unus Torrent. antiquiss. Bland. Cruq. Mentel. Locher.*

NOTÆ

Metrum idem quod supra Ode II.

1 *Quem Virum*] Plena est artis et elegantiarum hæc Ode: artis quidem eo plus habet, quo apparet minus. Elegantias autem, lepores, ac venerationes affatim agglomerat. Figuris lucret, varietate distinguitur, rerum atque verborum copia et pulchritudine dives est: mira insuper suavitate conditur. Fingit Horatius æstro se correptum poëtico, dignum ardori huic divino argumentum quærere. Hinc Augusti grave texit elogium ex conglobata veluti artificiosa comparatione. Quanquam enim Diis, Semideis, ac viris illustribus suas laudes non negat, collineat tamen ac recidit eo tandem, ut Augustum quasi Jovem alterum constituat. Simile adulationis genus in eundem Augustum habet Virgilius Georgic. initio, et in fine libri primi. Huc etiam facit quod ex Dione lib. LI. afferunt; nimirum post Actiacam victoriam, decretum a Senatu fuisse, ut in Hymnis solennibus Augusti mentio fieret honorifica, perinde ac Deorum immortalium. Est igitur Hymnus hic de genere eorum, qui diebus festis ac profestis cani solebant inter epulas,

ad tibiam lyramve, teste Horatio IV. Ode 15. Vide ibi Not.

*Quem virum, aut heroa, &c.*] Contra Pindarus Olymp. Od. II. 'Quem Deum, quem heroa, quem virum celebrabo?' uter melior? lector erudite, judica. Mihi quidem potior videatur gradatio Horatii ab homine ad heroas ac Deos, quam descensus ille Pindari ab immortalibus ad mortales.

*Lyra, vel acri Tibia*] Lyram cum tibia jungere amabant veteres, illa dulciori sonum hujus acriorem bene temperante. Alii sic explicant: Carmine Lyrico, suavi et moderato, Diis ac heroibus canendis idoneo: vel Epico graviore, sublimiorique, bellicis virorum nobilium facinoribus referendis accommodato. Vide Epist. ad Pisones vs. 73. et 83.

2 *Clio*] Hanc e Musis apte invocat, quippe quæ præsit laudationi virorum illustrium; quibus et celebritatem nominis et immortalitatem conferre dicitur: κλέϊω, *laudo, celebrem reddo*: κλέος et κλέϊος, *fama, nominis splendor*. Virgil. de Musis [Ausonius, Edyll. xx.]: 'Clio gesta canens, transactis tempora reddit.'

3 *Cujus recinet jocosam Nomen imago*]

Aut in umbrosis Heliconis oris, 5  
 Aut super Pindo, gelidove in Hæmo?  
 Unde vocalem temere insecutæ  
 Orphea sylvæ,  
 Arte materna rapidos morantem  
 Fluminum lapsus, celeresque ventos; 10  
 Blandum et auritas fidibus canoris  
 Ducere quercus.  
 Quid prius dicam solitis parentis

*conis, seu in Pindo, seu in Hæmo frigido. Hinc sylvæ secutæ sunt canentem Orpheum, matris arte retardantem præcipites fluminum cursus, velocesque ventos, atque suavem auritas quercus trahere chordis sonantibus. Quid vero ante canam,*

//////////

Fabr. Rutgers. Bentl. Cuning. Sanad. Dacer. Mitsch. Bipont. Wetzel. Wakef. et Kidd. Scaliger, Poët. vi. 7. mallet: *cujus referat vetusta nomen imago.*—8 *Orphea rupes* emend. Sanad.—9 Mentel. *rapidus.*—10 Bentl. et Jani *Fluminum lapsus*; Exc. Sax. *Fluminis lapsus.*—12 *Ducere tigres* conj. Valart. *Ducere cutes* Dr. Jortin. Tracts tom. 1.—13 Plerique codd. habent *parentum*; in quibus vetustissimi Leid. Græv. Regin. duo Bersm. Landin. Locher. Venett. 1477. 1478. 1479. Ascens. Torr. Bax. Gesn. et Wakef. ut sit: *quid pr. d. solitis parentum laud.* i. e. eo, *cujus laudes majoribus nostris, vel antiquis lyricis solennes fuerunt*; h. Jove, *qui res, &c.* ‘Sed quam impedita hæc structura! *parentem* Acr. Pulm. 2. probante Fabr. Mur. et tantum non recipiente Lamb. ut sit, *quid prius dicam? an solitis parentem laudibus? &c.* Etiam hoc darun. *Parentis* Luctat. ad Stat. Theb. 1. 41. antiquiss. Bland. Cruq. Lamb. ex optimo Vat. Pulm. 4. Mentel. unus Bersm. Bentl. 3. Dess. 1. et probant Heins. Steph. Faber, Bentl. Cun. San. Bipont. Wetzel. et Mitsch. Sic et nemo

#### NOTÆ

Cujus laudes nobis decantatas repetet Echo, quæ est vocis imitatio, adeoque imago dicta quasi imitago. Vide infra, Ode xx. eandem locutionem, ibi fusius explicatam. Quam tamen auctoritate propria Scaliger pervertit, legens: *vetusta Nomen imago*: quo enimvero sensu? Qua autem ratione fiat Echo, sic Plinius exponit II. 44. ‘Montium flexus, crebrique vertices, et flexa cubito, aut anfracta in humeros juga, vallinum sinus concavi, scindunt inæqualiter inde resultantem aëra: quæ causa etiam voces multis in locis reciprocas facit.’

5 *Umbrosis Heliconis oris, &c.*] Tres montes Apollini Musisque sacros nominat: Heliconem in Bœotia, Pin-

dum in Arcadia, Hæmum in Thracia.

7 *Unde vocalem, &c.*] Ex Hæmo Thracem Orpheum sylvæ secutæ sunt dulcedine cantus velut animatæ; *temere*, id est, facile et sine cunctatione; vel confuse, per devia et invia. Nota lippis et tonsoribus fabula. Vide Epist. ad Pisones, vs. 391. *Vocalem*] Id est, canorum, vel, voce pariter et lyra canentem.

9 *Arte materna*] Musica, et suavitate vocis, ad quam formatus a matre Calliope Orpheus.

11 *Blandum et auritas, &c.*] Tam blande canentem, ut arbores duceret, haud secus ac si auritæ et animatæ fuissent illæ.

13 *Quid prius dicam solitis parentis,*

Laudibus? qui res hominum ac Deorum ;  
 Qui mare ac terras, variisque mundum 15  
                   Temperat horis :  
 Unde nil majus generatur ipso,  
 Nec viget quicquam simile, aut secundum :  
 Proximos illi tamen occupavit  
                   Pallas honores. 20  
 Præliis audax, neque te silebo,

*quam præconia consueta patris, qui res mortalium et immortalium, qui mare terrasque et orbem diversis temporibus moderatur? Quare nihil ipso majus oritur: immo neque par quidpiam vel proximum valet. Attamen Pallas obtinuit sequentem gradum. Nec tacebo te, Bacche, certaminibus strenue: neque te, virgo feris cru-*

hæret.' *Jani.*—14 'In Lambini quibusdam codd. *qui rex hominum ac Deorum*; quam lectionem ille non damnat; nec ego.' *Bentl.* Ita et Glarean. Alt. 1. Dess. 2. probantibus Mancin. et Steph.—15 Harl. 2. 6. nonnulli *Bentl.* et Lamb. duo Bersmanni, Lips. 4. Dess. 2. Ascens. Locher. *Bentl.* Cun. San. Jan. Mitsch. Bip. Wetzel. et Kidd. *ac terras*; Harl. 1. 5. *ac terram*; quidam Lambini et unus Bersmanni *et terram*; Francqu. *aut terram*; vulgg. cum Gesn. Baxt. Comb. et Wakef. *et terras*.—19 Heinsius et Pulm. emend. *occupabit*, probantibus Rutgers. Dacer. Putean. et Waddel. et sic dedit R. Steph.—20. 21 *Pallas honores Præliis audax. Neque te, &c. Venett. 1477. 1478. 1479. Bentl. Cuning. Furstenberg. Wetzel. et Kidd. improbante Jani.*—

## NOTÆ

§c.] Legunt aliqui, *parentum*; hoc sensu: Quid prius dicam quam eas Jovis laudes, quas majores nostri solent dicere? Alii melius, *parentis*, id est: Quid prius aut potius referam, quam notas omnibus ac passim celebrari solitas laudes Jovis omnium *parentis*, qui res æque Deorum ac mortalium curat, regit, moderatur?

15 *Variisque mundum Temperat horis*] Variis tempestatibus, vere, æstate, autumno, hyeme: calorem frigore, frigis calore temperat.

17 *Unde nil majus, &c.*] Alii interpretantur: A quo Jove utpote optimo maximo nihil ipso majus gignitur. Alii: *unde*, id est, quapropter.

18 *Simile, aut secundum*] Par et proxime accedens: æque magnum ac potens.

19 *Proximos tamen, &c.*] Non. Mar-

cell. 'Proximum' dicebant veteres non solum adhærens et adjunctum; verum etiam longe remotum, si tamen inter duo discreta nihil medium extitisset.' Virgil. *Æneid.* v. 320. 'Proximus huic, longo sed proximus intervallo, Insequitur Salius.' Tull. in Bruto: 'Luc. Philippus Antonio proximus accedebat, sed longo tamen intervallo proximus.' Pallas honores occupat Jovi proximos; quippe nata illius cerebro. Alii volunt spectari ab Horatio, quod in Jovis Capitolini templo cellæ tres erant, quarum media Jovis, dextra Minervæ, sinistra Junonis: unde Pallas ante Junonem ponisoleat. Varro de Ling. Lat. l. iv.

21 *Præliis audax neque te silebo Liber*] Quod curis liberet animum Bacchus Liber dictus: vel quod devictis hostibus se suosque assernit in liber-

Liber; et sævis inimica virgo  
 Belluis; nec te, metuende certa  
 Phœbe sagitta.  
 Dicam et Alciden, puerosque Ledæ; 25  
 Hunc equis, illum superare pugnis  
 Nobilem: quorum simul alba nautis  
 Stella refulsit,  
 Defluit saxis agitatus humor,  
 Concidunt venti, fugiuntque nubes, 30  
 Et minax (quod sic voluere) ponto  
 Unda recumbit.

*delibus infesta: neque te, Apollo, telis ineluctabilibus formidande. Canam etiam Herculem, nec non filios Ledæ, alterum equis, alterum pugnis illustrem; quorum sidus candidum ubi primum nautis illuxit, statim concitata unda scopulis decidit, quiescunt venti, nebula evanescent, et maris irati subsidunt fluctus, quoniam ita jus-*



28 *Sidera fulgent* Florent. 1482. et Venett. 1483. 1486. 1490.—31 Insolenter variant Codd. in h. vs. *quod sic voluere* Acr. Porph. Lamb. quatuor, Mentel. et sic Ald. Glarean. Lamb. Torr. Cruq. Fabric. Fab. Rutg. Steph. *quia sic voluere* vetustiores Bentleyi, omnes Cruq. præter unum, Palm. 1. 4. Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. tres Bersm. Lipss. Alt. 2. *sic Di voluere* Muret. Venett. Ascens.

NOTÆ

tatem. De bellica ejus virtute ac præliis vide Diod. Sicul. lib. v. &c. item infra n. Od. 19.

22 *Et sævis inimica virgo Belluis]* Diana venatrix, eodem cum Apolline partu edita, Jovis filia, nemorum ac sylvarum Dea, arcu et sagittis feras sectari assueta.

23 *Nec te, metuende certa, Phæbe sagitta]* Arcu enim et sagittis valere, præsertim ob Nioben cum filiis interfectam, semper creditus Apollo. Dicitur autem Phæbus, quasi *φῶς βίον, lux vitæ*.

25 *Alciden]* Hercules ita dictus, seu quod esset Alcæi nepos, seu ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, a robore.

*Puerosque Ledæ]* Castorem, et Pollucem, alium equestri, alium pedestri inclytum pugna. Ovid. Fast. v. 700. 'Tyndaridæ fratres; hic eques, ille pugil.'

27 *Quorum simul alba nautis, &c.]* Vide Homeri Hymn. in Dioscuros. Et supra Od. III. vs. 2. ad verba hæc; 'lucida sidera.' Aiunt nempe Astrologi propitias ac salutare esse stellas geminas, non ita vero solitarias.

29 *Defluit saxis agitatus humor]* Unda spumans jactata in scopulos et in altum sublata defluit, cum primum faventibus Castore et Polluce tempestas sedatur. Vel, aqua per hyemem gelu concreta et saxis adhærens tum resolvitur ac fluit, cum oriuntur Castor et Pollux, vere nimirum, et ascendente Geminorum sidere. Quidam interpretantur, *defluit*, fluere et agitari desinit aqua maris, ante in rupes illisa per impulsionem ventorum, et concitationem fluctuum.

31 *Quod sic voluere]* Pro sua potestate atque benigno favore in navigantes sic jussere placari omnia ante

Romulum post hos prius, an quietum  
 Pompilî regnum memorem, an superbos  
 Tarquinî fasces, dubito, an Catonis  
 Nobile letum.

35

Regulum, et Scauros, animæque magnæ

*sere. Post istos quem potissimum referam ambigo; Romulumne, an tranquillum Numæ Imperium, an Tarquinii regnum potens, an mortem Catonis gloriosam. Certe Regulum et Scauros, et Paulum generosæ vitæ liberalem, victore Cartha-*

-----

D. et N. Heins. Bentl. *Di sic voluere* Laurentianus Torr. Sanad. *quod Di voluere*, item *cum sic voluere*, alii: *quod si voluere* Venet. 1477. 1478. 1479. *quæ sic voluere* Bentl. 8. *quod sic Di voluere* Locher. *sic I (pro ii) voluere* Cun. *sic hi voluere* vel *si sic voluere* conj. With. *vim si relut ira ponat*, alia conj. With. *nam sic voluere* Pulm. 3. *vetustus* Lamb. Gembl. Fran. Mitsch. *quod præfert L. Bos Anim.* in Hor. p. 30. 'Et sane cum Horatio in talibus parenthesisibus usitatius est *nam*, ut III. Od. 11. 1. et 30. tum lyrico sermoni et vi hujus loci aptius videtur.' Jani.—32 *Unda recurrit* Franeq.—34 *Pompilii* Harl. 1. 2. 5.—35 *Junii fasces* ex conjectura Cuninghami recepit Sanad. *Tarquinii* Harl. 1. 5. Idem Sanad. pro *dubito* an emend. *prius an*. Bentleius conj. *anne Curti*, pro *an Catonis*, et, quod ille ausus non est, recepit Schmid. in Ed.

## NOTÆ

nafragium minitantiâ. Legunt alii, *Dii voluere*, nempe Castor et Pollux: quibus cum placuit, redit serenitas, et maris agitatio plane cessat.

33 *Romulum post hos*] Post Deos ac Semideos, Romæ Romanique Imperii conditorem inprimis celebrare est æquum.

*Quietum Pompilî regnum*] Numam deinde laudat secundum Romanorum Regem, qui mitigandum ferocem populum armorum desuetudine ratus, Jani templum clausit, novamque civitatem, vi et armis conditam, jure, ac legibus, moribusque de integro condere aggressus, quietam fecit omnia, et Rempublicam religione justitiæque firmavit. Liv. 1. 18. et seq. Flor. &c.

34 *Superbus Tarquinî fasces*] Ambitiosam dominationem Tarquinii non Superbi, (is enim indignus Hymno celebrari,) sed Prisci, qui bello strenuus Imperium Romanum devictis finitimis populis auxit; circo, Indis, fascibus, aliisque insignibus decoravit. Flor. 1. 5. Liv. 1. 35. 'Tarqui-

nium Priscum, virum cetera egregium, secuta, quam in petendo habuerat, etiam regnantem ambitio est.' Quidam non absurde intelligunt Junium Brutum, qui fasces Tarquinii pulsus ereptos splendide gestavit ac tenuit. Virg. Æneid. vi. 817. 'Vis et Tarquinius Reges, animamque superbam Ultoris Bruti, fascesque videre receptos?'

35 *Catonis Nobile letum*] De eo Cæsar dixisse fertur: 'Invideo mortuæ, Cato; nam et tu gloriæ meæ invidisti.' Nimirum ille ad Uticam obsessus, Pompeianas partes aspiciens victas, propria manu se peremit, postquam bis legisset Platonis librum de anima, inquit: ac, 'ne Tyrannum videret,' ut ait Cicero Offic. 1. Vide Appian. Plutarch. Dion. &c. S. Aug. de Civ. xix. 3. mortem Catonis indignam laude asserit, ut qui Cæsariæ de Pompeio victoriæ impatentia violentas sibi manus intulerit.

37 *Regulum*] Hujus egregia virtus postea fuse laudatur, III. Od. 5. Vide

Prodigum, Pæno superante, Paulum,  
Gratus insigni referam Camœna,  
Fabriciumque.

40

ginensi, quin et Fabricium beneficii memor celebrabo versibus magnificis. Hunc

//////////

1777. With. *anne cantans Nobile letum, Regulum. Post hos, &c.*—37 *Prodigum Paulum, superante Pæno* Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. et fere omnes alii codd. cum edd. Venett. 1477. 1478. 1479. 1485. 1486. 1487. Florent. 1482. Ald. Heins. Steph. Lamb. Cruq. Bond. Schrevel. Delph. Jani, Bipont. et Mitsch. *Prodigum, Pæno superante, Paulum* Regin. Bentleii, quod ille recepit, eumque secuti sunt Cuning. Sanad. Furstenberg. Wetzel. Comb. Wakef. et Kidd. et ita legit Lachman. ad Propert. III. 28. (II. 32.) 47.—39 Unus Bersmanni et

## NOTE

et Cic. de Offic. I. et III. et in Pisonem sic habet: ‘Nec mihi ille M. Regulus, quem Carthaginenses resectis palpebris illigatum in machina vigilando necaverunt, supplicio videntur affectus.’

*Scauros*] Horum familia consulari dignitate illustris, et clara virtus extitit in administranda Republica. Ex illis M. Scaurus a Q. Vario Hispano accusatus est, quod Socios ad arma concitasset. Ita se vero ille constantia plenus et gravitate defendisse fertur: Q. Varius Hispanus M. Scaurum Principem Senatus arguit Socios ad arma concitasse: M. Scaurus Princeps Senatus negat: testis nemo: utri vos, Quirites, credere debetis? Quibus quidem auditis absolutus est. Vide Valer. Maxim. III. 7. n. 8. Plin. XXXVI. 15. &c.

*Animæque magnæ Prodigum, P. s. Paulum*] L. Æmilium Paulum, qui nullum periculi genus pro Republica detrectavit: et si non habuisset Collegam Terentium Varronem, aut plus certaminis cum ipso suo Collega, quam cum Hannibale, (ut ait Q. Fab. Maximus apud Liv. XXII. 39.) non majori quidem animo, at certe majori felicitate, meliorique exitu ad Cannas pugnasset. Verum, ut est apud

eundem Liv. XXII. 43. ‘Ad nobilitandas clade Rom. Cannas urgente fato profecti, . . . dum altercationibus magis, quam consiliis tempus teritur,’ misere ibidem cæsi, fusi, fugatique sunt: atque Paulus ‘unus insons’ tam horrendæ cladis interiiit, ut recte testatus Cn. Lentulus, cit. mox lib. cap. 49.

38 *Pæno superante*] Hannibal certe nusquam magis insigni de Romanis victoria exultare potuit: nam plus quadraginta Romanorum millia, præter Socios, octoginta Senatores, aliique viri graves bene multi intercederunt. Vide cetera apud Livium loco cit. &c.

40 *Fabriciumque*] Hic contra Pyrrhum Regem missus, cum nec ab ipso prius, quarta regni parte promissa, sollicitari potuisset, nec Pyrrhi Medicum veneno regem tollere spondentem audire voluisset, immo perfidam illum catenis vincitum ad suum dominum remisisset, justam hanc ab Rege mirabundo laudem promeruit: ‘Ille est Fabricius, qui difficilior ab honestate, quam Sola suo cursu averti posset.’ Aurel. Victor. Alia Fabricii Elogia hauri e Plutarcho, Cic. III. de Offic. Gell. I. 14. vide et seq. Not.

Hunc, et incomtis Curium capillis  
 Utilem bello tulit, et Camillum  
 Sæva paupertas, et avitus apto  
 Cum lare fundus.

et Curium impexis crinibus bello idoneum, pariter et Camillum produxit inopia durior, et patrius agellus cum domo conveniente. Marcelli porro nomen augetur

\*\*\*\*\*

Dess. 2. insignis referam.—41 Hunc et intonsis citat Quintil. 1x. 9.—43 Sancta paupertas conj. Bentl. Læta paupertas Crusius; Casta paupertas With. ex

#### NOTÆ

41 Hunc, et incomtis Curium capillis, &c.] Virtutem paupertate educatam, ac celebrem factam, in tribus summis viris cum Horatio venerare, lector; in Fabricio, in Curio, in Camillo. Hos enimvero sæva paupertas, id est, magna frugalitas, tenuis admodum res familiaris, fundulus, seu pauca agri jugera sibi ab avis relicta, cum lare apto, id est, pariter modico, bella utiles fecit. Nimirum victu aspero indurati ad laborem, morum autem integritate ad virtutem omnem formati, egregiam Reipublicæ difficillimis temporibus operam navaverunt; non tam suæ quam publicæ utilitati studentes: unde et summam laudem consecuti sunt.

Hunc] Nempe C. Fabricium Luscinum, ter Consullem, de quo ante: et Valer. Maxim. 1v. 3. Is 'honoribus et auctoritate omni civitate temporibus suis major, censu par unicuique pauperrimo; a Samnitibus, quos universos in clientela habebat, decem æris, et quinque pondo argenti, totidemque servos sibi missos, in Samnium remisit, continentia suæ beneficio sine pecunia prædives, sine usu familiæ abunde comitatus: quia locupletem illum faciebat, non multa possidere, sed modica desiderare. Ergo domus ejus, quemadmodum ære et argento et mancipiis Samnitum vacua, ita gloria, ex his contentis parta, referta fuit,' &c. Vide et

ejusdem Valer. 11. 9.

Curium] Curius Dentatus 'exactissima norma Romanæ frugalitatis, idemque fortitudinis perspectissimum specimen, Samnitum legatis agresti se in scamno assidentem foco, atque ligneo catillo cœnantem (quales epulas, apparatus indicio est) spectandum præbuit.' Ille eorum divitias contempsit: paupertatem ejus Samnites mirati sunt. Offerentibus aurum respondit: Malle se 'locupletibus imperare, quam ipsum fieri locupletem:' et Curium 'nec acie vinci, nec pecunia corrumpi posse,' &c. quæ lege apud Valer. Maxim. 1v. 3. Vide et Aurelium Victorem de Viris Illustribus, Cic. de Senectute, &c.

Incomtis Curium capillis] Legunt quidam, cum Quintiliano quidem 1x. 3. intonsis capillis: scilicet priscis temporibus nondum erant Romæ tonsores: et cultum negligebant maxime bellatores viri. Hoc quidem perinde significatur per vocem incomtis: sed non illud; quod sane ab Horatio spectari oportuit: sic Ovid. Fast. 11. 'Hoc apud intonsos nomen habebat avos.' Et Fast. 1v. de Numa: 'Bis caput intonsum fontana spargitur unda.' Codices tamen fere omnes habent, incomtis Curium capillis; unde ab ea lectione temere discedendum non fuit.

42 Camillum] M. Furius Camillus quinquies Dictator fuit, de Gallis bis



Crescit, occulto velut arbor ævo, 45  
 Fama Marcelli: micat inter omnes  
 Julium sidus, velut inter ignes  
 Luna minores.  
 Gentis humanæ pater atque custos,

*sicut arbor secreto temporis progressu. At ceteros inter splendet astrum Julii, ut Luna inter minores stellas. O filii Saturni Jupiter, humani generis auctor et con-*



Sil. Ital. 1. 609. *et avitus arto* Mediol. 1477. ut conj. Bentl.—45 Nic. Heinsius conj. *occulto v. a. arvo*, i. e. deserto campo, probante Bentleio.—46 *Fama*

#### NOTÆ

triumphavit, Romamque jam ab his captam strenue pugnando vindicavit. Ad annos octoginta Reipublicæ semper utilis vixit: hinc pater patriæ, alter Romulus, ac urbis conditor meritis appellari. Vide Liv. lib. v. &c.

45 *Crescit, occulto velut arbor ævo, Fama Marcelli*] Sicut arbor sensim ac nemine advertente crescit, *occulto ævo*, labente clam tempore, progressu mensium et annorum, ita Marcelli fama in dies augetur ac celebrior evadit. Erasmus hunc locum sic illustrat: 'Solent præcocia subito flaccescere; sed quod paulatim accrescit, durable est. Unde Horatius Marcelli famam velut cum robore arborem surgentem celebrat.'

46 *Marcelli*] Quis ille, non plane constat. Alii volunt M. Marcellum Octaviæ Augusti sororis filium, cui in Imperii successorem adoptato suam ille filiam desponderat Juliam. De eo Virgil. *Æneid.* vi. 861. et seq. et Seneca ad Marciam cap. 2. Verum cum is admodum juvenis, sola indole præclara nobilitatus obierit, quo pacto ejus fama crescere in dies ab Horatio dicatur? Itaque malim ego cum aliis intelligere M. Claudium Marcellum, quinquies Consullem, qui Gallos Germanosque debellavit, ipsumque Hannibalem invictum antea vicini posse docuit: atque ab eo de-

num circumventus ac cæsus etiam coli et observari meruit post mortem. Nam et honorifice cremandum Hannibal curavit, ejusque cineres urna argentea inclusos et corona aurea decoratos ad ejus filium misit. Plutarch. Liv. lib. xxxiii. et seq. Virgil. *Æneid.* vi. 855.

*Micat inter omnes Julium sidus*] Sueton. Jul. cap. 88. ita scribit: 'In Deorum numerum relatus est, non ore modo decernentium, sed et persuasione vulgi: siquidem ludis, quos primo consecratos ei hæres Augustus edebat, stella crinita per septem dies continuos fulsit, exorians circa undecimam horam: creditumque est animam esse Cæsaris in cælum recepti: et hac de causa simulacro ejus in vertice additur stella.' Idem refertur in Epistolis Augusti. Virgil. *Eclog.* ix. 47. 'Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum.' Vide et Plutarch. Dion. lib. xlv. Senec. *Quæst. Natural.* vii. 17. Plin. ii. 25. ubi Augusti ipsius de crinito illo sidere testimonium refert. Porro cometes ille Christi Servatoris nostri natalem prænuntiasset multo melius creditur.

49 *Gentis humanæ pater, &c.*] Præclare ad Augustum, quo totus tendebat, laudandum venit tandem, per apostrophen ad Jovem, cui divisum cum ipso Imperium asserit.

Orte Saturno, tibi cura magni 50  
 Cæsaris fatis data: tu secundo  
 Cæsare regnes.  
 Ille, seu Parthos Latio imminentes  
 Egerit justo domitos triumpho,  
 Sive subjectos Orientis oræ 55  
 Seras et Indos,

*servator, commissa tibi est a fatis summi Cæsaris tutela: ergo tu regna primus: Cæsar autem sit a te secundus. Sive is Parthos Italiae bellum inferentes legitima victoria fractos subegerit, sive Seras Indosque in Orientali plaga domuerit, te*

//////////

*Martelli Mentel.*—51 *Cæsaris fato* Acr. et Fabr. et præfert Scalig. Poët. vi. 7. sed omnes codd. et edd. vett. habent *fatis*.—53 Codex Barthii, *Latio minantes*.—54 Tho. Gale ap. Bentr. conj. *domitor*, vel *dominus*; hoc habet edd. Minellii 1673. 1677. et Lond. 1726.—55 Fabr. Locher. Asc. Fab. Rutg. Schrevel. Bond. Lamb. Steph. Baxt. *oris*. Sed *oræ* omnes Torr. et Cruq. quinque Lamb. Mentel. tres Bersm. Pulm. 1. 2. 3. 4. Brod. Gott. Sax. Heins. Bentr. Cun. Sanad. Talbot. Pine, Jan. Mitsch. Bipout. Comb. Wakef. Wetzcl. et Kidd.—56 *Seras et Indos* Harl. 6.—57 ‘Torrentii tres, Pulmanni

#### NOTE

50 *Tibi cura magni Cæsaris fatis data*] Duo nempe veteribus credita. Primum, Reges, Imperatores, Principes in tutela esse Jovis: alterum, fato sic omnia decerni, gubernari, subesse, ut ipsi Dii fati legibus tenerentur.

51 *Tu secundo Cæsare regnes*] Tu quidem ita supremum rerum omnium dominium habe, o Jupiter, ut Augustus sit a te secundus.

53 *Ille, seu Parthos, &c.*] Sueton. August. cap. 21. ‘Parthi quoque et Armeniam vindicanti facile cesserunt: et signa militaria, quæ M. Crasso et M. Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt, obsidesque insuper obtulerunt; denique pluribus quondam de regno concertantibus, nonnisi ab ipso electum comprobaverunt.’ Vide et infra Od. xix. 12. Not. Quoniam vero Parthos, antea victoriis feroces, Romanisque etiam terribiles, jam eo deduxerat Augusti fama, ut ultro virtuti Romanæ observantiam deferrent, hinc bene omina-

tur Horatius, justo eos triumpho aliquando profigandos.

55 *Sive subjectos Orientis oræ Seras et Indos*] Sive ille remotissimas nationes subegerit, vel *Seras*, vel *Indos*, de quibus, teste Diodoro Siculo, solus triumphavit Bacchus.

56 *Seras*] Seres interioris Æthiopiæ sunt populi: sunt etiam ex Orosio citerioris Indiæ: sunt et alii ad ortum extremi ultra Sinas, quorum regio Serica, nunc *Catay*, Metropolis autem Sera, serico opere celebres: de quibus Strabo, Ptolem. Ferrar. &c. Plin. vi. 17. ‘Primi sunt hominum qui noscantur Seres lanificio sylvarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem.’ Ammian. Marcellin. ‘Seres,’ inquit, ‘armorum expertes . . . nulli finitimorum molesti . . . Cæli apud eos jucunda salubrisque temperies; aëris facies munda, ventorum commodissimus flatus, et abunde sylvæ subluclidæ, a quibus arborum fœtus, aquarum asperginibus crebris, velut quæ-

Te minor latum reget æquus orbem:  
 Tu gravi curru quaties Olympum;  
 Tu parum castis inimica mittes  
 Fulmina lucis.

60

*quidem inferior juste gubernabit ille hunc orbem amplum: tu vero tremendo curru cælum concuties; tu infesta in contaminatos lucos tonitrua vibrabis.*



unus, Lambini aliquot, et ex nostris Battelianus, Bodl. Magdalenensis a prima manu, Colbertinus pro varia lectione, *latum*; quod Torrentio et Dacierio magis placet. Utrumque sane tolerari potest. Rectius tamen *latum reget*, ut vetustiores quique libri. *Bentl.* *latum* habent etiam tres codd. Bersmanni, duò Lips. Sax. Alt. 2. Brod. Harl. 3. 5. et nonnulli R. Steph. cum edd. Venett. 1477. 1478. quod probat Gesnerus. Ascens. et Landin. *regat*, probantibus Fabric. et Bonfin.—58. 59 In iisdem *quatias...mittas*, quod placet eidem Fabric.

## NOTÆ

dam vellera molientes, ex lanugine et liquore mixtam subtilitatem tennerrimam pectunt, nentesque subtegmina conficiunt sericum, ad usum antehac nobilium, nunc etiam infimorum sine ulla discretionem proficiens. Ipsi præter ceteros frugalissimi, pacatoris vitæ cultores, &c.

*Indos*] Horum regio India Asiæ est ad Ortum amplissima ab Indo fluvio dicta: Gange fluvio item rigatur, et scinditur media: ab Ortu Sinas habet, a Septentrione Tartariam, ab Occasu Persiam, ab Austro Oceanum Indicum. Parte Septentrionali, inter Gangem et Indum fluvios, continetur hodie Imperium magni Mogolis, in quo numerantur provinciæ triginta septem satis amplæ.

57 *Te minor latum reget æquus orbem, &c.*] Sensus est: Augustus autem, o Jupiter, sic orbem hunc inferiorem, ita volentibus fatis, reget, ut se gerat semper minorem te, sicut decet et æquum est. Et quanquam laudibus omnium jam effertur, et virtutis moderationisque fama Indos etiam ac Scythas, auditu modo cognitos, pellexit ad amicitiam suam Populique Romani ultro per legatos pe-

tendam; (ex Sueton. Octav. cap. 21.) quanquam Parthos etiam nominis sui splendore similiter percussit, eorumque ferociam sine armis fregit; attamen ille sen novis in dies triumphis augeatur, seu tot populos sibi subjectos cernat, nunquam tamen animos ultra quam fas est superbos tollet.

*Latum*] Virgil. Æneid. i. 282. 'His ego nec metas rerum, nec tempora pono.' Legunt alii *latum*, nimirum ob 'æquitatem' Augusti, qui jus summa lenitate pariter ac diligentia dixisse scribitur Suetonio.

58 *Tu gravi curru quaties Olympum*] Tu in cælo regnabis, indeque tonitru in hæc infima, cum fueris ad justam provocatus iram, vibrabis. Nempe vulgus opinabatur e curru Jovis cælum quatiente formari tonitrua, et mitti fulmina.

59 *Tu parum castis, &c.*] Quoniam luci Diis sacri habebantur, hinc, si aliquo scelere ac flagitio in iis perpetrato contaminati essent, Jovis excitari credebant furorem, et sacrilegium vindicari, misso fulmine. Unde et satagebant expiare locum, et cæsis hostiis Numinis iram placare.

## ODE XIII.

AD LYDIAM.

Horatius amicæ snæ, quam Poëtico nomine Lydiam nominat, ob amorem Telephi Græci Poëtæ atque sodalis sui furiose zelotypus.

CUM tu, Lydia, Telephi  
Cervicem roseam, cerea Telephi  
Laudas brachia ; væ! meum  
Fervens difficili bile tumet jecur.

O Lydia, quando tu collaudas collum rubicundulum Telephi, et molles lacertos Telephi, væ, meum hepar turgescit acri cholera inflammatum. Tum neque animus

//////////

Deest hæc Ode Editioni Sanadon. Epigraphe in quibusdam codd. *Ad Lydiam, Amicam, meretricem, de Telepho.*—1 *Dum tu* Venet. 1492. 1509. Locher. et Mancin. *Lidia* nonnulli Torrent. *Telefi* in aliis ejusdem.—2 Mentel. Venett. 1492. 1509. Ascens. et Locher. *roseam et.* Pro *cerea*, quod omnes omnium codd. et edd. vett. exhibent Bentleius emend. ex Capro Gramm. ed. Putsch. p. 2242. *lactea*, et hoc *lactea* arripuerunt Furstenberg. Wakef. et Kidd.—3 *Laudes* Franeq. *næ* pro *væ* emend. Heinsius, et recepit R. Steph.

## NOTÆ

Ode est Dicolos Distrophos, ut tertia supra, ‘Sic te Diva,’ &c.

1 *Cum tu, Lydia, Telephi, &c.*] Non caret arte repetitio vocis *Telephi*. Nam et qui amant, nunquam satis id loquuntur quod amant: et zelotypo illud idem est intolerabile. Lydia cervicem roseam Telephi, iterumque cerea brachia Telephi laudare gaudet: at Horatio id ciet bilem, doletque quod rivalem sum in ore frequentius habeat. Unde, cum præsentem convellere amorem nequeat, de futura ejus immutatione se consolatur.

2 *Cervicem roseam*] Pulchram instar rosæ, et fragrantem: vel rosei coloris. Scaliger hic Horatium graviter reprehendit, et *lacteam* dici oportuisse contendit, non *roseam*. Verum quidni adolescens amore fervidus rosea cer vice et rubicundula celebretur? Virgil. *Æneid.* 1. ‘rosea cevice refulsit.’

*Cerea brachia*] Mollia, tenera, fortasse etiam candida, politula, nitida, pura, puta, formosa instar imaginum cerearum, quæ sine ossibus, nervis, pelle, pilis. Vide Non. Marcell. in voce, ‘putus.’

3 *Væ*] Interjectio dolorem indicans atque indignationem. Sunt qui legant *næ, val*, id est, ‘certe,’ ‘hercle.’

4 *Bile tumet jecur*] Intumescit felle receptaculum jecori annexum. In felle ira, in jecore amor ac libido, in splene risus, in corde sapientia proprie resident. At Horatius modo libidinem in jecore statuit, ut 1v. Od. 1. ‘Si torrere jecur quæris idoneum.’ Alias iracundiam, ut hic: pariter et Juvenalis Sat. 1. 45. ‘Quid referam quanta siccum jecur ardeat ira?’ Sicuti videntur Archilochum, *χολήν οὐκ ἔχεις ἐφ’ ἥπατι*, bilem non habes in hepate, apud Athen. 111. 24.

Tunc nec mens mihi, nec color	5
Certa sede manet; humor et in genas	
Furtim labitur, arguens	
Quam lentis penitus macerer ignibus.	
Uror, seu tibi candidos	
Turparunt humeros immodicæ mero	10

*mihi, neque color statu firmo constat. Tum etiam lacrymæ clam decidunt in malas, patefacientes quantum intus absumar flammis secretis. Effervesco, sive jurgiu ex vino immoderata deformatur albas tibi scapulas: sive juvenis insaniens memorem*

improbante Rutgersio.—5 *Tun nec mens* Mentel. Lips. 4. et Alt. 1. *calor* Flor. 1482. in textu, sed in Landini comment. *color*.—6 *Pro manet, manent* habent Harl. 1. 2. 3. 4. 6. Pulm. 1. 4. Jannoct. Franeq. duo Vatt. et Tornes. ap. Lamb. omnes Cruqu. Altt. Veneta 1492. Locher. Asc. et sic Torr. Heins. Steph. et Fab. Sed *manet* tres Vatt. Urs. Farn. ap. Lamb. Pulm. 2. 3. Harl. 5. Mentel. plurimi Bersm. Gott. Venet. 1477. 1478. et 1590. Flor. Rutg. Bentl. Baxt. Cun. Cf. III. Od. 10. 13. Et Pæon primus pro Choriambo in Cæsura non insolens, ut II. Od. 13. 16. *sudor* pro *humor* conj. With. improbante Jani.—8 *Quam penitus lentis* Locher. *concremer ignibus* vet. Schol. *uror ab ignibus*. *Uror, &c.* quidam ap. Fabric.—10 Harl. 1. *Turbarunt*.—13 Harl.

## NOTÆ

5 *Tunc nec mens mihi, nec color, &c.*] Variis se perturbationibus agitari indicat, pudore, timore, ira. Opportune Macro. VII. 11. 'Natura, cum quid ei occurrit honesto pudore dignum, immo petendo penetrat sanguinem, quo commoto atque diffuso cutis tingitur, indeque nascitur rubor . . . gaudium extrinsecus contingit. Ad hoc animoso natura occursu festinat, quam sanguis comitando, quasi alacritate integritatis suæ compotem tingit cutem; et inde similis color nascitur. Contra, qui metuunt, pallescunt. Natura enim, cum quid de extrinsecus contingentibus metuit, in altum tota demergitur, sicut nos quoque cum timemus latebras quærimus. Sic natura tota descendens, ut lateat, trahit secum sanguinem. Hoc vero demerso, humor diluitur cuti remanet, et inde pallescit,' &c.

7 *Furtim labitur*] Invito mihi excidunt lacrymæ, propter vim indignat-

tionis et zelotypiæ. Hanc describit Tullius Tuscul. IV. n. 28. 'ægritudinem ex eo quod alter potiatu eo, quod ipse concupierit.'

9 *Uror, seu tibi candidos, &c.*] Dolori gravi afficior, cum video te mihi adamatam vexari crudeliter, atque ictibus laniari ab juvene temulento, et post epotum vinum petulco, sine modo lascivienti rustice jurganti, immo dure ac barbare te molliculam tractanti. Horatius nempe ut Lydiam demereatur, suum ei tenerum exponit amorem, qui ejus cruciatus persentiat, illumque opponit sævæ rivalis libidini, quæ, ut se expleat, amicæ haud parcit: sicque Telephum in invidiam addeere conatur. Hinc et maligne interpretatur comessationes illas, nec non morsiunculas amatorias; ac velut diras plagas trucesque ac bellinos morsus traducit, ut Lydiam a Telepho quacumque ratione abstrahat.

Rixæ; sive puer furens

Impressit memorem dente labris notam.

Non, si me satis audias,

Speres perpetuum, dulcia barbære

Lædentem oscula, quæ Venus

15

Quinta parte sui nectaris imbuat.

Felices ter et amplius,

Quos irrupta tenet copula, nec malis

Divulsus querimoniis

Suprema citius solvet amor die.

20

*cicatricem labellis tuis dente inussit. O si mihi sat auscultes, ne expecta constantem eum fore qui immaniter vulnerat basia suavissima, quibus indulsit Venus quintum suæ dulcedinis gradum. O ter et plus beati, quos necit stabilis conjunctio, nec amor improbis querelis divisus separabit ante diem ultimam.*

\*\*\*\*\*

4. duo Lamb. Fran. Lips. duo, et Alt. 1. *audies.*—14 Locher. *Speras.*—16 *Quarta parte* Mentel. *Quinta parte!* conj. Ramires de Prado, Pentecontarch. cap. 51. quod receperunt Talbot. et Pine.—19 *Divulsos* duæ edd. Muræti et totidem Bruti, ut conj. Bentl. *Divulsusque prementibus* Harl. 1.

#### NOTÆ

11 *Sive puer furens, &c.*] Sive Telephus effrænata et impotenti abreptus libidine, ac prope furiosus momordit labia tua, ad relinquentiam qualemcumque sui memoriam, in crudeli etiam cicatrice. Cic. in Verrem Act. VII. n. 32. 'Metuendum . . . ne excitetur Verres, ne denudetur a pectore, ne Populus Romanus aspiciat cicatrices ex mulierum morsu, vestigia libidinis atque nequitia.'

13 *Non Speres perpetuum*] Si mihi credis, Lydia, ne perpetuum tui amatorem spera illum fore, qui sic abutitur amore tuo, ut osculando vulnera infligat astro velut percitus. Nam, ut aiunt, 'omne violentum non est durabile.'

16 *Quinta parte sui nectaris*] Missa plurimum interpretatione in putidis et obscœnis plus æquo sagacim, ego cum paucis sentio, et *oscula quæ Venus quinta parte sui nectaris imbuat* intelligo valde fragrantia, nectaris instar

suavia. Eo fere modo apud Athen. II. 2. sub finem, Ibycus, ut significet mel esse dulcissimum, ait, mel nonam esse partem ambrosiæ; id est, habere nonam partem suavitatis quæ est in ambrosia.

17 *Felices ter, &c.*] Sic denique tentat Horatius expugnare Lydiæ amorem, dicens longe feliciorẽ eam fore, si se Horatium constanter amatorum præferat Telepho, nunc ardentem quidem, sed ad tempus duntaxat, amanti.

18 *Malis Divulsus querimoniis*] Bonæ sunt in amore querimoniæ ob absentiam, ob desiderium; malæ vero ob inconstantiam, mutationem, ac fidem fractam.

20 *Suprema citius solvet, &c.*] Non ante desinam te amare, Lydia, si me ames, quam desiero vivere, inquit Horatius: immo, ut ait ipse in persona Lydiæ, III. Od. 9. 'Tecum vivere aniem, tecum obcam libens.'

## ODE XIV.

## IN SEXTUM POMPEIUM CIVILE BELLUM RENOVANTEM.

Perpetua hac Allegoria, qua ex imitatione Alcæi Rempublicam lacero navigio comparat, Pompeianos suos a renovando Bello civili deterret. (Quintil. viii. 6. 44. exemplum laudat Allegoria hunc locum, 'quo,' inquit, 'navim pro Rep., fluctuum tempestates pro bellis civilibus, portum pro pace atque concordia dicit.' T. Faber, Epist. i. 53. post Muretum negat hic esse Allegoriam, sed alloqui Horatium navim, qua post Philippense prælium vectus fuerit in Italiam. His assentitur non gener modo Fabri Dacerius, sed ipse Bentleius etiam. Crever. in Hist. Ro. probat Allegoriam et collocat in tempus a Philippensi prælio proximum: Sanadonus autem in illud, quo vel serio vel simulatæ deliberabat de Rep. reddenda Augustus. Me nondum pœnitet modestiæ, quam ad Quint. l. c. professus sum: nec ausim mihi sumere arbitrium causæ tantis hinc auctoritatibus, hinc ingenis defensæ. Illud modo observari velim, propter versus 17. et 18. non videri posse intelligi totam Rempublicam; verum quatenus Pompeiana fuerat: deinde illud, quod recte etiam Baxterus præcipit, non esse opus in allegoria, ut morose omnes illius partes examinentur et ad rem significatam applicentur. Suavis est, si usquam, hic Harduinus, qui scriptam ait hanc Oden A. C. 1233. vel 1231. cum Johannes Brennensis comes Imperium Romanæ suscepturus mari Byzantium peteret. Gesn.)

## O NAVIS! referent in mare te novi

*O Navis, novi fluctus in mare te reducent. O quid facis? Firmiter portum*

Ode secunda Libri tertii in Ed. Sanad. Epigraphe est: *Ad Rempublicam bellum civile reparantem; vel, Ad (alii In) M. Brutum, (nonnulli addunt, bellum civile præparantem;) vel, Ad Brutum amicum; vel, Ad Bruti navim; vel, Ad navim, Bruto reparante bellum; vel, Per Allegoriam i. e. inversionem M. Brutum alloquitur; vel denique, In Sextum Pompeium civile bellum renovantem.* Gott. Lemma habet: *In navim de Bruto reparante bellum: immo ad remp. vel Sextum Pompeium.*—1 *O navis referunt emend. Cuning.*—2 *Fluctus?*

## NOTE

Metrum est idem quod supra Od. v. Non pauca ex Alcæo imitatus est Horatius in hac Ode, quam fere omnes allegoricam agnoscunt totam, ipseque Quintilian. viii. 6. In ea certe plurima dicuntur figuris ac tropis involuta, quæ aperte nequaquam dici fas fuisset. Vel Rempublicam, vel Brutum, vel Sextum Pompeium alloquitur, dehortaturque a reparandis


*Delph. et Var. Clus.*

civilibus tumultibus, quibus velut novis procellis non nisi ingenti suo malo Respublica concutienda sit.

Porro sic interpretari singula nobis licet:

*Navis*, est Respublica Romana: *mare*, civile bellum: *fluctus*, discordiæ ac tumultus: *portus*, pax: *nudum remigio latus*, Cassius cum sinistro cornu cui præerat, militibus cæsis ac

*Horat.*



Fluctus? o! quid agis? fortiter occupa  
 Portum. Nonne vides, ut  
 Nudum remigio latus,  
 Et malus celeri saucius Africo,

5

tene. Annon cernis quod latus tuum est remis destitutum, et malus austro præcipiti



ut sit interrogatio, Venett. 1477. 1478. 1479. Ascens. Marcil. Bentl. Cuning. Sanad. Jani, Mitsch. Bipont. Wetzel. Comb. et Kidd. alii vero colon ponunt post *Fluctus*: ut Lambin. Cruq. Torrent. Heins. Steph. Delph. Bond. et Schrevel. punctum rotundum Wakef.—3 Bentl. conj. *nonne vides, ut N. r. latus?* et sic dederunt Cuning. et Sanad.—5 *Ut malus celeri* conj. Cuning. *Et*

## NOTE

fugatis, fractus: *malus Africo saucius*, Magnus Pompeius a Ptolemæo, Ægypti Rege, nefarie obruncatus: *antennæ gementes*, Senatores aliique Principes Pompeii fatum dolentes: *carina sine funibus*, ærarium sine pecunia, quæ nervus belli est: *linteum non integra*, vexilla et legiones dissipatæ: *æquora Cycladas nitentes interfusa*, quæ caveri atque evitari debeant; quorundam potentium occulta ambitio, invidiaque alienæ gloriæ. Quippe hi sæpe, specioso publicæ utilitatis prætextu, rebus suis student: atque ut militaria imperia, dignitates ac magistratus captent, pacem impediunt, turbas foveant, populis illudunt, perniciem civium moliantur.

1 *Navis*] Bruti pars intelligi potest, sicut Pompeianæ partes Navi designantur apud Cic. Epist. II. 5. et XII. 25.

*Novi fluctus*] Primum civile bellum exarsit Cæsarem inter et Magnum Pompeium; alterum inter Augustum Antoniumque, et Cæsaris percussores Cassium et Brutum; tertium inter Sextum Pompeium Magni filium et Augustum; de quibus vide Appian. lib. IV. Plutarch. &c.

2 *O! quid agis*] Nempe Antonio hoste Patriæ judicato, literisque per Senatum datis ad Julii Cæsaris in-

terfectores de recuperanda libertate, quid aliud quam incenditur grave bellum, ac Romanum pessumdatur Imperium?

*Fortiter occupa Portum*] Una salutis ratio est: compone pacem cum Octav. Augusto, cui nisi summam defers rerum, nunquam sane conquiesces. Conjecturam audaciorem quorundam retundere videtur iste locus. Nec est quod aut Muretus Quintiliano dormitationem ita objiciat, aut Faber Critic. Epist. 54. alterque ei astipulatus sibi plaudant et acclament velint invento Api, exultantes: *εὐρήκαμεν, συγχαίρωμεν*. Enimvero si, quod volunt illi, citra Metaphoram aut Allegoriam scribat ad eam navim, qua sui amici iratum Augustum metuentes fugere properabant, sique hac Ode secundam ei navigationem apprecatur, non secus ac navi Athenas Virgilium transvehenti, Od. III. quo sensu diceret hic: *fortiter occupa portum*. Immo vero debuisset inclamare ad immorantes: 'solvite protinus;' ad navim autem: 'portum hunc cito desere non tutum; statione male fida statim cede, in qua periculosius quam in alto mari versarere.'

5 *Africo*] Vento Meridionali, de quo Virgil. Æneid. I. 89. 'creberque procellis Africus.'



Antennæque gemant? ac sine funibus  
 Vix durare carinæ  
 Possint imperiosius  
 Æquor? non tibi sunt integra lintea,  
 Non Di, quos iterum pressa voces malo. 10  
 Quamvis Pontica pinus,  
 Sylvæ filia nobilis,

*labefactus, atque antennæ strideant, et vix carina absque rudentibus valeat sustinere mare violentius? Non adsunt tibi vela salva; neque Numina, quæ invoces rursus ærumnis obruta; licet Ponti sis pinus, orta e sylva celebri, atque originem*

*malus cœli* Harl. 4. *saucius Actus* Harl. 1. *saucius ab Africo* Harl. 2.—6 *Antennæ* scribunt multi codd. et edd. vett. *gemunt* Brod. et Alt. 1. ut ex conjectura Bentleii edidit Cuning. et Sanad.—7 Ad hunc versum Jani laudat ex ed. Jones. cujusdam V. D. conjecturam, *guberna*, cujus vocabuli loco nescio.—8 *Possunt* Regin. Zulich. Harl. 3. 4. Fran. Lips. 4. Alt. 2. Brod. Serv. ad Virg. *Æn.* 1. 211. et viii. 577. Venett. 1477. 1478. 1479. Locher. 1498. Cuning. et Wakef. sed Sanad. retinet *Possint* ob *Vix*. Post *Possint* punctum ponit Torrent. ut in tribus codd. et Basil. 1531.—9 *Non tibi sint* Dess. 2.—10 Harl. 4. *quos tecum pressa*. Heinsius ap. Bentr. conj. *pressa* ex 11. Od. 16.

## NOTE

6 *Antennæque gemant*] Fracto navis malo, dependentes ex eo antennæ concidant necesse est: sic et Senatores ac Proceres, qui adhæserant Pompeio, eo quidem sublato gemunt ac dilabuntur. Hi certe alii in alias diffluxere provincias, ex Appiano cit. loc. *Antennæ*, trabs in summo navis malo transversa, cui velum alligatur.

8 *Imperiosius Æquor*] Virtutem ac fortunam Augusti manifeste prævalentes.

10 *Non Di, quos iterum pressa voces*] Cum enim fati destinatum Augusto videatur orbis Imperium, tibi contra fata pugnanti non aderunt aut favent Di. Adde quod 'frustra Neptunum invocat qui secundum patitur naufragium.'

*Di*] Castor et Pollux, Apollo, Minerva, aut quilibet alius, solebat esse et vocari tutela et insigne navis: et sacrarium in puppi collocabatur, vel in prora. Act. Apost. cap. xxviii. scribitur navigare Paulus Alexandri-

na quadam navi, cujus insigne Dioscuri. Pers. Sat. vi. 29. 'jacet ipse in littore, et una Ingentes de puppe Dei.' Quidam sic interpretantur locum hunc: *tibi non sunt Dii, quos iterum pressa voces malo*; Jam Pompeius occidit, Cassius periit, divini illi libertatis vindices; quid tentes ultra?

11 *Quamvis Pontica pinus, &c.*] Sicut adversus tempestatem sævam parum valet nobilitas arborum e quibus compacta est navis, minime quoque picta et ornata puppis; sic a naufragii periculo nequaquam eximit Rempublicam contentionebus laceram, aut ipsius fama quamlibet celebris, aut Ducis exercitus generositas. Hæc enim quid juvant, si præsertim desint præsidia sat firma, ærarium locuples, &c.

12 *Sylvæ filia nobilis*] In Ponti regione multiplex erat sylva, egregiæque arbores fabricandis navibus idoneæ.

Jactes et genus et nomen inutile ;  
 Nil pictis timidus navita puppibus

Fidit: tu, nisi ventis

15

Debes ludibrium, cave.

Nuper sollicitum quæ mihi tædium,

Nunc desiderium curaque non levis,

Interfusa nitentes

Vites æquora Cycladas.

20

*ostentes, vanamque famam. Nauta meticulosus haud confidit pictæ puppi. Tibi prospice, nisi ventis in jocum es destinata. Tu quæ mihi nuper molestum creabas tædium, jam vero desiderium ac solitudinem haud modicam, fuge maria Cycladas emicantes interfuentia.*

2. improbante Jani. *malo voces unns Bersmanni et Dess. 2.—13 Jactes tu generis nomen inutile Lips. 4.—14 Galei codex bonæ notæ ap. Benth. timidus n. p. Fidit; Scaligero placuit, timidus n. p. Fidat. Vir quidam doctus ap. Jones. conj. navita aplustribus.—16 Debes, ludibrium cave Vascos.—18 Unus Bersmanni, Dess. 2. et Harl. 1. nec levis.—19 Duo Lips. Ascens. Cuning. alii, Inter fusa. Harl. 1. 4. Cyclades.*

#### NOTÆ

14 *Nil pictis timidus navita puppibus Fidit]* Ne splendori tui nominis fide, o Republica Romana, vel origini præclaræ: neque tu, Brute, aut ingentitæ nobilitati, aut propriæ existimationi. Sunt enim hæc vana præsidia ac firmamenta.

*Timidus navita]* Ne cum Scaligero putes legendum *timidus*. Est enim *timidus* epitheton nautis semper conveniens, et hic maxime. Sic enim significatur nauta prudenter metuens omnia ab infido mari, ab instabilibus ventis, a repentinis tempestatibus, cum præsertim vehitur navi jam debilitata.

15 *Nisi ventis Debes ludibrium]* A bello desine, nisi vis fortunæ jocantis, aut Martis communis, aut etiam factorum ludibrium esse.

17 *Nuper sollicitum quæ mihi tædium, &c.]* Militaverat Horatius sub Cassio et Bruto; postea tamen Augusto victori conciliatus veniam obtinuerat: hæc autem scripsisse fertur post Casium cæsum, et antequam Brutus ad-

versus Augustum belli aleam experiretur. Ait ergo: O publica salus, quæ tædium mihi tunc præbui ob diuturnitatem discordiarum ac militiæ labores, nunc autem solitudinem et curam præstas ob novos tumultus, cur evidens periculum, talesque angustias sponte adis? Vel ad Brutum loquitur: O Brute, qui sollicitum me habuisti de eventu belli, sub tuis signis merentem, nunc autem tui ac libertatis, quam vindicas, desiderio crucias, cum præcisam salutis tuæ spem animo jam concipiam; si mihi credis, ne Augusti partes fortiores lacesse; pone arma, neve tam periculosæ plenos alexæ labores incassum subi: immo conciliandæ pacis consilia et rationes ini. Vide II. Od. 7. et II. Epist. 2.

20 *Cycladas]* Insulæ sunt circiter quinquaginta, in Ægæo mari in cycli prope formam dispositæ: quæ quidem ob frequentes scopulos, et maris angustias, adiri aut circumnavigari vix citra periculum possunt.

## ODE XV.

IN M. ANTONIUM ET CLEOPATRAM.

Exemplo Paridis luxuriosi Juvenis M. Antonium a Civili Bello deterret. (Similia vetustissimus liber Torrentii, Ms. Gott. Landinus, Locherus, &c. et probat Allegoriam Sanadonus. Ac difficile est rem negare simpliciter: sed nec est, quo refellas eum, qui dicat, Iusisse Horatium vel imitatione vel translatione adeo Græci Carminis. Equidem puto, si cogitavit Antonium et Cleopatram Horatius, illum modo cogitasse, nihil aliud. *Gesn.*)

PASTOR cum traheret per freta navibus  
Idæis Helenam perfidus hospitam,

*Cum pastor fallax per maria abduceret Helenam hospitam navibus Trojanis,*

~~~~~

Ode nona Libri secundi in Ed. Sanad. Variant in Inscriptione codd. Alii habent, *Ad Paridem*; alii, *Ad Alexandrum*; alii, *De Paride*. Venett. Ascens. et Locher. *Prognosticon Trojani excidii*; optimus et vetustissimus codex Torrent. *Ad Alexandrum Paridem, sub cuius persona exprimit imminentia bella*; ceteri, *In M. Antonium et Cleopatram, 'quod hujus loci non est,' inquit Jani.*—2 *Idæis Helenen* Harl. 1. *Helenam* Venett. Ald. Heins. Steph. Delph. Bond. Schrevel. Baxter. Comb. et Wakef. *Helenen* Lambini plerique, Pulm. 1. 2. 3. 4. Cruq. Lamb. Glarean. Bentl. Cuning. Sanad. Jani,

NOTÆ

Metrum idem quod supra Ode vi.

1 *Pastor cum traheret, &c.*] Sicut apud Bacchylidem Cassandra Paridi Trojam ingredienti, ita hic eidem iter agenti, Helenamque belli facem ducenti, Nereus vaticinatur quanta ferat mala, adeoque Trojæ ruinam. Antonium Cleopatras amoribus irretitum exemplo Paridis admoneri ab Horatio non nemo opinatur. Ceterum cuncta fere ex Homero deprompta. Sensus est: Cum Paris Helenam raperet hospitis Menelai uxorem, atque e Sparta Trojam navigaret, Nereus Deus marinus ventos cohibuit, dum perfido illi raptori caneret impendentem cladem, ob violatum jus, et incestas nuptias. Vide Herodot. lib. 11. Eustath. in Iliad. 2.

Pastor] Paris, alio nomine dictus Alexander, expositus in Ida monte,

educatusque a pastore, et ipse aliquamdiu pastor, quanquam erat filius Priami Trojanorum regis et Hecubæ, quæ prægnans facem se ardentem parere somniavit: quo territa et conjectorum impulsa responso exponendum curaverat filium.

Traheret] Per varias regiones, diversaque maria, tandemque in patriam suam Trojam pertraheret.

Navibus Idæis] Fabricatis in Ida Troadis monte.

2 *Helenam perfidus hospitam*] Paris hospitio receptus apud Menelaum, eo quidem absente in adulterium pellexit abduxitque Helenam ejus uxorem; adjuvante nimirum Venere, quæ formosissimam Paridi sponderat fœminam, in præmium iudicii, quo Junoni et Palladi prælata ab eo fuerat.

Ingrato celeres obruit otio
 Ventos, ut caneret fera
 Nereus fata. Mala ducis avi domum, 5
 Quam multo repetet Græcia milite
 Conjurata tuas rumpere nuptias,
 Et regnum Priami vetus.
 Eheu, quantus equis, quantus adest viris
 Sudor! quanta moves funera Dardanæ 10

injucunda tranquillitate ventos veloces oppressit Nereus, ut dira præcineret fata, sic: Infaustis auspiciis donum ducis eam, quam numero exercitu reposcet Græcia conspirans tuas dissolvere nuptias, atque antiquum Priami regnum. Eheu, quantus equis, quantus viris sudor instat! Quantas cædes Trojanæ nationi parvas! Jam

//////////

Mitsch. Bipout. Wetzel. et Kidd.—5 ‘*Proteus pro Nereus legisse videtur Porphyr. sed facile labi poterat, quod Proteus quoque magnus vates.*’ Jani.—9 *Heu heu* Harl. 3. 4. Acr. Palm. 1. 2. 4. tres Torrent. unus Bersmanni, Lips. 1. Altt. 1. 2. Fran. Ascens. Fabr. Vet. Comb. et Venett. *Heu* quasi dissyll. quidam ap. Fabr. *Heus! heus!* Lips. 4.—12

NOTÆ

3 *Ingrato celeres, &c.*] Quoniam ventorum natura est erumpere et vagari: hinc nihil injucundius ipsis est quam frænari et in otio contineri. Est qui referat ad Paridem, celeriter avehere prædam suam cupientem: cui proinde valde ingrata fuerit ea mora. Sed cum per multas ac diversas regiones Paris Helenam circumduxisse legatur, antequam in Troadem perveheret, non videtur ea posse interpretatio stare.

4 *Ut caneret fera Nereus fata*] Dum excidium patriæ ac paterni regni prænuntiaret flagitioso Paridi, ventos compressit Nereus, silentiumque imposuit. Quidam contentiose legunt, *Proteus*, eo quod apud Homerum ille de Trojanis rebus vaticinetur; Nereo autem vix id muneris tribuatur. Verum Poëtæ quid non licet? Deinde naviganti quis melius vaticinans inducatur quam marinus Deus? Adde quod Apollon. Rhod. Interpretes in Argonautic. iv. ex Pherecydis sententia, scribit Nereum co-

actum respondere velut oraculum. Apollodorus lib. ii. de Nymphis Jovis ac Thetidis filiabus, vatem facit Nereum: et Hesiodus in Theogon. veridicum eum appellat. Maneat ergo Nerei Prosopopœia, et recte posita censeatur.

5 *Mala ducis avi domum*] Ex Augurum observatione tracta dictio; id est, malo omine, infelici augurio Helenam ducis, o Pari, tibi que assumis et rapis uxorem alienam.

6 *Multo milite*] Homer. naves Græcorum numerat 1146.

7 *Conjurata*] In portu Aulidis Græciæ Principes universi jurejurando se astrinxerunt non discessuros a bello, donec Helena restitueretur, illataque Græcis injuria vindicaretur, eversa Troja.

9 *Quantus equis, quantus, &c.*] Quanta discrimina, quantæ strages ac labores virorum et equorum in decenniali bello!

10 *Dardanæ Genti*] Dardanns Jovis ex Electra filius in Asiam veniens

Genti! Jam galeam Pallas et ægida

Currusque et rabiem parat.

Nequicquam, Veneris præsidio ferox,

Pectes cæsariem, grataque fœminis

Imbelli cithara carmina divides :

15

Nequicquam thalamo graves

Pallas aptat cassidem et clypeum, et currus, et furorem. Frustra superbus ob Veneris favorem pectes comam, et lyra molli jucundas mulieribus cantilenas distribues. Frustra fugies lanceas nuptiali toro molestas, et acumen telorum Cretensium,

~~~~~

*Currus et Harl. 5. in rabiem parat Alt. 2.—17 Codd. variant Cossii,*

NOTÆ

condidit eam gentem, quæ a Troë postea Trojana dicta est. Ab eo ortus Priamus. Virgil. *Æneid.* viii. 134. ‘Dardanus Iliacæ primus pater urbis et auctor,’ &c.

11 *Jam galeam Pallas et ægida*] Pallas et Juno pro Græcis pugnant nemp: tum quod manebat ‘alta mente repostum Judicium Paridis, spretæque injuria formæ,’ tum quia virgo Pallas flagitioso Paridi infensa erat. Porro bellicosæ Palladi sueta aptantur hic arma. Ovid. *Met.* vi. 79. ‘Dat galeam capiti, defenditur ægide pectus.’ Virgil. *Æneid.* viii. 435. ‘Ægidaque horrificam, turbatæ Palladis arma.’ Quem in locum Servius ita scribit: ‘Ægis pectoris est munimentum, habens in medio Gorgonis caput. Quod si in pectore Numinis fuerit, ‘ægis’ vocatur: si in hominis pectore, ut in antiquis Imperatorum statuis videmus, ‘lorica’ dicitur.’

12 *Currusque et rabiem*] Bigas et quadrigas bellicas Pallas invenisse fertur: et apud Homer. e curru, non ex equo pugnari scribitur. *Rabiem*] Iram, indignationem, furorem, et impetum animi, quæ quidem vix absunt a quocumque bello.

13 *Nequicquam, Veneris præsidio ferox, &c.*] Tunc parum juvabit te

præsidium Veneris minime bellicosæ; multo minus decebit illa tua venustas et cultus corporis: quæ apud mulieres valent quidem, non ita vero adversus hostem. Vide supra *Od.* xii. vs. 41. Apud Homer. *Iliad.* Γ. idem Paris sic admonetur, objurgaturque: ‘Inutilis erit tibi cithara, ac munera Veneris, et coma, et species, quando humi in pulvere jacebis mixtus.’

15 *Cithara carmina divides*] Modulaberis distincte, concinne, ex arte, modo hos, modo istos carpendo nervos: non male sic; melius tamen: modo lyra, modo voce alternatim canendo: at optime alii interpretantur, mulierosum Paridem modo huic, modo illi feminae gratificari, ac suam cuique cantilenam dispertire. Sic infra *Od.* xxxvi. ‘dividere oscula,’ est, singulis dare oscula.

*Imbelli cithara*] Hac quidem valebat Paris, sed quam bellicoso viro parum conveniret, ostendit Alexander ille Magnus, cum Paridis sprevit citharam, Achillis optavit. Illa videlicet amores ac nugæ, hac heroum laudes celebrantur. Plutarch.

16 *Nequicquam thalamo graves Hastas, &c.*] Licet initio amori ac nuptialibus jocis vaces, at tandem ad arma concurrendum erit, et seras licet pœnas exsolves, cum humi pro-

Hastas, et calami spicula Gnosii  
 Vitabis, strepitumque, et celerem sequi  
 Ajacem. Tamen, heu! serus adulteros

Crines pulvere collines.

20

Non Laërtiaden, exitium tuæ  
 Gentis, non Pylum Nestora respicis?

*sonitumque, et acrem insequendo Ajacem. Attamen, heu! tarde machos capillos pulvere insperges. Nonne vides filium Laërtis, nonne Pylum Nestorem populo*

//////////

*Gnosii, Gnosii.* Vide Varr. Lectt. ad Od. xxx. 1.—18 Harl. 6. *strepitumque*; Waddel. Animadv. Critt. p. 42. laudans Virg. Æn. ix. 233. conj. *trepidumque*, improbante Jani. *serus adulter hos vir quidam doctus ap. Jones.*—19 Harl. 4. *Tamen heu! sero.*—20 *Cultus pro Crines* Tornes. Lamb. duo Bland. et Mald. Cruq. Pulm. 1. Fran. Lips. 1. et 2. a m. pr. 'Forte orta lectio e glossa *cultos* quam ascripserat aliquis ad *adulteros*.' Jani.—21 Harl. 1. Græv. Regin. unus Fabricii, Mentel. duo Lips. Dess. 2. *excidium.*—22 *Genti* Harl. 1. tres Bland. Cruq. quidam Lamb. Græv. et Regin. et sic

#### NOTÆ

stratus in pulvere volutaberis, trahe-  
 risque a victore hoste crinibus illis,  
 adulterii incentivis.

17 *Gnosii*] Gnosus urbs Cretæ,  
 cujus populi sagittas emittendi arte  
 pollebant. Adde quod, ex Plinio,  
 abundat Creta cannis gravioribus ad  
 faciendas sagittas aptissimis. Porro  
 inter Proceres Græcos erat Ido-  
 meneus Cretensium dux, Merionis  
 comes.

18 *Celerem sequi Ajacem*] Pedum  
 celeritate Ajax clarus, ut eum inse-  
 quentem evaderet nemo. Verum  
 Oilensne, an Telamonius? Hic certe,  
 si Daretî Phrygio fides, Paridem per-  
 seque et occidere legitur.

19 *Serus adulteros Crines pulvere col-  
 lines*] Quamvis effugias aliquamdiu,  
 non tamen poteris semper declinare  
 pugnam et congressum, in quo cum  
 vel prostratus vel occisus fueris, pul-  
 vere tandem fœdabuntur erines illi tui  
 tanto studio calamistrati, et unguen-  
 tis delibuti, quibus Helena in amo-  
 rem, et hinc in adulterii facinus a te

pertracta est. Vel simpliciter: Cri-  
 nes illos tuos oportebit tandem belli-  
 co pulvere aspergi et illini, quos un-  
 guentis duntaxat antea illinere sata-  
 gebas. Sunt enim qui affirmant Pa-  
 ridem Ajacemque Oileum concer-  
 tantes mutuis occubuisse vulneribus;  
 alii volunt Paridem, postquam Achil-  
 lem interemisisset, a Pyrrho, alii au-  
 tem a Philoctete, interfectum.

21 *Laërtiaden*] Ulysses filium La-  
 ërtis, Ithacæ et Dulichii Insularum  
 Regem, prudentia solertiaque super  
 æthera notum. *Exitium tuæ Gentis*  
 Nempe quia detexit ipse atque ad  
 Trojanum bellum adduxit Achillem,  
 sine quo ex fati capi Troja non potu-  
 isset.

22 *Pylum Nestora*] Hic sapientia  
 et vitæ diuturnitate inclutus, apud  
 Pylum Peloponnesi oppidum ednea-  
 tus, jam senior cum aliis Græciæ pro-  
 ceribus convenit ad expeditionem  
 Trojanam. De eo fertur Agamem-  
 non dixisse: brevi expugnandum Ili-  
 um, si decem Nestores adfuissent.

Urgent impavidi te Salaminus  
 Teucer, te Sthenelus sciens  
 Pugnæ, sive opus est imperitare equis, 25  
 Non auriga piger. Merionen quoque  
 Nosces. Ecce, furit te reperire atrox  
 Tydides, melior patre :  
 Quem tu, cervus uti vallis in altera  
 Visum parte lupum graminis immemor, 30  
 Sublimi fugies mollis anhelitu ;  
 Non hoc pollicitus tuæ.

*tuo fatales? Te Salaminus Teucer, te Sthenelus belli gnarus, ac si oportet equos regere, ductor haud segnis, intripidi persequuntur. Senties etiam Merionem. En ardet incurere in te impavidus Tydei filius genitore fortior. Hunc tu, velut cervus aspectum in adversa vallis regione lupum, herbarum oblitus, fugies effeminatus, graviter anhelans: quod quidem tuæ nequaquam promisisti. Indignata classis*



Cuning. ut sit: qui erit exitium tuæ Genti.—23 Salaminus, Teucerque, &c. distinguit Glarcan. ut Salaminus sit Ajax Telamonius.—24 Teucer et unus Vat. et Torn. Lamb. quidam Cruq. Pulm. 1. 2. 3. 4. duo Bersm. Franeq. Lipss. duo, Dess. 2. Harl. 1. 2. 3. Bentr. plurimi, Venett. 1477. 1478. 1479. 1490. Asc. Locher. Teucerque et omnes Torrent. Mentel. unus Bentr. isque recentiss. Venet. 1590. Basil. 1531. Sic dederunt Steph. Fab. Bentr. Dacer. Cun. San. Jon. Wakef. et Kidd. Teucer, te Sthen. duo Vatt. Harl. 4. 5. 6. Jannoet. Faërn. Russ. Nicot. ap. Lamb. tres Bland. et Mald. Crnq. Lips. 2. et sic Heins. Rntg. Baxt. Quod 'cum præterea et ἐμφατικώτερον sit, et intelligi possit, quomodo ex eo illæ variatt. ortæ sint,' ita edidit Jani. Ita etiam Bipont. Mitsch. et Wetzl.—27 Harl. 6. certe pro ecce.—28 Tydides, et Tydides nonnulli codd. et edd. vett.—29 Quos tu Jones. pro v. l.—31 Sublato fugies pro v. l. ap. eundem.—32 Non sic pollicitus conj. Cuning.

#### NOTÆ

23 Salaminus Teucer] Ajacis ille frater. Vide supra, Od. vii. 27. et seq.

24 Sthenelus] Vir pugnacissimus, comes Diomedis, unus eorum qui equo se Trojano abdidierunt.

26 Merionen quoque Nosces] Tuo quidem malo cognosces et experiere virtutem, iram, acresque animos Merionis. Hic patruelis erat Idomenei Cretensium Ducis. De eo supra, Od. vi. 15.

28 Tydides, melior patre] Supra Od. vi. 'Tydidem Superis parem' vocat

Horatius, sane quia Iliad. E. dicitur Martem ac Venerem in prælio vulnerasse. Unde ibid. Homerus ejus ferociam comparat flumini omnia subvertenti, ac leoni vulnerato. Non mirum ergo, si hic Tydeo patre, quam bono et forti, melior tamen ac fortior Diomedes nuncupetur.

31 Sublimi fugies mollis anhelitu] Ferocem illum Diomedem patre meliorem ac Superis parem fugies, tam graviter anhelans, præ metu et pavore, quam cervus lupum aspiciens. Mecum vero, lector, mirare, quo du-

Iracunda diem proferet Ilio,  
 Matronisque Phrygum classis Achillei :  
 Post certas hyemes uret Achaicus  
 Ignis Iliacas domos.

35

*Achillis Trojæ Trojanisque sæminis fatale tempus differet : at post aliquot annos ignis Græcorum Trojanas ædes incendet.*



*Non hæc pollicitus* Alt. 2. *Non id pollicitus* alii.—35 *Post denas* emend. Markl. ad Stat. Sylv. p. 247. *Post tertris* var. lect. ap. Jones. i. e. *Post ter tris*, vel *tres*. ‘*Achaius* edidi, cum auctoritate Cunn. et San. tum quod magis poetica est forma. Vid. ad I. Od. 6. 14. Drakenborch. ad Sil. xv. 306. et Heyn. ad Æn. II. 462. Sic et Alt. 2. a m. s. quod certe, a codd. non abesse eam lectionem, probat. Vulgo *Achaius*.’ Jani.—36 ‘*I. Iliacas d. vulgaris* lectio ; sed ea versus Glyconici metrum nullo exemplo læditur ; et quæ ad eam defendendam proferri solent exempla, huc non conveniunt, quia syllaba *nis* vocis *Ignis* non est Cæsura. Itaque dedi *Pergameas*, quod et in codicibus esse testatur Glarean. et receperunt Cuning. et Sanad. confirmatque Schrader. V. C. Emendatt. præf. p. 22. *Iliacas* hand dubie e glossa est.’ Jani. *Dardaniæ* vel *barbaricas* conjecturæ ap. Jones. *barbaricas* vult quoque With. quæ vox in codd. <sup>ll</sup>*bbicas* scribitur, unde *Iliacas*. *Pergameas domos* etiam Bipont. Mitsch. et Kidd.

## NOTE

cat carpendi cacoëthes. En Scali-ger, ‘ex toto Galeno,’ inquit, ‘non intelligo quid sit, sublimis anhelitus.’ Verum enim, sine Medicæ scientiæ aut Medicorum ope, bene intelligitur copiose et ex alto pectore anhelare cervus, vel potius, elato et sublimi, ut fit, capite fugiens, ore quoque sublimem anhelitum ac spiritum efflare.

32 *Non hoc pollicitus tuæ*] Intrepidum te nimirum jactaveras, o Paris, Helenæ per illicitos amores *tuæ*, et Menelao totique Græciæ parem te unum ostentaras. At facile est apud amasiam gloriari : non ita apud Græcos raptam perfide, et ultionem justam ‘multo milite repetentes.’ Ovid. Epist. Paridis ad Helenam, vs. 351. ‘Finge tamen, si vis, ingens consurgere bellum : Et mihi sunt vires ; et mea tela nocent. Nec plus Atrides animi Menelaus habebit, Quam Paris, aut armis antefendus erit.’ Et quidem provocatus a Menelao Paris

ad singulare certamen, vixque tandem congressus, nisi ope Veneris subtractus esset, certe victus occubisset, ex Homer. Iliad. F. unde ibid. Helena inducitur suam Paridi exprobrans ignaviam, et Menelai, quem prius ille contemserat, virtutem experto insultans.

33 *Iracunda diem proferet Ilio, &c.*] Achilles ob ereptam sibi Briseidem iratus a pugna et bello suam classem continens Trojæ quidem fatum aliquamdiu retardabit, diemque Trojæ ac Trojanis ultimam differet : at ubi Patroclum audiet ab Hectore peremptum, tum ad arma, et amici vindictam convolabit, nec ponet iram donec Hectorem Iliensium defensorum unicum prosternat. Virgil. Æn. II. 324. ‘Venit summa dies, et ineluctabile tempus Dardaniæ : fuimus Troës : fuit Ilium, et ingens Gloria Teucrorum,’ &c.

34 *Phrygum*] Phrygia Asiæ Minoris regio, cujus pars est Troas, ac



NOTÆ

Metropolis Troja.

*Achillei*] Achilles fortissimus Græcorum, vel suo nomine apud omnes famosus.

35 *Post certas hyemes*] Post certum annorum spatium fatis decretum.

Chalcas augur, e passerum numero, post annos decem Trojam expugnandam diruendamque prædixerat.

*Uret Achaicus Ignis Iliacas domos*] Achaia Græciæ pars. Synecdoche. Quidam legunt, *Pergameus domos*.

ODE XVI.

PALINODIA AD TYNDARIDEM.

Satisfacit Tyndaridi, h. e. Gratidiæ Unguentariæ Neapolitanæ, amicæ suæ, quam in Epodis sub Canidiæ nomine miserrime laceraverat. (Canidiam vehementer læserat Poëta I. Sat. 8. tum Epod. v. et VII. quos libros ante hunc scriptos ponit Bentleii ratio. Hæc Ode Palinodiam continet vel versam e Græca Stesichori, vel imitatione expressam, quod indicat nomen 'Tyndaridis,' et primus versus. Si omnino Canidiam s. Gratidiam respicit, de quo viderint, qui affirmant, hæc Palinodia, ad filiam illius directa videtur. Nam Canidiam jam aoum fecit in superioribus. *Gesn.*)

O! MATRE pulchra filia pulchrior,  
Quem criminosis cumque voles modum

*O formosa genitrice nata formosior, quem libuerit finem dabis injuriis Iambis,*

//////////

Ode tertia Libri quinti in Ed. Sanadoni. Duo codd. Torrentii, *Palinodia Gratidiæ ad Tyndaridem amicam*; vetusti libri ap. Jani, cum Locher. Ascens. et Venett. *Ad amicam*; alii, *Ad Tyndaridem*.—2 Alt. 2. *Quem lacrimosis*.—

NOTÆ

Metrum idem quod Ode IX. supra.

Quæcumque valent ad placandum iram, hæc adhibet Horatius ad mitigandum offensæ puellæ animum. Scripserat olim Iambos aut adversus ipsam, aut contra matrem ipsius. Jam volens redire in gratiam cum ea quam deperibat, 1. fatetur se peccasse: 2. non per contemptum se fecisse quicquam, sed per iram, asserit: 3. vindictam offert. Porro quæ sit, quæque vocetur amica illa non constat. *Gratidiæ* nomen reperitur in quibusdam codicibus inscriptum. Alii volunt hanc esse Tyndaridem illam, ad quam Ode sequens nuncupata est.

1 *O matre pulchra filia pulchrior*] Aiant quidam scriptum dicaciter ante ab Horatio fuisse: 'O matre turpi filia turpior.' Quicquid sit, jam laudat egregie puellam, sciens nihil fere mulieri jucundius esse, quam forma et pulchritudine commendari. Imitatio vero est Stesichori, qui cum Helenam quandam Siculam Iambis proscidisset, Apollinis oraculo primus Palinodiam canens, oculorum usum, quem amiserat, recepit.

2 *Quem criminosis cumque, &c.*] Criminis se reum, pœnamque subire quamlibet se paratum profitetur; ejusque, quam læsit, arbitrio cuncta permittit.

Pones Iambis; sive flamma,  
 Sive mari libet Adriano.  
 Non Dindymene, non adytis quatit  
 Mentem sacerdotum incola Pythius,  
 Non Liber æque, non acuta  
 Sic geminant Corybantes æra,

5

*seu igne, seu mari placet Adriatico. Nec Cybele, nec Apollo inhabitator animum sacrificulorum in sacrariis itu commovet, nec Bacchus; neque Corybantes tam cre-*

//////////

4 Sanad. *libet. Hadriano* Torrent. Benti. Cuning. San. Jani, Wetzel. Mitsch. et Wakef. *Adriano* in vulgg. Vide Jov. Pontan. de Aspiratione 1. Ald. Manut. in Orthogr. Bronk. ad Propert. 1. 6. 1. et Drakenb. ad Sil. Ital. VIII. 439.—5 Alt. 2. *Nec D. nec.* Tib. Hemsterbus. conj. *adyti*, probante Valcken. ad Herod. v. 5.—6 Alt. 2. *Mentes sacerdotum.* Sanadon. legit: *Non Liber æque, non a. q. M. s. i. P. Non Dindymene, non, &c.* sed contra omnes codd. et edd.—8 *'Sic geminant* vulgata lectio; sed quæ sensum valde obscurat ac turbat. Nam vs. 9. ob antecedens *non sic* aliter accipi prorsus non potest, ac: *tristes ut iræ geminant æra.* Quæ enim ex Virgil. *Æn.* 11. 496. v.

#### NOTE

3 *Iambis*] Sunt enim Iambici versus ad maledicendum aptissimi. 'Sicut Iambus ex brevi et longa constat, ita contumelia ex parvis initiis ad magna procedit.' *Suidas.* 'Ἰαμβίζειν Græcis est maledictis insectari. Horat. ad Pisones: 'Archilochum proprio rabies armavit Iambo.'

*Sive flamma, Sive mari libet*] Ipse suum carmen maledicum damnat igni, vel aqua, ut placuerit. Tibull. 1. 9. 49. 'Illa velim rapida Vulcanus carmina flamma Torreat; et liquida deleat amnis aqua.'

4 *Adriano*] Synecdoch. pro quolibet mari.

5 *Non Dindymene, &c.*] Iræ describit vim et impotentiam, in eamque culpam omnem suam transferre satagit, ut odium et contemptum, quo gravius nihil ad offensam, omnino abfuisse comprobet.

*Dindymene*] A Phryglæ monte Dindymo dicta Cybele, cujus ibi sacra peragebantur, Sacerdotesque furore perciti membra sibi incidebant.

*Non adytis quatit, &c.*] Conglobata comparatione iræ vehementiam exaggerat. Nec Cybele, inquit, suos sacrificulos, nec Apollo Phœbades oracula responsaque edituras, nec Bacchus Mænadas et Bacchantes in Orgiis tanto furore implent, quanto irritatus amor amantem.

6 *Incola Pythius*] Apollo Delphos, quæ urbs etiam Pytho dicta, incolens, ibique præcipue cultus et celebris: vel ita dictus a Pythone serpente interfecto. De quo vide Macrob. Saturnal. 1. 17. Cælar. Rhodig. XVI. 19. Alex. ab Alex. VI. 2. *Incola*] Insector, invadens et affians mentem Pythiæ tripodis insistentis, in adytis ac penetralibus templi, ut extra se rapta, jamque enthea, divina loquatur.

7 *Non Liber æque*] De Bacchanalium origine, insania, abrogatione, vide Liv. XXXIX. 8. et seq.

*Non acuta Sic geminant Corybantes æra*] Neque tam crebris ictibus pulsant Corybantes ærea cymbala, cum

Tristes ut iræ: quas neque Noricus  
 Deterret ensis, nec mare naufragum,  
 Nec sævus ignis, nec tremendo  
 Jupiter ipse ruens tumultu.

10

*bro pulsant cymbala acuta, sicut mæsta indignatio; quam nec gladius ex Illyrio cohibet, nec mare naufragiis infestum, nec dira flamma, nec ipse Jupiter horrisono*

//////////

144. profert Gesnerus exempla, ut hoc non opus esse probet, ea huc non conveniunt; nam in iis post subjectum commemoratum simpliciter sequitur *non sic, non tam*, pro formula comparisonis; sed h. l. *non sic geminant Cor. æra, Tristes ut iræ*. Felicissime emend. Bentl. *Si geminant*; quem sequuntur Cun. et Sanad. ut sensus sit: Non æque Cybele, non Apollo, non Bacchus, non Corybantes, si acuta æra geminant, mentem quatunt. Sic omnia expedita. *Jani. Si geminant* habent etiam Mitsch. Wetzel. Bipont. et Kidd. *Sic geminant* Delph. Bond. Schrevel. Baxt. Talbot. Pine, Juven. Franc. Comb. et Wakef. *Choribantes* in nonnullis codd.—12 Scaliger, Poët. vi. 7. mallet: *Jupiter horrisonus tumultu, vel, tremenda Fulminis horrisoni ruina.*—

## NOTÆ

furiosi discurrunt, quam ira mentem variis motibus concutit. *Corybantes*] Rheæ sacrificiuli, iidem qui Curetes, ex Strabone lib. x. et Lucret. lib. ii. dicti vel a κόρυς, *gulea*, vel a κορύπτω, *cornibus peto*; item *caput jacto*; vel a κρύβειν, vel κρυβάζειν quoniam adjuverunt Rheam in abscondendo partu: vel a κρούειν, *pulsare*, et strepitum ac sonitum reddere: quoniam ex Lucret. cit. ‘pulsabant æribus æra,’ et ex Apollod. lib. i. τοῖς δόρασι τὰς ἀσπίδας συνέκρουον, *hastis clypeos percutiebant*: sic nimirum ‘Jovis illum Vagitum in Creta quondam occultasse feruntur, ... Ne Saturnus eum malis mandaret adeptus.’ Lucret. ii. 636. et paulo ante: ‘Tympana tenta sonant palmis, et cymbala circum Concava, raucisonoque minantur cornua cantu, Et Phrygio stimulat numero cava tibia mentes, Telaque præportant violenti signa furoris.’ Omnes autem a Græco origines parum satisfaciunt, et longe petitæ ac perperam confictæ videntur. Magis certe ad rem est quod refert Diod. Sicul. vi. 11. *Corybantas* dictos a Cybeles filio *Corybanto*, qui sacra Matris Deum in

Phrygiam detulit; quique abs se nominavit eos qui Matris sacrificiis incumbebant.

9 *Tristes ut iræ*] Nihil æque violentum est ut iratus amor ac tristis quod se sperni sentiat, aliumque præferri: tunc extrema quæque meditatur, atque etiam tentat ac molitur sæpius.

*Neque Noricus Deterret ensis*] Pergit ostendere iræ pertinaciam, quam nec frangit armorum aut mortis horror, nec ignium aut Jovis ipsius tonantis fragor ac metus. *Noricus ensis*] Optimi scilicet enses fabricantur in ea regione Illyrii. Plin. xxxiv. 14. ‘Alibi vena bonitatem hanc præstat, ut in Noricis: alibi factura, ut Sulmone aqua.’

10 *Nec mare naufragum, &c.*] Sic qui ad ultionem parandam, vel ad quærendum quod vehementer amat contendit, per maris discrimina quælibet, per tela, per ignes intrepidus, ac cæco velut impetu rapitur et properat: nec ulla unquam reverentia, nec pavore tonitruorum ac fulminum retardatur aut deterretur.

Fertur Prometheus addere principi Limo coactus particulam undique Desectam, et insani leonis	15
Vim stomacho apposuisse nostro.	
Iræ Thyesten exitio gravi Stravere, et altis urbibus ultimæ Stetere causæ cur perirent Funditus, imprimeretque muris	20

*fragore. Dicitur Prometheus primario luto obstrictus adjungere portionem hinc et inde decerptam, pectori nostro indidisse vehementiam furentis leonis. Iracundia Thyestem perdidit execranda strage; atque extremas præbuit causas maximis civitatibus, ut prorsus diruerentur; ac mœnibus infestum aratrum applicaret super-*

//////////

14 Bentl. Scaligeri argutiis motus, conj. *coactam* (i. e. collectam) *particulam undique, Desectam, &c.* et sic edidit Sanad.—16 *Vim st. imposuisse* Harl. 4.—

#### NOTÆ

13 *Fertur Prometheus, &c.*] Amplificatio est per amœnam causæ disquisitionem; unde nempe homini sic dominetur ira: fabellamque confingit, vel intexit, de Prometheo, qui formans hominem varias ei indiderit affectiones diversis ex animantibus depromtas, ut vulpis astutiam, leonis iracundiam ferveutemque bilem, &c. *Coactus*] Quia cum in fingendis brutis omnes naturæ facultates absumsisset, coactus est demum e singulis aliquid decerpere, quod homini daret. Vide Fulgent. Mytholog. lib. III. cap. de Peleo.

*Principi Limo*] Homini: qui licet ex argilla et limo non secus ac cetera animantia conflatus, in ea tamen principatum obtinet. Vide Lucret. lib. v. Diodor. Sicul. i. 1. &c.

17 *Iræ Thyesten, &c.*] Effectus iræ persequitur. De Thyeste atque Atreo fratribus tam infanda in sese invicem perpetrantibus, ut Sol aversatus retro conversus sit, omnibus auditum: et jam dictum est, Od. vr. 8. ad 'sævam Pelopis domum,' quæ quidem per iram perditam et consumpta interiit

'exitio gravi:' seu cum Thyestes appositum ab Atreo filium devoravit; seu cum ob vitiatam uxorem Atreus execranda illa ratione ultionem petiit, &c.

18 *Altis urbibus ultimæ Stetere causæ cur perirent Funditus*] Interdum urbes expugnantur non odio, sed quadam eas tenendi cupiditate: at cum ira facit ut capiantur, tum ultimi quoque fit causa excidii, impellitque ad eas a fundamentis diruendas, ne quod vestigium supersit civitatis.

20 *Imprimeretque muris Hostile aratrum, &c.*] Per iram victor hostis non solum urbes aliquando demolitur, sed et excisis mœnibus ædibusque universis, solum aratrum; *imprimetque aratrum* iis locis, in quibus erant muri antea, arces, ædesque. Hinc illud: 'Et seges est ubi Troja fuit.' Manilius iv. 555. ejus, qui sub ortum caudæ Scorpii fuerit natus, gravem iram et victoriam ita præsigit: 'Aut sternet positas urbes, inque arva reducet Oppida, et in domibus maturas reddet aristas.' Socrates Ecclesiast. Histor. iv. 31. de Valente Imperatore

Hostile aratrum exercitus insolens.  
Compesce mentem; me quoque pectoris  
Tentavit in dulci juventa  
Fervor, et in celeres Iambos

*bus exercitus. Animum reprime. Me etiam impulit cordis ardor in amœna ju-*

//////////

23 Mentel. *Tentavit dulci*, ommissa præpositione. Waddel. Animadv. Critt. p. 43. timide conj. *indulci in juventa.*—24 Quidam ap. Jani, *in celebres.*—

NOTE

Constantinopolitanis irato, refert minatum esse civitati vastitatem, adeoque ἄροτρον βαλεῖν κατ' αὐτήν aratrum in eam immisurum. Seneca de Clementia i. 26. 'Injicere tectis ignem,' inquit, 'aratrum vetustis urbibus inducere, potentiam putat.' Quem in locum J. Lipsius citat Horatii locum quem explicamus, aitque: mos erat iste in evertendis olim urbibus: et sicut aratro condebantur, ita aratro pariter significabant excindi: affert quoque Modestinum Juriscons. 'Si ususfructus civitati legatus sit, et aratrum in eam inducitur, civitas esse desinit: ut passa est Carthago; ideoque quasi morte desinit habere usumfructum.' Vide Isidor. xv. 11. Cœl. Rhodig. xxvi. 5. Alex. ab Alex. vi. 14. ubi non ædificandis modo urbibus, sed et funditus evertendis aratrum induci ait, quasi segetes ibi mox futuras denotaretur. Immo quandoque tantum est odium, tantus ulciscendi appetitus, ut versa aratro terra sale inspergatur, ad eam sterilitati damnandam. Quod egregie suo more explicans S. Hieron. in Matth. cap. v. 'Legimus,' inquit, 'in scripturis urbes quasdam ira victorum sale seminatatas, ut nullum in ipsis germen oriretur.' Scilicet Judic. libro, cap. ix. Abimelec Sicliumitarum maledictis exacerbatus eorum 'nrben cepit, interfectis habitatoribus ejus, ipsaque destructa, ita ut sal in ea dispergeret.'

22 *Compesce mentem*] Quandoquidem igitur tam ferox et impotens ira est, ut ad ultima quæque præter jus et fas adigat, quæso obtestorque, ne ei indulgeas, sed compescas mentem iracundam. Nam et ego male me ipsi indulisse jam agnosco. Unde et *mutare quæro*. Juveniliter in culpam lapsus sum: nunc ætate factus sapientior, errati veniam peto.

*Me quoque pectoris, &c.*] Ex dictis infert Horatius idem fere quod habet Cicero ad Attic. i. 14. 'Si quidem ita statueris, et irritabiles animos esse optimorum sæpe hominum, et eosdem placabiles, et esse hanc agilitatem (ut ita dicam) mollitiemque naturæ? plerumque bonitati; et, id quod caput est, nobis inter nos nostra sive incommoda, sive vitia, sive injurias esse tolerandas; facile hæc, quemadmodum spero, mitigabuntur. Quod ego ut facias te oro, qui te unice diligo,' &c.

23 *In dulci juventa*] Quo voluptatum avidior est juvenis, eo est irritabilior, si negentur eæ ad quas anhelat, vehementiusque ad ulciscendum fertur. Id sibi contigisse Horatius fatetur, atque Iambos ita scripsisse mordaces quidem, dum non alia suppeteret ratio sedandi animum amore et ira *furentem*. At nunc laudes et encomia se scripturum pollicetur, ut quasi deleat quæ tristitia prius et acerba scripserat. Nam, quod ait III. Od. 14. 'Lenit albescens animos ca-

Misit furentem : nunc ego mitibus  
Mutare quæro tristia ; dum mihi  
Fias recantatis amica  
Opprobrâs, animumque reddas.

25

*ventute, atque ad citos Iambos iracundum adigit. Jam vero cupio vertere dira suaribus, modo retractatis conviciis mihi fias propitia, atque benevolentiam reparas.*

28 Cuning. animamque reddas.

## NOTE

pillns Litium et rixæ cupidus protervæ: Non ego hoc ferrem calidus juventa, Consule Planco.'

24 *Celeres Iambos*] 'Pes citus,' ad Pisones: seu quod facile incurrit, seu propter frequentes syllabas breves in puris Iambicis.

26 *Dum, mihi Fias recantatis amica, &c.*] *Dum*, id est, modo tu quoque desinas me lacerare conviciis et dictis probrosis. Vel potius, *dum*, id est, donec mihi desinas esse inimica, cum me videris palinodiam canere: donec

igitur mihi priora opprobria recantanti, ac mitibus tristia mutanti fias amica, non cessabo tibi supplicare, mitia scribere, atque omni ratione animum tuum demereri.

28 *Animumque reddas*] Hinc videtur significare Horatius, extitisse quandam olim amicitiam quam velit reparari; proindeque non matrem puellæ istius, sed ipsam puellam Iambis et diceriis abalienatam intelligere oporteret.

## ODE XVII.

## AD TYNDARIDEM.

Invitat Tyndaridem, sive Gratidiam, jam sibi reconciliatam, ad villam suam in Sabinis, elegantissime descripta loci amœnitate.

## VELOX amœnum sæpe Lucretilem

*Celer Faunus Lycæum frequenter commutat Lucretili jucundo; caprasque mcas*

Ode septima Libri quinti in Ed. Sanadoni. Libri duo Torrentii: *Ad Tyndaridem agri Sabinî laus, et montis Lucretilis*; Lips. 3. *Ad eandem Tyndaridem*; alii codd. *Tyndarida Puellam invitat in villam suam.*—1 *Lyceo sine diphthongo*

## NOTE

Metrum idem quod Od. IX.

Non vulgaria dictionum ornamenta continet hæc Ode: ea, lector, collige: *Igneam æstatem defendit capellis, pluviosque ventos. Olentis uxores mariti. Martiales lupi. Usticæ cubantis*

*saxa lævia. Benigno cornu manabit opulenta copia ruris honorum. Reducta vallis. Fides Teia. Laborantes in uno. Lesbium innocens. Incontinentes manus. Male dispar. Immerita vestis, &c.*

1 *Velox*] Fauni agrestes Dii, cursu

Mutat Lycæo Faunus, et igneam  
 Defendit æstatem capellis  
 Usque meis pluviosque ventos.  
 Impune tutum per nemus arbutos  
 Quærunť latentes et thyma devię  
 Olentis uxores mariti ;  
 Nec virides metuunt colubras,  
 Nec Martiales hæduleæ lupos ;

5

tutur semper ub æstate fervida, ventisque imbriferis. Faunina masculi fecentis, citra periculum errantes per sylvam, securæ investigant arbutos occultas ac thymum; capri vero non timent lupos Martios, neque colubras virides; quomodocunque, o

//////////

Jani, Bipont. et Wetzel. cum nonnullis codd. et edd. antiq.—5 *Impune totum* quidam codd. Lambini, præferente Marci. et sic dederunt Rodell. Bentl. Cuning. Kidd. et Wakef. *tutum* servant omnes alii codd. et edd.—8 Porphyr. Mentel. Franeg. Harl. 4. 6. unus Bersm. Lips. 3. 4. Venett. 1477. 1478. 1479. 1590. 1591. Fabr. Torrent. H. Steph. Faber. Dacer. Jones. et Delph. *colubros*; duo Vatt. et Faër. Lamb. quatuor Torrent. quatuor Blandd. Div. et Mald. ap. Cruq. Pulm. 1. 2. 3. 4. Brod. Luctat. ad Stat. Theb. v. Locher. Ascens. Venet. 1492. Lamb. Cruq. Rutgers. Heius. R. Steph. Bentl. Bond. Schrevel. Cuning. Sanad. Jani, Mitsch. Bipont. Wetzel. Wakef. et Kidd. *colubras*.—9 ‘Antiqua et vulgaris lectio, hædilia, hædilia, ædilia, h. e. stabula hædorum, pro hædis ipsis. Aiunt, Horatium Ionico a majore pro Choriambosum esse. Sed hoc statuere admodum durum sit; et præter vetus glossa-

## NOTÆ

saltnque agiles, proindeque caprinis pedibus finguntur.

[*Lucretilem mutat Lycæo Faunus*] Hypallage, pro *Lycæum mutat Lucretilem*, Sabinorum monte, ad cujus declive sita erat Horatii villa et fundus, de quo ipse t. Epist. 16. initio. Hujus vero tantam asserit amœnitatem, ut eo sæpius immigraret Faunus, seu Pan Deus Pastorum, relicto quidem Lycæo Arcadiæ monte sibi sacro: ejus porro Numinis præsentia quicquid noxium est propulsari.

2 *Igneam Defendit æstatem capellis, &c.*] Æstivum arcet a gregibus, pestiferasque tempestates. Colum. vii. 6. ‘capellis nocet æstus, sed magis frigus.’ Ventum etiam cum tepore humidum (qualis Notus) animantibus quibuslibet, autumno præsertim, esse pestiferum nemo nescit. Virgil.

Delph. et Var. Clus.

Eclog. vii. 4. ‘Solstitium pecori defendite.’

5 *Arbutos Quærunť latentes et thyma*] Grata sibi pabula, Plin. xii. 17. ‘frutices odoratos appeti’ quæri que a capellis, testatur. Virgil. Eclog. iii. 47. ‘Dulce satis humor, depulsis arbutus hædis.’ Georg. iii. 300. ‘Jubeo frondentia capris Arbuta sufficere.’ Arbutus, vernacule, *arboisier*, pridem fuit in deliciis, quod ἀείφουλος: frondes lauro, fructus cerasis non absimiles. Vide Columell. cit.

7 *Olentis uxores mariti*] Capræ caprique gravem emittunt odorem. Unde et proverb. ‘Hircum olet.’ Virgil. Eclog. vii. 6. ‘Dum teneras defendo a frigore myrtos, Vir gregis ipse caper deerraverat.’

9 *Nec Martiales hæduleæ lupos*] Martius in tutela dicuntur esse lupi, ut

Horat.

K

Ut cumque dulci, Tyndari, fistula  
Valles, et Usticæ cubantis  
Levia personuere saxa.

*Tyndari, suavi ejus tibia resonuere valles, rupesque laud usperæ montis Usticæ*

//////////

rium (ἐπιφῶνες, *hædilia*) nusquam *hædile* occurrit. *hædiliæ* multi Lamb. Mentel. omnes Cruq. præter duo, Bentleyi Leid. Regin. Græv. et Fran. *hædulie* duo Bland. Cruq. a m. pr. quod et Lambino placet, et sic Cruq. Fab. Dacer. tanquam sit *hædulia*, æ, i. e. septum hædorum. Sed neque occurrit usquam hæc vox, neque analogia se tuetur. Itaque *hædulei* legendum putant Auratus, Torrent. Jones. ut enim dicatur 'equulus' et 'equuleus' ab 'equo,' 'hinnulus' et 'hinnuleus' ab 'hinno;' sic descendere 'hædulum' et 'hæduleum' ab 'hædo:' nec ohesse, quod non alibi legatur 'hæduleus;' nam et 'hinnuleum' præter Horatium vix quenquam dixisse. Bene hæc sane! Sed melius etiam *hæduleæ* emend. Talbot. et Bentl. et sic Cui. Sanad. et Gesn. Nam hæc emendatio (atque haud dubie vera lectio) et ab antiquis illis lecti. proxime abest, patueruntque hæ ex illa facillime corrupendo oriri, et fœmininum est exquisitius; vide ad 1. Od. 4. 18. *hædi alia*, sc. parte conj. Achill. Stat. ad Catull. LXV. (LXI.) 251. quod in plerisque libris ait esse Marci. Sed id quis credat? et admodum humile esset illud *alia*. Nec *Martios hædilia tum lupos* conj. Ald. Mannt. Pigeret me Horatii, si ita scrip-

#### NOTE

pote rapaces ac violenti deprædatores. Virg. *Æneid.* 1x. 566. 'agnum Martius a stabulis rapuit lupos.' Aludit forte Poëta ad id quod aiunt templum fuisse in Parthenio Arcadiæ monte sacrum Fauno sen Pani, quod asylum erat pecudibus insequentes leones ac lupos fugientibus, qui quidem eo adire non audebant.

*Hæduleæ* [*hædilia*] Magna de ea voce contentio. Quidam legunt *hædulei*. Nam, inquit, ab 'hædus,' 'hædulus,' et 'hædulens;' sicut ab 'hinnus,' 'hinnulus,' et 'hinnuleus.' Alii *hædulia*, vel *hædilia*, ex membranis non paucis: sicut enim 'hædile, is;' sic et 'hædilia, æ,' dicitur. Ego ex Lambini Muretique placito, nihil censeo mutandum in vulgata lectione; ut pes sit Ionicus pro Chorianbo, certe ἰσόχρονος. Itaque de metro non amplius solliciti, dicamus *hædilia*, hædorum septa vel stabula, Synecdochicōs poni pro hædis.

10 *Ut cumque dulci*, &c.] Greges securi pascuntur, *ut cumque*, ubicumque,

quandocumque, simul atque suam inflat fistulam Pan seu Faunus, qui ex Virgil. *Eclog.* 11. 32. 'Pan primus calamos cera conjungere plures Instituit: Pan enrat oves oviumque magistros.' Hinc vero potestatem ac præsidium Numinis ostendit, quod vel levis ejus fistulæ sonus fugat et avertit noxia quæque, et securitatem præbet.

*Tyndari*] Hanc esse eandem quidam volunt, quam in Epodis Canidiam vocat, et salse proscindit, 'Gratidiam' autem in Odæ præcedentis inscriptione plerisque in codicibus appellat, nimirum ut offensam mitiget; nunc vero sibi reconciliatam, in formæ commendationem Tyndaridem nuncupat, quasi Helenam alteram ob pulchritudinem, atque invitat ad rusticationem ac delicias apud suum in Sabinis fundum, ad montem Lucretilem.

11 *Usticæ cubantis*] Ustica mons in Sabinis leniter declinans hominis instar decumbentis.



Di me tuentur; Dis pietas mea  
 Et musa cordi est. Hic tibi copia  
 Manabit ad plenum benigno  
 Ruris honorum opulenta cornu. 15  
 Hic in reducta valle caniculæ  
 Vitabis æstus, et fide Teia  
 Dices laborantes in uno  
 Penelopen vitreamque Circen. 20

*declivis. Numina me protegent. Pietas mea, Pœsisque placet Numinibus. Il-  
 linc tibi liberali cornu fuet affatim dives abundantia opum agrestium. Ibi pro-  
 funda in convalle fugies ardorem Caniculæ; chordeaque Teia cantabis Penelopen et*

sisset! Denique, nec *M. filiæ* conj. ap. Jones.' *Jani. hædilia* Venett. 1477. 1478. 1479. *Ediliæ* Harl. 1. 3. *Edilia* Harl. 2. 4. 5. 6. *hædulae* Pine, Mitsch. Bipont. Wakef. et Kidd. *hædilia* Delph. Bond. Schrevel. et Juvenc. *hædulæ* Wetzel.—14 *Hinc tibi* Harl. 1. 2. 3. 4. Scholl. Lamb. Torrent. Rutgers. Steph. Ascens. Heins. Schrevel. Bond. Delph. Juvenc. Baxt. et Jones. *Hic tibi* Flor. 1482. Venett. 1477. 1478. 1479. 1490. Locher. ex errore operarum, Landin. Fabric. Bentl. Dacer. Cuning. Sanad. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzel. Wakef. et Kidd.—16 '*Rure bonorum* pessime est in non paucis codd. et edd.' *Jani.*—17 *Hinc in reducta* Harl. 2. et Vet. Comb.—18 *Vitabis ictus* conj. Cuning. *æstros* pro v. l. ap. Jones.—19 *Disces* Bentleii Gal. Zulich. et a m. sec. Regin. et Lips. 2. Vide II. Od. 19. 3. et IV. Od. 11. 34.—20 Cu-

## NOTE

13 *Di me tuentur*] Quasi sibi ipse applaudens infert: sic me tuentur Dii, quorum laudes versibus meis pie celebri, ipsis non ingratis. Contra vero, si quis Numinum cultor non fuerit, hunc 'insignem' licet 'attennat Deus.' Ut scribit Ode xxxiv. hujus libri.

14 *Hic tibi copia Manabit, &c.*] Ex amœna hac villa mea, cum affueris, o dilecta Tyndari, colliges frugum omnis generis copiam. Hi sunt enim 'ruris honoris.'

16 *Cornu*] Alludit ad copiam, vel Amalthææ cornu fabulosum. Scilicet Hercules, inquit, detractum victo Acheloo cornu fortunæ dedit, e quo illa bonorum omnium abundantiam promit ac elargitur. Porro ex Eustath. in Perieges. Dionys. Amalthea fuit vetula quædam avara mercatrix, quæ nummos bene multos in-

gresserat in cornu: quod Hercules adeptus in voluptates ac genium liberaliter profudit. Hinc vero fabulæ et commenta vulgi.

17 *Caniculæ vitabis æstus*] Noxios ardores vitabis sideris istius; ex opinione vulgi; non enim ortus Caniculæ æstum facit, sed Sol Leoni junctus, nempe sub finem Julii, ad usque Augusti diem 23. Dies Caniculares vulgo, indeque morbi frequentes et acerrimi. Vide plura infra, III. Od. 13. et 29.

18 *Fide Teia Dices laborantes in uno, &c.*] Cantabis Lyricos Versus et amatorios ad modum Anacreontis oriundi ex urbe Teio in Paphlagonia, apud Asiam Minorem. Vide IV. Od. 9. et Epod. XIV. *Dices laborantes in uno*] Recitabis carmen de amoribus Penelopes uxoris, et Circes amicæ, famosæ illius veneficæ, erga unum et eun-

Hic innocentis pocula Lesbii  
 Duces sub umbra ; nec Semeleius  
 Cum Marte confundet Thyoneus  
 Prælia ; nec metues protervum  
 Suspecta Cyrum, ne male dispari  
 Incontinentes injiciat manus,

25

*Circen fulgidam pro eodem sollicitas. Illic innoxii Lesbii scyphos hauries in umbra: neque furvens Semeles filius cum Marte pugnas miscebit: neque timebis suspensionem creare petulanti Cyro, ne tibi minime æquali intemperantes manus adhibeat,*

//////////

ning. vitreamque Circen.—22 Duo Harleiani, nec semel Evius.—23 Cum Marte

## NOTÆ

dem Ulyssem. *Laborantes*] Amore tabescentes, amore certantes. Vide Lyl. Gyrald.

20 *Vitreamque Circen*] Instar vitri nitidam, splendentem, decoram, speciosam.

21 *Hic innocentis pocula Lesbii*] Epulaberis, etiam hilariter et jucunde: bibes nempe vinum innocuum, e Lesbo Ægæi maris insula, hodie *Metelino*: ob tenuitatem non lædens, nec tentans caput, nec pectus inflammans, nec adeo impellens ad rixas: quapropter non confundet cum Marte *Bacchus prælia*. Vinum saccatum hic aliqui comminiscuntur, quod sit magis ad mulieris salivam ac palatum. Sed quid opus? cum tale sit per se Lesbium, quo 'nullum potu suavius;' cui *ἀπέλειαν* impertivit Bacchus, id est, *immunitatem ac innocentiam*: quod *νεκταροσταγῆ*, manans nectare, ambrosiæque propius quam vino, veteres illi passim vocarunt, apud Athenæum I. 22. et 23. &c. Vide, si vacat, apud Gell. XIII. 5. lepidum Aristotelis acutumque de Lesbio vino iudicium, quo successorem suæ diatribæ designavit Theophrastum e Lesbo.

22 *Nec Semeleius Cum Marte, &c.*] Nec bibendi certamen desinet in pugnas ac rixas. Semelæ filius Bac-

chus: ea porro etiam Thyone dicta. Ne tamen inde *Thyoncum* hic appellari credas, cum pluribus: alias idem bis perperam dixisset Horatius. Sed potius a *θύω*, *ferveo*, *insanio*, *impeta feror*, intellige violentum, petulantem, &c. Vide Diodor. Sicul. IV. 5. Id est, vinum istud innocens non creabit ebrietatem, nullasque proinde contentiones ac certamina Marti propria provocabit. Nam τὸ παροινεῖν ἐκ τοῦ μεθύειν. Athen. lib. X.

24 *Nec metues protervum Suspecta Cyrum*] Cyrus iste Horatii rivalis, Tyndaridis antem vel amicus, vel etiam maritus, non bene cum ea consentiens. Qui quidem si rescisset cum alio familiariter versari, hand æquo tulisset animo, sed zelotypia accensus, aut velut in suam manus injecisset, aut etiam verbera intentaret, rupta convivali corona, lacerata veste ultus adulterium quod suspicaretur.

25 *Male dispari*] Viribus impari ad resistendum, ictusque declinandos. Vel moribus plane diversis, ut Tyndaris lepida hilarisque fuerit, Cyrus tristis morosus ac ferox: unde non ferat ejus ingenium ac vivendi institutum.

26 *Injiciat manus*] Jure sibi vindi-

Et scindat hærentem coronam  
Crinibus, immeritamque vestem.

*frangatque corollam impositam capillis, et innocens vestimentum.*



*effundet* Harl. 2. *Cum M. conferret* vetustissimus codex Barthii.—27 Idem vetustissimus Barthii codex: *Et scindat, heu! flentem corollam Unguibus, immeritamque vestem*; unus Harl. *Scindatque inhærentem corollam, &c.*

NOTÆ

cans quod suum est, ubicumque repererit. Quo vir ejus fuisse indicari videtur. Numquid enim in alienam tantum ausus fuerit alienus, in liberam liber nisi forte vis et impetus zelotypiæ significetur illius, qui ab amica sua alium amari intellexerit: quique sibi temperare seque continere haud queat, cum epulantem cum

alio viderit, quin pugnas misceat, coronamque ex more conviviorum capiti additam discerpat, nec vestibus parcens, quoquo modo suo dolori satisfaciat.

28 *Immeritamque vestem*] Quid enim peccavit, quid male meruit vestis mœchæ, vel infidæ amasiæ, ut ab irato zelotypoque diffingatur?

ODE XVIII.

AD VARUM.

Laus et vituperium vini.

NULLAM, Vare, sacra vite prius severis arborem

*O Vare, nullam arborem potius quam vitem sacram plantas circa benignam ter-*



Hæc Ode hujus Libri primi nona est in Ed. Sanadoni. Inscribitur in quibusdam codd. et edd. antiq. *Ad Quinctilium Varum*; vel, *Ad Varium Quinctilium*.—1 *Nullam vere novo* Acron ap. Fabric. et laudat Virg. Geor. 11. 319.

NOTE

Metrum idem quod supra Ode xi.

Horatius Quinctilium Varum monet, ut nimium vel Reipublicæ, vel literarum studium usu vini temperet moderato. Quis vero ille? Videtur certe is quem in Arte Poëtica celebrat velut optimum Judicem ac censorem Poëmatum, Epist. ad Pisones, vs. 438. inscriptionem tamen hujus Odes falsam asserit Marcellius, vultque sibi ipsi Horatium loqui, sicut et Epod.

v. et xvii. Adde quod abest illa a plerisque membranis.

1 *Nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem*] Metrum pariter et sententiam mutuatus est ab Alcæo: cuius apud Athen. hæc leguntur: Μηδὲν ἄλλο φυτεύσης πρότερον δένδρεον ἀμπέλω. *Sacra vite*] Baccho nempe consecrata: vel quia libationes in sacris inde fiebant.

Circa mite solum Tiburis, et mœnia Catili.  
Siccis omnia nam dura Deus proposuit; neque  
Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines.

*ram Tiburis, ac muros Catilli. Sobriis enim cuncta præbet gravia Deus. Nec*



*pius pro prius Mentel. stupore librarii, qui compendium non caperet.—2 Catilli omnes scripti codd. Craquii; Cathylli, Cathilli, et Catilli libri exarati ap. Torrent. Catulli, Cathili, Cathylli, Catuli, Chatili alii ap. Jani.—3 Siccis om-*

#### NOTE

2 *Mite solum*] Plin. xvii. 5. 'Optima terra est quæ vocatur pulla; tenera, temperatæ fertilitatis, mollis facilisque culturæ, nec madida, nec sitiens, post vomerem nitescens.' Ibid. 'Optimus ager est ad radicem montium, planitie in meridiem excurrente; qui totius est Italiæ situs:' ex Catone xxxiv. 5. Columell. ii. 2. et iii. 11.

*Tiburis*] De ea urbe jam ante ad Od. vii. hodie *Tivoli*: sita est ad fluvium Anienem, in Sabinorum confinio, singulari vero gaudet aëris temperie. Hinc forte *mite solum* appellatur. 'Tiburtes originem multo ante Romam habent. Conditor eorum Tiburtus, quem filium fuisse tradunt Amphiarai, qui apud Thebas obierit, una ætate ante Iliacum bellum.' Plin. xvi. 44.

*Mœnia Catili*] Urbem Tibur iterum designari aliis verbis aiunt: quippe quam opera communi condiderunt Amphiarai filii tres Tiburtus, Corax, Catillus, ac de nomine fratris maximi natu appellarunt. Virgil. *Æneid.* vii. 670. 'Tum gemini fratres Tiburtia mœnia linquunt, Fratris Tiburti dictam cognomine gentem, Catillusque, acerque Corax, Argiva juvenis.' Repugnat vero Theod. Marcil. cit. tum quod bis idem perperam dixisset Horatius, tum quod ex Servio, ad cit. *Æn.* locum, aliæ quoque urbes ab

illis fratribus ædificatæ referuntur: contenditque *mœnia Catili*, esse montem Catilli. Catilus autem, seu Catillus, Arcas classis Evandri præfectus; Tibur, qui et Tiburnus et Tiburtus, ejus frater fuit.

3 *Siccis omnia nam dura, &c.*] Qui natura vinosi, sunt plerumque hilares, nullaque aut valde exigua cura torquere se consueverunt; contra, sobrii res penitus considerant, atque hinc solliciti, difficiles, ac morosi esse solent. Quare *dura* et *gravia* his esse notum est, quæ aliis levia. Sicut enim omnia sana sanis, et contra, sic tristi ingenio præditis tristia sunt omnia, læta vero aut saltem parum molesta quælibet jocosis ac festivis hominibus. *Siccis*] Vino non madidis, sobriis, jejunis. Plaut. in *Persa*. 'Jamdiu factum est, cum bibimus: nimis sicci sumus.' Tull. contra Rullum in Senatu: 'An consilia siccorum, an vinolentorum somnia videntur?' *Pers.* Satir. v. 163. 'An sicci dedecus obstem Cognatis!'

*Neque Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines*] Lib. *Judic.* cap. ix. 'Mustum Deo et hominibus lætitiæ dare solet.' *Sapient.* xxxi. 'Date vinum iis qui amaro sunt animo: bibant, et obliviscantur egestatis suæ; et doloris sui non amplius recordentur.' *Psalm.* ciii. 'Vinum lætificet cor hominis.'

Quis post vina gravem militiam aut pauperiem crepat? 5  
 Quis non te potius, Bacche pater, teque, decens Venus?  
 At ne quis modici transiliat munera Liberi,  
 Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero

*alias fugantur edaces curæ. Post vina epota, quis incommoda belli queritur aut paupertatis? Quis non te magis, Bacche parens, laudat; teque, o decora Venus? Verum enimvero pugna Centaurorum adversus Lapithas inter potandum commissa*



*nia jam* Alt. 1.—5 Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Exc. Sax. Brod. duo Lambini, Pulm. 4. duo Bersmanni, Franeq. et Alt. 1. 2. *pauperiem increpat*; Glarean. Landin. et Ald. *pauperiem increpat*.—7 *Ac ne* Bentleius ex Græv. Leid. Böttel. Petrens. et Gal. et sic Venett. 1477. 1478. 1479. Locher. Cuning. Wakef. et Kidd. ‘Mihi in transitu lyrico gravius videtur *At*.’ Jani.—8 Codd. ap. Jan.

## NOTE

5 *Quis post vina gravem, &c.*] Anacreon. “Ὅταν Βάκχος ἐσέλθῃ, Εὐδοῦσων αἰ μέριμναι, Cum Bacchus advenerit, dormiunt curæ. Tibull. 1. 7. 41. ‘Bacchus et agricolæ magno confecta labore Pectora tristitiæ dissoluenda dedit. Bacchus et afflictis requiem mortalibus affert.’ Sensus Horatii est: Cum quis se plusculum vino exhilaravit, tum nec meminit laborum, nec ægri-tudines sentit: immo jocatur hilariter, Bacchi munera laudat, et cantu-nculis animum recreat, decentique Venere, seu non indecora aut inveniusta festivitate. Sic aiunt Catonem Uticensem cum amicis ad auroram perpotando vigilasse; quod existima-ret vini potu largiori animam reddi hilariorem, ex Platone videlicet.

7 *At ne quis modici transiliat, &c.*] At vero cavendum in primis illud Græcorum μηδὲν ἄγαν, ne quid nimis: Item quod monet Plin. XIV. 5. ‘Nec viribus corporis aliud, si modus adest, utilius; nec aliud perniciosius vino, si modus absit.’ Ibidem, Androcydes sapientia clarus ad Alexandrum Magnum scribebat intemperantiam ejus cohibens: ‘Vinum potaturus Rex, memento te bibere sanguinem terræ.’ Quibus ille si obtemperasset, profecto

amicos in temulentia non interemis-set. Hactenus Plinius. Belle suo more Apuleius: ‘Prima cratera per-tinet ad sitim; secunda ad hilarita-tem; tertia ad voluptatem; quarta ad insaniam.’ Vide Athen. 11. 1. et 2. ubi de juvenibus temulentis tri-re-mi se navigare credentibus faceta historia: quam quidem haud a vero alienam probat Casaubonus in dic-tum locum. Ibidem Mnesitheus: ‘Vinum recte utentibus Dii monstrarunt, summum bonum: intemperantibus summum malum,’ &c.

8 *Centaurea monet cum Lapithis, &c.*] Centauri Thessaliæ populi, cum ve-nissent ad nuptias Pirithoi principis Lapitharum, prope montem Olym-pum in Thessalia pariter degentium, vino immodice hausto, in furorem ac libidinem acti, novam nuptam Hip-podamiam rapere, vel, ut scribunt alii, Lapitharum uxoribus vim inferre tentarunt. Unde gravis pugna, cæ-desque Centaurorum fere omnium. Tull. in Pisonem, cap. 10. meminit: ‘Istius in illis Reipublicæ luctibus symposium, quasi aliquod Lapitha-rum aut Centaurorum convivium fere-batur.’ Vide Ovid. Met. XII.

Debellata: monet Sithoniis non levis Euius;  
 Cum fas atque nefas exiguo fine libidinum 10  
 Discernunt avidi. Non ego te, candide Bassareu,

*docet ut nemo dona Bacchi moderati prætergrediatur: docet et Bacchus Thracibus gravis; quando voluptatum cupidi licitum et illicitum purvo discrimine separant.*

variant: *Lapythis, Laphitis*; sed Græcum est *Λαπιθαί*.—9 *Sithonibus* Landin. *Euhius, Euhys, Euchius, Eucheus, Heuhyus* codd. ap. Jani: Græcum est *Εὔιος*: *Euios* Sanad. *Euius* in multis editionibus, etiam in Bentl. Wetzel. Wakef. et Kidd.—11 *Discurrunt* 2 Blandd. Cruquii. 'Non probo conjecturam eruditi amici mei, pro *avidis* legentis *madidi*.' Gesn. Multi codd. scripti

## NOTÆ

9 *Sithoniis non levis Euius*] Ipse quoque Bacchus rectum vini usum docet, qui populis eam Thraciæ partem incolentibus, quæ 'Sithonia' dicta est, Thracibusque universis infensus et ultor instat, quoties illi suis abusi muneribus, nimio potu in insaniam, indeque in flagitia ruunt. Vide infra Oden xxvii. Apud Athen. cit. Eubulus ita Bacchum fingit loquentem: 'Tria ego pocula tantum miscéo illis qui sapiunt; unum sauitatis; alterum voluptatis; soporis tertium. Quo quidem epoto, ii, quos dicimus sapientes, domum sese recipiunt. Postea vero si quartum additur, non est id amplius nostrum, sed proterviæ; quintum vociferationis; sextum petulantis comessationis; septimum macularum et vulnerum; octavum apparitoris; nonum iracundiæ; decimum furoris, quo prosternuntur qui bibunt,' &c.

*Euius*] Ita Bacchus est appellatus, vel a voce Bacchantium *εβοί*, vel potius ex eo quod eum debellatis fortiter gigantibus revertentem Jupiter sic affatus est: *εὖ νῆε, euge fili*.

10 *Exiguo fine libidinum*] Per fas et nefas voluptates quærit et consecratur temulentus, accensu vino libidine. Juvenal. Sat. vi. 299. 'Quid enim Venus ebria curat?'

11 *Non ego te, candide Bassareu, &c.*]

Quasi diceret: Thraces et Bacchantes, specioso sacrorum prætextu, cum celebrant Orgia, infanda pleraque committunt ultra modum poti, te quidem invito, o bone pater Bacche; at ego sanior illis, temulentiam vitabo, neque proinde præter aut contra Numen tuum quicquam perpetrabo; nec te irritabo ebrius, nec indecore agitor, aut discurram furiosus.

*Candide Bassareu*] Simplex, aperte, verax. Tibull. III. 6. 8. 'Candide Liber ades.' Item, I. 7. 46. 'Candidior semper, candidiorque veni.' *Bassareu*] Vel ob tunicam et pelle vulpina; vel a calceamento, quæ *Βασσάρη* dicuntur; vel a talari veste apud Bassaram Lydiæ locum confici solita; quorum usus in Orgiis. Alii alias quoque etymologias comminiscuntur. Tibull. I. 7. 46. de Baccho: 'Fusa sed ad teneros lutea palla pedes.'

*Non ego te Invitum quætiã*] Etsi videntur hæc satis intellecta ex iis quæ ante dixi, amplius tamen explicantur, enodanturque, allato ritu veteri Bacchanalium, seu Orgiorum, in quibus Thyades, sen Bacchæ, sacra movere dicebantur, cum furiosæ his in festis cursitantes, thyrsos quaterent, ipsumque Bacchi simulacrum loco suo motum circumferrent, ac velut invitum temulentæ sacrificulæ exagitant. Virgil. Æneid. IV. 301.

Invitum quatiam; nec variis obsita frondibus  
 Sub divum rapiam: sæva tene cum Berecynthio  
 Cornu tympana, quæ subsequitur cæcus Amor sui,  
 Et tollens vacuum plus nimio Gloria verticem, 15

*O Bacche sincere, non ego te repugnantem exagitabo; neque proferam in lucem abscondita foliis diversis. Comprime dira cymbala cum Phrygio cornu, quæ comitatur obscæcatus sui Amor, atque Arrogantia plusquam satis efferens inane caput, et*

et editi *Basareu.*—13 *Sub dium* Glarean. et Bipont. *Sub diom* Mancin. *Sub dio* Landin. et Locher. *Sub divum* alii codd. cum edd. recentt. *Sæva tene cum Cybeleio* quidam ap. Jani ex glossa. *Berecintio, Berecynthio* alii codd. ap. eundem; Gr. est *Βερεκύντιος.*—14. 15 *Amor sui et Attollens* Cuning. *Amor sui Attollens* Venett. 1477. 1478. 1479. 1490. Glarean. Ald. al. *Amor sui Extollens* Exc. Sax. unus Bersmanni, Harl. 1. 2. 4. Lips. 2. et Lips. 3. a m. pr.

## NOTE

‘Qualis cominotis excita sacris Thyas, ubi audito stimulant trieterica Bacchio Orgia.’ Catull. LXIV. 254. de Nuptiis Pelei ac Thetidis: ‘Lymphata mente furebant, Evæ bacchantes, Evæ capita inflectentes. . . Pars terta quatiebant cuspidē thyrsos.’

12 *Nec variis obsita frondibus, &c.*] Non temere pervulgabo tua mysteria, aut secreta revelabo: alludit rursum ad Orgiorum morem, quo sacra Bacchi in cistis condita, hederaque et pampinis contacta, e templo atque urbe in montes agrosque exportabantur. Catull. cit. vs. 259. ‘Pars obscura cavis celebrabunt Orgia cistis; Orgia, quæ frustra cupiunt audire profani.’ Tibull. I. 7. 48. ‘Et levis occultis conscia cista sacris.’

13 *Sub divum*] Pro ‘sub dio,’ vel ‘sub dium,’ id est, sub cælo, quod Græci *δία* vocant. Varro. Ascen. in Verr. III. Id est, ex arculis et cistis non extraham tua sacra, quæ foras et in publicum efferam.

*Sæva tene cum Berecynthio*] Contine cymbala et cornua tua apud Berecynthum Phrygiæ montem in sacris adhiberi solita, quibus ad furorem incitantur Sacerdotes. Porro illa duo jungit Horatius, ob affinitatem sacro-

rum Bacchi et Cybelæ matris Denm, quæ Berecynthia inde nuncupatur: pariter ut et supra Od. XVI. vs. 5. ac seq. Sensus est: A me coërce ac depelle ebrietatem, insaniam, furorem. Catull. cit. 261. ‘Plangebant alii proceris tympana palmis, Aut tereti tennes tinnitus ære ciebant: Multi rancisonis efflabant cornua bombis, Barbaraque horribili stridebat tibia cantu.’

14 *Quæ subsequitur cæcus Amor sui, &c.*] Ebrietatem nempe sequuntur multa mala, quorum alia jam proposuit: hæc sunt rixæ, contentiones, flagitiosæ libidines absque ulla cujusquam reverentia. Alia vero jam exponit; quæ sunt *φιλαυτία*, superbia, loquacitas, arcanorum proditio.

*Cæcus Amor sui*] Congruens epithetum: nihil enim tam impellit in errorem, quam *sui Amor*. Hinc Tull. ad Attic. XIII. 13. ‘nisi forte me communis *φιλαυτία* decepit.’ Et de Offic. I. 91. ‘Tales nos esse putamus, ut jure laudemur . . . cum homines inflati opinionibus turpiter irridentur, et in maximis versantur erroribus.’

15 *Tollens vacuum plus, &c.*] Vana gloriatio, qua homo inaniter se extollit, ‘prudentia vacuus.’ Quod si

## Arcanique Fides prodiga, pellucidior vitro.

*fides secretum prodens, vitro pellucidior.*

//////////

—16 Lips. 4. *prolucidior vitro.*

## NOTÆ

plerisque passim, at nemini frequentius accidit, quam vino effervescentibus.

16 *Arcanique Fides prodiga*] Denique sicut vitrum nihil abscondit, sic vinum tegenda revelat, retinenda

prodigit, involvenda silentio divulgat; adeoque fidem labefacit ac violat, cum religiosæ taciturnitati commissa et credita temere profert et propalam effutit.

## ODE XIX.

## AD GLYCERAM.

Horatius ob intermissum aliquamdiu amorem vehementius amat.  
Conf. Argumentum I. 6.

MATER sæva Cupidinum,  
Thebanæque jubet me Semeles puer,

*Crudelis Amorum genitrix, et filius Semeles Thebanæ, atque luxuriosa libertus*

//////////

Hæc Ode deest Editioni Sanad.—1 Quinque codd. Cruquii, quidam Lambini, Harl. 2. Bentley Leid. Regin. Reg. Soc. Petreus, alii, et ed. Ascens. *jubent me*; sed plures et meliores cum Græv. et Battel. *jubet me*; et sic solet Horatius; ut inf. xxxv. 21. seqq. *Semelæ* Lambin. Cruq. Torrent. Barter. et al. vett. cum Wakef. *Semeles* Mediol. Venett. Flor. Heius. Steph. Bentl.

## NOTÆ

Metrum est idem quod supra Od. III.

1 *Mater sæva Cupidinum*] Tria sunt inuentiva libidinis præcipua, humorum crasis et temperies, vinum, familiaritas et comessatio cum mulieribus. His se revolvi in abjectos amores atque abripi scribit Horatius, 'Venere,' 'Baccho,' 'lasciva Licentia.' Ceterum versiculus iste non temere scriptus, qui rursus habetur IV. Od. 1. Singulas ergo voculas ponderemus. *Mater sæva*] Venus. Nam 'quisquis amores Aut metuet dulces, aut experietur amarus.' Virgil. Eclog. III. 110. et Eclog. VIII. 47. 'Sævus amor docuit,' &c. 'puer impro-

bus ille.' Bene Anacreon, Od. XLVI. 1. Χαλεπὸν τὸ μὴ φιλῆσαι, Χαλεπὸν δὲ καὶ φιλῆσαι. Χαλεπώτερον δὲ πάντων Ἀποτυγχάνειν φιλοῦντα. *Durum est noui amare, Durum est etiam amare; Durissimum vero est Non frui re amata.*

*Cupidinum*] Non uosa Venus, nec unus Cupido fuit. Duas Veneres esse ait Plato in Convivio, alteram veterem, juniorem alteram. At Cic. III. de Nat. Deor. n. 58. 'Venus prima,' inquit, 'Cælo et Die nata, cujus Elide delubrum videmus. Altera spuma procreata... Tertia Jove nata et Dione. Quarta Syria, quam Adonidi nupsisse traditum est.' Et num. 60. 'Cupido primus Mercurio



Et lasciva Licentia

Finitis animum reddere amoribus.

Urit me Glyceræ nitor

5

Splendentis Pario marmore purius :

Urit grata protervitas,

Et vultus nimium lubricus aspici.

*cogit me ad extinctos amores reducere animum. Accendit me decor Glyceræ marmore Pario clarius refulgentis. Inflammat me jucunda ejus procucitas, et facies*

//////////

Delph. Bond. Schrevel. Jan. Mitsch. Wetzel. Kidd. alii.—3 *Licentia* grandiore *L* scribi debere monuit Dacer. et ita edidere Bentl. Zurek. Baxt. Jani,

#### NOTÆ

et Diana prima natus dicitur: secundus Mercurio et Venere secunda: tertius quidem est Anteros, Marte et Venere tertia.' Quid ergo hic? Certe Poëtis solenne est uni tribuere quod plurimum est, præsertim cum nomen idem occurrit. Sic uni Herculi ea tribuunt omnia, quæ tamen a diversis confecta sunt. Pariter ab Ovid. Fast. iv. 1. Venus appellatur 'geminorum mater Amorum.' Et hic *mater Cupidinum*. Sic et a Pausan. in Attic. tres Veneris filii referuntur Ἐρως, Ἴμερος, Πόθος. Apud Lucianum vero Venus Paridem alloquens duos sibi filios jactat eximios esse, Ἴμερον καὶ Ἐρωτα. Alii *Cupidinum matrem* dici Venerem contendunt, ob varios et multiplices affectus, qui eam et amorem nunquam non comitantur. Nam qui amant, modo spe recreantur, aut gaudio fruuntur: sæpius autem tristitia ob repulsam, ira adversus rivalem, interdum etiam desperatione aguntur, usque ad suspensum, &c. minus placent qui *matrem Cupidinum* explicant per amoris assecclas, ludum, jocum, saltus, cantus, &c.

2 *Thebanæ Semeles puer*] Bacchus, qui natus fertur Semele Cadmi Thebarum Regis filia: ubique ipse celebratur. Quod autem vino accendatur

Venus quis nescit? Apost. ad Ephes. v. 18. 'Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.' S. Hieron. 'Venter merito æstuans facile despumat in libidinem.'

3 *Lasciva Licentia*] Otium, indulgentia, lascivia. Theophrastus ait amorem esse *affectum animi otiosi*, πάθος ψυχῆς σχολαζούσης.

5 *Urit me Glyceræ nitor*] Amoris tyrannidem excusserat Horatius, at aspectus Glyceræ novas catenas iniecit. Nimirum pulchritudo est 'splendor quidam in oculorum fulgore, in lineamentorum concinnitate ac decore consistens, humanum ad se rapiens animum.' Virgil. Georg. iii. 215. 'uritque videndo Fœmina.'

6 *Splendentis Pario marmore purius*] Paros insula maris Ægæi, Cycladum una, candidi marmoris ferax, eoque nomine celeberrima. Strab. lib. x. Plin. xxxvi. 5. &c. Pindar. de Callicle: Παρίον λίθου λευκοτέραν, *Pario lapide candidiore*.

7 *Urit grata protervitas*] Superbia quædam et severitas saltem ficta; ferocia quæ plerumque amantes plus accendit, qui quod negari videtur, eo ferventius appetunt, eoque jucundius prosequuntur.

8 *Vultus nimium lubricus aspici*] Aspectus enim mulieris formosæ in lap-

In me tota ruens Venus

Cyprum deseruit; nec patitur Scythas,

10

Et versis animosum equis

Parthum dicere, nec quæ nihil attinent.

*intuitu nimis periculosa. Venus Cyprum relinquens me tota invasit, neque sinit me referre Scytharum bella, neque Parthos equis conversis strenuos, nec quæcumque*



Bipont. Mitsch. Wetzel. et Kidd.—10 *Cyprum* Cuning.—11 *Nec versis* quidam cold. Lambini; *Aut versis* Cuning.—12 Brod. et unus Bland. Cruquii, *attinet*, imperson.

#### NOTÆ

sum statim impellit. Metaph. a locis lubricis, in quibus sine cadendi periculo nemo stat aut incedit. Virgil. Eclog. VIII. 41. 'Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error!' Alii interpretantur, oculos Glyceræ mobiles, lubricos, petulantes, ad libidinem pellicientes. Anacreon Od. II. ait, Naturam dedisse tauris cornua, calces equis, cursum leporibus, dentes leoni, &c. viris prudentiam; at mulieribus pulchritudinem, quæ parmis et lanceis fortior ferrum flammamque vincit et domat.

9 *In me tota ruens Venus Cyprum deseruit*] Adeo nempe me Venus obsidet et occupat, inquit, ut videatur reliquisse Cyprum, ubi tamen dominatur potentissime, et colitur. Virgil. Æneid. I. 722. 'inscia Dido Insideat quantus miseræ Deus.'

10 *Nec patitur Scythas, &c.*] Non me patitur aliis vacare quibuslibet rebus, nisi amori: unde nequaquam possum scribere Scytharum vel Parthorum prælia: id est, nec aliena bella, sed nec ea quæ ad Romanam Rempublicam et gloriam spectant. Posterius hoc opinatur Cruquius dici ab Horatio, ut se excuset atque commendet, et aduletur Augusto, cui, inquit, tunc forte remissa fuerint ultra a Parthis ea signa militaria, quæ M. Crasso et M. Antonio erepta fuerant. De quibus Justin. in fine lib. XLII.

infra citand. Verum hæc nullo sunt argumento subnixæ.

*Scythas*] Hi populi sunt Asiæ Borealis celeberrimi, et late patentés; de quibus fuse Strabo, Ptolem. Plin. &c. Tria de illis notatu digna memorantur a Justino lib. II. antiquitas, virtus bellica, et quod Particum regnum conderint. Adde Amazonum famam toto orbe omnibusque sæculis diffusam. 'Non virorum magis imperio, quam fœminarum virtutibus clārere. Quippe cum ipsi Parthos Bactrianosque; fœminæ autem eorum Amazonum regna conderint . . . Imperium Asiæ ter quæsiverent: ipsi perpetuo ab alieno Imperio aut intacti aut invicti manserunt. Darium Regem Persarum turpi ab Scythia summovertunt fuga: Cyrum cum omni exercitu trucidaverunt. Alexandri Magni ducem Sopyriona cum copiis universis deleverunt. Romanorum audivere, non sentire, arma. . . Gens laboribus et bellis aspera. Vires corporum immensæ. Nihil parare quod amittere timeant: nihil victores præter gloriam concupiscunt.'

11 *Et versis animosum equis Parthum*] Virgil. Georgic. III. 30. 'Adam urbes Asiæ domitas, pulsumque Niphatem, Fidentemque fuga Parthum versisque sagittis.' Justin. lib. XLI. Parthi, inquit, 'pugnant aut pro-

Hic vivum mihi cespitem, hic  
Verbenas, pueri, ponite, thuraque

ad ipsam nihil spectant. O famuli, istic cespitem virentem, istic verbenas et thura

## NOTE

currentibus equis, aut terga dantibus. Sæpe etiam fugam simulant, ut incautiores adversum vulnera insequentés habeant. . . . Intolerandi forent, si, quantus his impetus est, vis tanta et perseverantia esset. Plerumque in ipso ardore certaminis prælia deserunt, ac paulo post pugnam ex fuga repetunt; ut, cum maxime vicis se te putes, tunc tibi discrimen subeundum sit.' Ergo non abs re Horatius *Parthum* dicit *animosum*: adeo virtus etiam in hoste laudatur. Nam Romanis Parthi formidabiles semper fuere, sub Mithridate præsertim illo, 'cui res gestæ Magui cognomen dedere,' ut ait Justin. lib. XLII. immo sæpe illorum fuderunt exercitus Ducesque. Justin. lib. XLI. init. 'A Romanis quoque trinis bellis per maximos Duces florentissimis temporibus lacessiti, soli ex omnibus gentibus non pares solum, verum etiam victores fuere.' Tandem illi tamen Augusti fama percussi, ejus arma pertimescentes, captivos e Crassiano atque Antoniano exercitu tota Parthia recollectos, signaque cum his militaria remiserunt. Unde et cusi nummi cum hac epigraphe: SIGNIS RECEP- TIS. 'Plusque Cæsar magnitudine nominis sui fecit, quam armis alius Imperator facere potuisset.' Hæc Justin. cit. lib. XLII. in fine. Vide et Flor. III. 11. et IV. 9. præsertim autem cap. 10. ubi virtus Romana hanc expressit laudem e Barbaris: 'Ite, et bene valet, Romani; merito vos victores fama gentium loquitur, qui Parthorum tela fertis.' Vide et supra Od. XII. Not. ad v. 53.

*Hic vivum mihi cespitem, &c.*] Vicus denique amore Glyceræ Hora-

tins, sacra parat, quibus ejus animum, placata Venere, demereatur. Sui vero ardorem amoris et impatientiam denotat vel ex eo quod aram e cespite exstruat, brevi quidem et expedita ratione; quod fieri solitum duntaxat in subitis rebus, et moram laud ferentibus.

14 *Verbenas*] Herbas in sacris assuetas parate. Proprie verbenas est herba quædam, Gall. *de la vervene*. De hac Plin. xxv. 9. 'Herba nulla Romanæ nobilitatis plus habet, quam hierobotane: nostri verbenacam vocant. Hæc est, quam legatos ferre ad hostes indicavimus. Hac Jovis mensa verritur; domus purgantur lustranturque.' Servius ait esse virgulta quæ semper virent. Ex Donato verbenas quasi herbena dicitur, estque herba e puro loco decerpta cum terra adhærente. Similiter Plin. xx. 2. 'Verbenæ nomine significatur gramen ex arce (al. *area*) cum sua terra evulsum,' &c. Constat eo nomine censerî eas omnes herbas, quæ in sacris adhibentur. Virgil. Eclog. VIII. 65. 'Verbenasque adole pingues et mascula thura.' Ubi per epithetum, 'pingues,' volunt indicari olivam. Terent. IV. 4. 5. 'Ex ara hinc sime verbenas tibi.' Atqui apud Menandrum, unde sententiam ille transtulit et verba, verbenæ sunt myrti. Plinius quoque dixit 'myrteam verbenam.' Ergo per catachresin verbenæ appellantur rami, virgæ, frondes, e lauro, myrto, oliva, rore mariuo, aliæque felices herbæ religioni et sacris servientes: his nempe aras coronabant; deinde thus adolebant; postea vinum e patera libabant.

Bimi cum patera meri :  
Mactata veniet lenior hostia.

15

*mihī afferte cum cratere vini bimi. Post immolatam victimam mitior fiet Glycerā.*

## NOTÆ

15 *Bimi cum patera meri*] *Bimi*, id est, duorum annorum: *du vin de deux feuilles*. Affectabant veteres in sacris vetus vinum, tanquam optimum, item *merum*, et purum sine aquæ admixtione. Quapropter 'Græca vina libare nefas, quoniam aquam habeant;' ex Plin. XIV. 19.

16 *Mactata veniet lenior hostia*] An *Venus sæva Cupidinum mater*; an *Glyceraproterva*? Hanc ego potius, quam illam intelligi ab Horatio censuerim, leniorem futuram, quæ dura prius erga illum et immitis fuerat. Scilicet hoc sperat per Veneris favorem, quem sacro peracto ambit et sibi conciliare nititur. Atenim quod illud sacrificium? Quæ hostia mactanda? *hostia* quidem et *victima* differunt, quod hæc minor sit, illa major. *Mactata* porro dicitur, quasi magis aucta, cuius capiti nimirum imposita ex hordeo tosto mola, sale conspersa, thure suffita. Sunt qui Venerem sanguine non placari nec cæsa victima pridem solitam contendant; eo quod genitrix passim vocaretur; nec deceret eam ita coli, per quam vita datur: afferuntque Virgil. *Æneid.* I. 419. ubi in templo Veneris Paphiæ thus

et sarta duntaxat memorantur: 'Ipsa Paphum sublimis abit, sedesque revisit læta suas, ubi templum illi, centumque Sabæo Thure calent aræ, sertisque recentibus halant.' Hinc et Erasmus locum hunc sic explicat: Postquam Venerem placavero verbenis, thure, vino, ex more; *Glycerā* veniet lenior, eritque tam facilis ac domita, quam sit hostia mactata. Dormitasse vero ille bonus tunc credendus, meo quidem iudicio. Alii contra sentiunt, hostiam hic ab Horatio vere mactandam significari, seu columbam, utpote Veneri sacram, seu quamcumque aliam, Cruquius, Turnebus. Certe 'Veneri suem immolari quandoque Callimachus scribit. Factum id Argis annotavit historia.' Cæl. Rhodig. xxv. 26. 'Apud Tussas autem in Ægypto Veneri, quæ ibi Cornuta colitur, vaccam sacrificari;' refert Alex. ab Alex. III. 12. Aiunt vero, primis quidem sæculis incruenta fuisse quævis sacrificia, litatumque duntaxat arborum fructibus, ramis, foliis, herbis: at postea usum invaluisse mactandi victimas Diis quibuslibet, ipsique Veneri.

## ODE XX.

## AD MÆCENATEM.

Probabile est Mæcenatem per literas invitasse se ad Horatium, atque eum per ludum et jocum tali modo respondisse.

## VILE potabis modicis Sabinum

*O dilecte Mæcenas Eques, apud me quidem mediocribus in poculis bibes igno-*



Decima quarta hujus Libri in Ed. Sanad. Inscritbitur in quibusdam codd. *Ad Mæcenatem invitans eum ad cenam.*—1 *Dulce per Vile emend. Wakker.*

## Cantharis, Græca quod ego ipse testa

//////////

Amœnutt. Litter. p. 11. Non putat V. D. *Vile* vinum obtulisse amico, tam elegantem hominem, Horatium. Primas carminum literas omisisse librariorum, ut deinceps pingerentur; v. Schrad. Obs. p. 13. 53. igitur ex *ulce* facile

## NOTÆ

Hæc Ode ejusdem est metri, ut supra II. 'Jam satis terris.'

1 *Vile potabis, &c.*] Profecturus erat Mæcenas seu in Apuliam, (ut vult Cruquius ex Divæi codice, quod idem notat Lubinus,) seu quovis alio: antea vero se Horatio pro summa inter eos familiaritate convivam fore significarat. Hæc Ode rescribit Horatius Mæcenati, gratum id sibi quidem, at pro sua tenuitate tenue fore convivium: cœnæque caput ex more proponit 'Sabinum vinum,' ut erudite monet Theod. Marcilius.

*Sabinum*] Non quale tu habes in cellariis generosum bibes apud me; sed tantummodo *vile* et modicum; nempe vinum vel ex uva Biturica, quæ 'in eligendo solo morosa, pingui putrescit, gracili omnino non provenit: mediam temperiem delicate quærit, ob hoc Sabinis collibus familiaris.' Ex Plin. XIV. 2. vel 'e vina-ciola, quam soli novere Sabini ac Laurenti:' ex eodem ibid. cap. 3. Athenæus autem I. 21. ait, 'Inter Italica vina levissimum esse Sabinum, potuique tempestivum ab anno septimo usque ad decimum quintum.'

*Modicis Cantharis*] *A petits brocs.* Pro quolibet vase hic ponitur *cantharus*, qui quidem non parvum est vas, cum Sileno attribuitur perquam ebrioso, gravisque appelletur, Eclog. VI. 17. 'Et gravis attrita pendebat cantharus ansa.' Xenarchus apud Athen. II. 6. 'Ne affunde, o puer, in argenteum poculum; sed potius in profundum cantharum.' Ibid. Epigenes: 'At cantharos nunc non fingunt amplos illos et capaces, sed humilia pocula,' &c.

2 *Græca quod ego ipse testa Conditum levi*] Vinum alioqui non exquisitum ex eo commendat Horatius, quod ipse studiose condiderit, condierit, obturavit, notarit. Quatuor ista nempe veteres vinum servaturi faciebant: diffundebant in vasa: deinde condiebant 'admista calce, sale, croco, resina, pice, &c. ut odor vino contineretur, et saporis acumen,' ex Plin. IV. 19. 20. et 21. tum diligenter obturabant atque illinebant pice, gypso, limo. Docet Columella lib. ult. et Plin. cit. 'picari dolia oportere, dein perfundi aqua marina aut salsa; postea cinere sarmenti aspergi.' Et paulo post: 'sic opercula doliorum medicanda, addita mastiche ac pice.' Pers. vero Sat. IV. 29. 'Seriolæ veteris metuens deradere limum, Ingemit.' Denique notabant quale vinum, et quo tempore conditum fuisset. Id passim observare est, et postea notabimus pluribus locis. Hic ergo priora tria quatuor verbis exprimuntur, quartum sequentibus. *Græca testa conditum levi*, inquit, *datus in theatro cum tibi plausus*. Quasi diceret: condidi, seu in vasa infudi: *Græca testa*, vel super faciem vini Græci, vel in doliis in quibus ante fuerit vinum Græcum, ut ita vis Sabino sapore accederet. Tertio levi seu pice seu gypso. Demum tempus notat, addendo, *cum datus tibi plausus, &c.*

*Græca testa*] Cado testaceo, quod vasis genus et Græcia ortum. Plin. XIV. 21. cit. 'Circa Alpes lignicis vasis condunt, circulisque cingunt.' Quibus verbis ostendit Romæ ista vasa nondum tunc in usu fuisse.

Conditum levi, datus in theatro  
 Cum tibi plausus,  
 Care Mæcenas eques; ut paterni  
 Fluminis ripæ, simul et jocosa  
 Redderet laudes tibi Vaticani  
 Montis imago.

5

*bile Sabinum, quod egomet illivi Græco fictili reclusum; quando in amphitheatro acclamationes tibi concessæ fuerunt tantæ, ut applausum iterarent tibi littora patrii fluvii, poriter et adumbratio festiva collis Vaticani. Tu domi potabis Caccu-*

//////////

ortum esse *Vile*.—3 *Mentel. clevi.* quædam edd. ut Basil. 1531. et Venet. 1590. *datur in theatro*.—5 ‘*Clare* emend. Bentl. e codice Reg. Soc. neque enim convenire *Care eques*, nec *eques* epitheto nudum; *Clare eques* esse idem, quod III. Od. 16. 20. ‘*equitum decus*.’ Sed quid ni possit *eques* sine epitheto dici Mæcenas? cum constet, illum, quod equestri dignitate contentus esset, delectatum fuisse equitis appellatione, qua laus ejus continentia contineretur. *Care Mæcenas*, (plane ut ‘*dilecte M.*’ II. Od. 20. 7.) cum familiarius est, et aptius odario, ubi de vino agitur (non forte de virtutibus ac rebus gestis viri); tum, si de totius populi in eum amore accipiatur, majorem vim habere, et iis, quæ sequuntur, magis convenire videtur; quod pulchre observatum Christo. Ceterum Bentleio suffragatur Wakker. p. 11. tum sic ediderunt etiam Cum. Sanad. Quomodo autem *Clare Lambini* lectionem esse dicere potuerit Sanad. non assequor.’ *Jani.* Bentleium secuti sunt etiam

#### NOTÆ

3 *Datus in theatro Cum tibi plausus*] Jucunde simul et honorifice refricat Horatius Mæcenati memoriam dati per Populum Romanum plausus, seu cum ad spectacula venisset; solebant enim viri graves ac de Republica bene meriti acclamationibus excipi; seu cum Indos ipse exhibuisset pro sua liberalitate magnificos; seu ob lætitiâ recuperatâ a Mæcenate valetudinis, varias enim varii plausus hujus causas comminiscuntur.

5 *Eques*] Modestia hic Mæcenatis celebratur, qui cum summos quosque capessere magistratus potuisset, oblatos etiam recusavit, et Equestri dignitate contentus vixit. Propert. III. 9. 1. ‘Mæcenas Eques Etrusco de sanguine Regum, Intra fortunam qui cupis esse tuam.’

*Ut paterni Fluminis ripæ, &c.*] Tantu porro fuit ille plausus, ut inde personarent ripæ Tiberis scaturientis

in Hetruria, quæ Mæcenatis patria erat: nec non acclamantium voces ingeminaret Echo residens in concavis locis apud montem Vaticanum, qui theatro Pompeii proximus, sicut et fluvius Tiberis.

7 *Vaticani Montis*] Hic unus e collibus, quibus Roma inædificata est, adhuc retinet vetus nomen, insuper autem ostentat insignem S. Petri Basilicam, et palatium Pontificium dictus est: a vaticiniis illic edi pridem solitis. Vide Gell. XVI. 17.

8 *Imago*] Repetitio vocis, et acclamationum populi repercussio facta in monte. *Jocosa*] Quia joculari videtur Echo, dum ultima tantum verba repetit atque ingeminat. Supra Od. XII. 3. ‘Recinet jocosa Nomen imago.’ Virg. Ge. IV. 50. ‘Saxa sonant, vocisque offensa resultat imago.’ Tullius Tusc. III. initio, simile quid habet ubi scribit: ‘Popularem glo-

Cæcubum, et prelo domitam Caleno  
 Tu bibes uvam: mea nec Falernæ  
 Temperant vites, neque Formiani  
 Pocula colles.

10

*bum, atque uvam in torculari Caleno pressam. Nam certe mea vasa neque Falerni condiunt racemi, nec montes Formiani.*

Furstenberg. Wakef. et Kidd.—9 *Cæcubum* plures codd. Lambini, et primæ ejus edd. item Sanad. Jani, Bipont. et Mitsch.—10 *Tute habes uvam* conj. With.—11 *Temperant* Venett. 1492. 1509. Locher. Ald. et Ascens. 1519. nec *Formiani* Venett. 1490. 1492. et Locher.

## NOTÆ

riam in summa inauitate versari,' neque hanc esse ' eminentem virtutis effigiem, sed adumbratam imaginem gloriæ.' Additque, ' est enim gloria solida quædam res, et expressa, non adumbrata. Ea est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene judicantium Æ excellenti virtute. Ea virtuti resonat, tanquam imago gloriæ.'

9 *Cæcubum, et prelo domitam Caleno Tu bibes, &c.*] Tu quidem apud te bibes vina ejusmodi hand vulgaria, non ita vero apud me. Exquisita certe vina sectatum esse Mæcenatem indicat quod ejus nomine quædam celebrata sint ac Mæcenatiana dicta: quæ quidem refert et inter generosa censet Plinius XIV. 6.

*Cæcubum*] Cæcubus mons Latii ad sinum Cajetanum, Fundis vicinus et Amyclis, optimi vini ferax. Martial. XIII. 115. ' Cæcuba Fundanis generosa coquuntur Amyclis: Vitis et in media nata palude viret.' Plin. XIV. 6. ' generositas celeberrima in palustribus populetis.' Athen. I. 21. ex Galeno scribit: ' Cæcubum generosum, firmum, infestum capiti, non nisi post annos plures vetustum.'

Porro non a loco dictum vult Cæcubum Galenus variis locis, sed ita vocari vetustissimum quodlibet et ob vetustatem fulvum.

*Caleno*] Cales, vel Calenum, urbs Campaniæ seu Regni Neapolitani, in provincia terræ Laboris: a Cala Boreæ filio Argonauta, ut ferunt, condita; fertilem habet agrum vino generoso; nec minus celebrem aqua temulentos faciente, si Plinio fides. Athen. cit. *Calenum lenè magis quam Falernum stomacho placet; ó Καληνός κούφος τοῦ Φαλέρνου εἰστομαχώτερος.*

10 *Mea nec Falernæ*] Mea vina non sunt e nobilioribus.

*Falernæ*] Cui non audita fama vini e monte et agro Falerno in Campania? De eo Strabo lib. V. Athen. cit. ' Falernum anno decimo tempestivum est potui,' &c. Plin. cit. ' secunda nobilitas Falerno.' Lib. vero XXIII. cap. I. ejus salubritatem persequitur, sicut et aliorum.

11 *Formiani*] Et hoc celebre vinum erat ex agro Formiano in Campania, non procul Cajeta. Athen. cit. ' Formianum statim viget.'

## ODE XXI.

Jubet ter novem nobiles pueros atque puellas Apollini et Dianæ, in quorum Tutela Imperium P. R. erat, Hymnum pro incolmitate hujus Imperii atque Augusti cantare, Ludis Sæcularibus, ut Vet. Scholiastæ videtur; fortasse horum Natali die. (Nihil hic est, quod ad Ludos Sæculares conveniat, quin æque commode ad quodcumque sacrum Apollinis ac Dianæ queat referri. Choros puerorum et puellarum in aliis quoque sacris esse, docet v. g. iv. Od. 1. 25. *Gesn.*)

DIANAM teneræ dicite virgines,  
Intonsum, pueri, dicite Cynthium,

*Molles puellæ, canite Dianam; adolescentuli, canite Apollinem crinitum, et La-*

-----

Post Scholiasten Acronem plurimi, ut Masson et Baxter, hanc Oden in Ludis Sæcularibus cantatam esse putant; et Sanadonus, quem Jones. et Francis. sequuntur, illam tertiam partem Carm. Sæcular. facit. Vide Argum. Carm. Sæc. Epigraphe in veteribus Torrentii libris est, *Hymnus in Dianam et Apollinem*; unus ejusdem habet, *Hymnus ad Chorum de Diana et Apolline*; in aliis codd. *De Apollinaribus*; sive, ut vult Lambinus, *Sæculare Carmen*; alii ap. Jani, *Ad Apollinem et Dianam laus puerorum et virginum.*—

## NOTÆ

Metrum idem quod supra Ode v.

Triplex apud Horatium Carmen Sæculare inscriptum legimus. Unum tamen Ludis Sæcularibus decantatum; illud nempe quod est post Epodos: alia duo, (ut volunt quidam,) hoc scilicet, et Ode vi. Libri quarti Ludis Apollinaribus, de quorum origine fuse disserit Macrobius Saturnal. 1. 17. Est hic igitur Hymnus Apollini et Dianæ Diis averruncis et ἀλεξικάκοις dedicatus, ut mala in hostes avertant, Populo vero Romano securitatem, sanitatem, frugumque abundantiam impertiant: Augustum autem Principem diu servent. De Sæculari Carmine plura suo loco.

1 *Dianam*] Hanc forte priorem invocat, quia prior nata parturienti fratrem geminum Apollinem matri Latonæ obstetricis officium præstitisse fertur. *Dicite virgines*] His manda-

batur cantandum Carmen in honorem Deorum, quia ‘casta placent Superis.’

2 *Intonsum*] Pindaro ἀκείρεκόμην, non raso capillo. Nimirum ob radios solares: vide Macrobius, ante cit. et ob perpetuam juventutem. Tibull. 1. 4. 36. ‘Solis æterna est Phæbo Bacchoque juvenus: Et decet intonsus crinis utrumque Deum.’

*Pueri*] Liv. lib. xxxi. ‘Carmen ab ter novenis virginibus cani per urbem jusserunt.’ Et lib. xxxvii. ‘Decem ingenui, decem virgines, patrimi omnes matrimique, ad id sacrificium adhibiti.’ Zosimus Histor. Novæ lib. xi. ‘Ter novem pueri illustres, totidemque puellæ.’ Flav. Vopiscus Aurelianus. ‘Patrimis matrimisque pueris Carmen indicite.’

*Dicite Cynthium*] Apollinem, qui natus apud Cynthium montem in Delo



Latonamque supremo  
 Dilectam penitus Jovi.  
 Vos lætam fluviis et nemorum coma,  
 Quæcumque aut gelido prominet Algido,  
 Nigris aut Erymanthi  
 Sylvis, aut viridis Cragi :

5

*tonam omnino caram summo Jovi. Vos celebrate gaudentem fluminibus et sylvarum densis frondibus, quæcumque vel frigido extat Algido, vel nemoribus un-*

2 Cuning. dicite *Cynthion*.—5 *Vos lectæ fluviis et n. comam* conjectura ap. Jones. ex Carm. Sæc. vs. 6. *comam* quatuor Bland. Cruquii, Pulw. 4. Bentleii Græv. Gott. Acron, Landin. Mancin. Venett. 1492. 1509. Flor. 1482. Locher. Ascens. Bentl. Cun. Wakef. et Kidd. Sed *coma* quatuor alii Cruq. septem Lambini, duo et viginti ap. Bentl. omnes Torrentii, Heins. Steph. Fab. Bond. Schrevel. Delph. Baxt. Sanad. Jani, Mitsch. Bipont. et Wetzel. —8 ‘*Illud Sylvis* merito offendit. Conjiciebat *arris* Sanad. Sed neque arva Erymanthi placent. Quid si legatur *clivis*, h. e. ascensibus, s. lateribus declivibus? Sane id proxime abest a Sylvis antiqua scriptura.’ Jani. *Cragi* plurimi codd. et edd. antiq. et ita Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. et Comb. *Cragi* Heins. Steph. Schrevel. Bentl. Cuning. Sanad. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzel.

## NOTÆ

insula. Hunc vero pariter et Dianam præcipue celebrat, quod eorum oraculis motus Æneas in Italiam venit, Æneid. III. 97. et 381. IV. 345. VI. 66. ubi sic precatur Æneas: ‘*Da... Latio* considerare Teucros... Tum Phæbo et Trivia solido de marmore templum, Instituiam festosque dies de nomine Phæbi.’ In Carmine Sæculari postea Horatius ad Apollinem et Dianam: ‘*Roma si vestrum est opus.*’

3 *Latonam*] Hæc velut Apollinis et Dianæ mater ab Horatio jungitur hic iis Numinibus, quibus edebantur Ludi Sæculares. Ita vero recensentur ab Zosimo cit. ‘*Jupiter, Juno, Apollo, Diana, Parca, Lucina, Ceres, Pluto, Proserpina.*’

4 *Dilectam penitus Jovi*] Et quidem tanta Junonis zelotypia, ut eam pellicem ejusque factus omni conatu perdere tentarit, immisso adversus prægnantem Pythone serpente; incassum tamen. Varias enim illa regiones fugiendo pervagata, appulit in Orty-

giam insulam, quæ et Delos nominata; ubi ex Jove Dianam et Apollinem uno partu edidit. Vide Ovid. Macrob. cit. &c.

5 *Vos, lætam fluviis et nemorum coma*] Vos, o virgines, laudate virginem Dianam, propterea gaudentem sylvis ac venatione, ut virorum fugiat consortium: *fluviis* autem, in quibus abstergeret sudorem in sectando feras contractum. Ovid. Metam. III. 103. ‘*Hic Dea sylvarum venatu fessa solebat Virgineos artus liquido perfundere rore.*’

6 *Quæcumque aut gelido prominet, &c.*] Sive in Algido Latii, ab urbe pass. 20000. sive in Erymantho Arcadiæ, sive in Crago, Lyciæ montibus. In hoc aiunt fuisse agrestium Deorum antra. Apud Erymanthum venari Diana scribitur Homer. Odys. Z. Algidum denique perinde ac Aventinum tenere, sen in iis dominari jactatur Diana in Carmine Sæculari, sub finem.

Vos Tempe totidem tollite laudibus,  
 Natalemque, mares, Delon Apollinis,  
 Insignemque pharetra  
 Fraternaque humerum lyra.

10

*brois Erymanthi, vel Cragi viridantis. Vos, o masculi, tot encomiis efferte Tempe, et Delum Phœbi natalibus inclytam; et scapulam ejus exornatam pharetra et*

Wakef. Kidd. &c.—9 Alt. 2. *totidem extollite*.—10 Landin. *matres pro mares*.

## NOTÆ

9 *Vos Tempe totidem, &c.*] Vos autem, o casti pueri, canite loca Phœbo dilecta, velut Tempe in Thessalia, crebris lauris, quæ sacræ sunt Apollini, præcipuaque amœnitate inclyta: Delum item insulam ejus ortu, summaque eam ob rem religione nobilem ac reverendam. Cic. Verr. III. n. 47. et seq. 'Apollinem tu Delium spoliare ausus es? Illinc tu templo tam antiquo, tam sancto, tam religioso manus impias ac sacrilegas afferre conatus es . . . proditum memoriæ ac literis Latonam ex longo errore et fuga gravidam, et jam ad parientium vicinam, temporibus exactis, fugisse Delum, atque ibi Apollinem ac Dianam peperisse: qua ex opinione hominum, illa insula eorum Deorum sacra putatur: tantaque ejus auctoritas religionis et est, et semper fuit, ut ne Persæ quidem, cum bellum toti Græciæ, Diis hominibusque indixissent, et mille numero navium classem ad Delum appulissent, quicquam conarentur aut violare aut attingere.'

*Tempe*] Plin. IV. 8. 'Inter Ossam et Olympum nemorosa convalle . . . Tempe vocantur quinque millium passuum longitudine, et ferme sesquijugeri latitudine ultra visum hominis attollentibus se dextra lævaque leniter convexis jugis: intus sua luce viridante allabatur Peneus viridis calenlo, amœnus circa ripas gramine, canorus avium concentu.'

10 *Delon*] Plin. modo cit. cap. 12.

'Longe clarissima, Cycladum media, templø Apollinis et mercatu celebrata Delos: quæ din fluctuata, ut proditur, sola motum terræ non sensit ad M. Varronis ætatem . . . hanc Aristoteles ita appellatam prodidit, quoniam repente apparuerit enata . . . Cynthiam, Ortygiam, &c. alii vocant . . . cingitur quinque millibus passuum: assurgit Cynthio monte.' Et sub finem ejusdem cap. scribit, 'Hyperboreos frugum primitias solitos Delon mittere Apollini, quem præcipue colunt. Virgines ferrebant eas, hospitium gentium per annos aliquot venerabiles,' &c.

11 *Insignemque pharetra*] Jaculandi peritus habitus est semper Phœbus, atque 'certa metuendus sagitta,' ut est Ode XII. supra: tum ob interfectum Pythonem serpentem, occisosque Niobæ filios. Adde Virgil. Æneid. VI. 57. tum vero quod radiis in mortales ferventi æstu vibratis, morbos pestemque gignat. De quo Macrobius. Saturnal. I. 17.

12 *Fraternaque humerum lyra*] Insignem etiam lyræ inventionem et melodia ipsi quidem a Mercurio concessa: quæ fuse explicui Not. ad Oden X. supra. *Fraterna*] Apollo et Mercurius fratres noscuntur, ambo mirum ex eodem patre Jove procreati, hic quidem Mæi genitrice, ille vero Latona Cœi Titanis filia, ut supra jam dictum.

Hic bellum lacrymosum, hic miseram famem  
 Pestemque, a populo et principe Cæsare, in  
 Persas atque Britannos 15  
 Vestra motus aget prece.

*fratris cithara. Vestris ille votis exoratus, a plebe et Augusto Imperatore luctuosum bellum ac famem ærumnosam, atque luem propulsabit ad Persas et Britannos.*

//////////

—13 ‘*Hic bellum* vulgaris omnium libb. lectio; quæ si vera sit, inertem verear ne se Horatius poetam præbuerit. Nam postulat hymni idea, ut preces etiam ad Dianam, non ad solum Apollinem, fiant, cum laudes utriusque præeant. Deinde si legitur *hic*, vel puellis solis dandi sunt vs. 13-16. at tum offendit, quod nulla est justa chororum proportio: vel utriusque choro; sed tum ad utrumque numen, nullo discrimine, pertinere versus debent. Itaque ingeniosissimam Bentleii emendationem, *hæc bellum*, &c. ut ad Dianam referatur, quam et Sanad. amplexus est, pro lectione unice vera habeo; quid enim facilius fuit, quam mutari a librariis *hec* in *hic*? in primis, cum mox sequeretur *hic*. Nec moveor Gesneri timore, ut ea numerum inter Apollinem Dianamque distributio aliunde probari possit; erat enim penes Poëtam, rem h. l. sic constituere, cum essent generatim numina ἀλεξίκακα. Locum tamen Callimachi, Hymn. in Dian. 133. quem Bentl. affert, nolim huc trahere. Neque turbari nos necesse est, quod sequitur *motus*; nam licet id grammaticæ ad Phœbum referatur, sensu tamen et ad Dianam pertinet: forma poetis usitata; ut II. Sat. 5. 8. Denique et memorare iuvat, in cod. Alt. 2. a m. s. esse; *Hic bellum lacr. hæc m. f.* superascriptis glossis: ‘Apollo, Diana?’ unde certe probabile, fuisse in codicibus lectionem *hæc*, sed a librariis negligenter habitam.’ *Juni.*—14 *Pestemque, a populo, principe* sine copula et conj. Scaliger, Valart. et Medebach. idque receperunt Cuning. *Juni*, *Bi-pont.* et *Mitsch.* *a populo a principe* codd. ap. Cuning. et unus *Bersmanni.* in deest in *Harl. 1. 3. 4.* et *Locher.*—15 *Harl. 2. 6.* *In persas*, omisso in vs. 14. *Impersasque Britannos* *Vet. Comb.*—16 ‘Quid si pro *motus* legendum quis putet *mitis*? Sane et aptius magisque poetice hoc videtur, et *Carm. Sæc. vs. 33.* in eadem sententia est *mitis*; item dicitur ‘lenis precibus,’ *inf. xxiv. 17.’ Juni.*

#### NOTÆ

13 *Hic bellum lacrymosum, &c.*] Apollo Deus averruncus prece vestra permotus in hostes depellet impendentia nobis mala. *Bellum*] Matribus filios amittentibus ac deflentibus detestatum, ut est *Od. 1. Famem*] Qua nihil miserabilius, cum proprios aliquando filios parentes comederint, urgente fame. *Pestem*] Denique e fame sæpius exortam; tria nempe

mala omnium maxime formidanda.

15 *In Persas atque Britannos*] Ab Augusto Cæsare feliciter Rempublicam administrante Phœbus dicta avertet mala in hostes Populi Romani. *Persas*] Qui pro Partibus hic positi videntur; quos ille per Ventidium legatum subegit. *Sueton. Flor. Britannos*] Hodie *Anglos*, de quibus *Virgil. Eclog. 1.* ‘Toto divisos orbe Britannos.’

## ODE XXII.

AD ARISTIUM FUSCUM.

Poëta se Stoicum profitetur, dum numinum Providentiæ tribuit, quod immanis lupus in Sabinis se inermem fugerit. (Homo innocens tutus est in summis periculis. Nam dum ego Lalagen meam cano aliquando, lupo immanis me fugit inermem. Quare eam amabo ubique terrarum. *Zeun.*)

INTEGER vitæ scelerisque purus  
 Non eget Mauris jaculis neque arcu  
 Nec venenatis grævda sagittis,  
 Fusce, pharetra:  
 Sive per Syrtes iter æstuosas,

5

*O Fusce, quisquis innocenter vivit et sine crimine, non habet opus Maurorum telis, nec arcu, nec pharetra plena sagittis toxico infectis: seu ambulet per Syrtes*

\*\*\*\*\*

Hæc Ode quinta est Libri quarti in Ed. Sanadoni. Inscriptio in codice Laurentiano est, *Ad Aristium Fuscum laus innocentiae*; alii, *De bonorum tutela ad Fuscum*; vel, *Ad Fuscum Aristium laus innocentiae*.—2 *Mauri* Brod. Mentel. Pulm. 4. Fabric. Harl. 2. Rutgers. Baxt. Bond. Schrevel. Heins. Steph. et Delph. *Mauris* Nic. Heins. ex melioribus scriptis ad Ovid. Fast. v. 580. Lamb. ex optimis suis, optimi Torrent. 4. Blandd. et Div. ap. Cruq. Leid. Græv. Zulich. Battel. et a pr. m. Regin. Harl. 1. 3. 4. 5. 6. Gott. omnes Lips. cum edd. Cruq. Land. Mancin. Zarot. Muret. Aldd. Venet. Vet. Comb. Locher. Ascens. Chabot. Fab. Benth. Cuning. Jones.

## NOTÆ

Metrum idem quod Od. II.

Eidem hanc Oden atque Epistolam decimanam, ejusdem fere argumenti, scribit Horatius, Aristio Fusco, viro probo, Grammatico, amico. Apud bonum morum integritatem laudat; amico declinatum a se vitæ periculum significat; Philologo dictionum et verborum elegantia studiose velificatur. Hæc tria, Lector, observa, dum ego cetera persequor.

2 *Non eget Mauris jaculis, &c.*] Vir innocens, sua satis probitate tutus, armis non eget, quibus arceat quævis pericula. *Mauri*, jaculatores eximii, pedem efferre domo vix audent sine telis, ob frequentiam ferarum a quibus discrimen imminet. Herodian. Ælian.

de Animal. XIV. 5. Mauritania Africae regio Barbarica, ubi nunc regna Fessanum, Marochium, Tremissenum, Algerianum.

3 *Venenatis sagittis*] Plin. XVIII. 1. 'Quod animal tela sua, excepto homine, venenis tingit. Nos et sagittas unguimus, ac ferro ipsi nocentium aliquid damus . . . a nullo animalium, præter hominem, veneno pugnatur alieno.' Vide Cæl. Rhodig. XXIII. 10. ubi de multiplici ratione tela veneno imbuendi plura.

5 *Syrtes æstuosas*] Non de Syrtibus maritimis hic agitur; sed de arenosis iis locis Africae, apud Libyam, Solis ardore sabulique siccitate æstuantibus seu fervidis, per quæ iter

Sive facturus per inhospitalem  
Caucasum, vel quæ loca fabulosus

Lambit Hydaspes.

Namque me sylva lupus in Sabina,

Dum meam canto Lalagen, et ultra

10

*ferridas, seu per Caucasum hospitibus carentem, seu per regiones quas alluit Hydaspes fabulis celebratus. Enimvero nuper in Sabina sylva, dum canerem Lalagen*

//////////

Dacer. Sanad. Jani, Mitsch. Bipont. Wetzcl. Wakef. et Kidd. *nec arcu* Harl. 2. 3. Venet. Ascens. Locher. et quedam aliæ edd. vett.—7 *Caucason* Cuning. *sabulosus* lectio Grotii Petri, teste Nic. Heinsto, sed ea prava et contra metrum.—9 *Namque silva me* unus Bersmanni et Dess.

#### NOTÆ

feri nequit nisi ex siderum observatione, et cum magno quidem vitæ periculo, tum a feris venenosisque animalibus, cum ob volubiles arenæ cumulos, quos ventus tollit ac transfert. Prudent. in Apotheosi, cap. iv. adversus Judæos: 'Nec responsa refert Libycis in Syrtibus Ammon.'

6 *Inhospitalem Caucasum*] Asiæ montem altissimum atque celebratissimum, vel ob Prometheus, quem ibi fabulantur vinctum, ejusque jecur ab aquila perpetuo arrodi. *Inhospitalem*] Ob nives assiduas inhabitatum, item ob scopulos, unde Virgil. *Æneid.* iv. 366. 'cautibus horrens Caucasus.' Mons ille, inter duo maria Caspium et Euxinum, tantæ fertur altitudinis, ut ejus vertex ad tertiam noctis partem Solis radii illustretur. Vide Aristot. *Meteor.* i. 3. Quint. Curt. lib. vii. ejus pars a quibusdam creditur mons Ararath versus Armeniam, in quo post diluvinum quievit arca Noë.

7 *Vel quæ loca fabulosus Lambit Hydaspes*] Per Indiam nimirum. Duplex est Hydaspes fluvius in Asia. Alter Medos alluit, et hinc Georgic. iv. dicitur 'Medus Hydaspes.' Alter Indiani citiorem irrigat, hodie *Rouvey*, fuitque terminus victoriarum Alexandri Magni; in Indum illabi-

tur, apud Nysam urbem; unde a Luciano lib. viii. vocatur 'Nysæus Hydaspes.' Hic porro nuncupatur *fabulosus*, quoniam multa de illo fabulantur; ut quod arenam volvat auream; quod gemmas ferat: unde 'anrifer' Claudiano, 'gemmafer' Senecæ Trag. in *Medea* appellatur: quod tanto sonitu vortices agat, undas collidat, spumas attollat, ut non sine trepidatione procul aspiciatur; atque remiges Alexandri Magni dederit attonitos ac stupentes: ipsis etiam gubernatoribus rei novitate suspensis. Arrian. lib. vi. paulo post initium.

9 *Sabina*] Hæc Italiæ regio pridem Latium inter Umbriam atque Hetruriam adhuc nomen servat, sed angustiores habet fines: in ditone Pontificia continetur.

10 *Dum meam canto Lalagen*] Dum meditor et compono de amoribus meis in Lalagen versus et carmen. *Et ultra Terminum vagor*] Dum cæstro poëtico et anatorio abreptus in sylvam aliquanto longius progredior, non advertens incidi in lupum ingentem et magnitudine portentosum, qui tamen non modo non læsit, sed sponte me licet *inermem fugit*.

Terminum curis vagor expeditis,  
Fugit inermem.  
Quale portentum neque militaris  
Daunias latis alit æsculetis,

*meam amicam, atque præter limites exerrarem liber ab omni sollicitudine, armis licet destitutum vitavit me lupus: quale monstrum haud nutrit Apulia bellicosa in*

//////////

2.—11 *Terminum c. v. expeditus* Pulm. 1. 2. 4. Comment. Cruq. Alt. 1. Fa. Lambin. et quidam alii: item Flor. Harl. 3. 6. Vet. Comb. Venet. 1590. cet. et præferunt Brut. Marcell. Fabr. Fab. Steph. Heins. Benth. Dacer. Bond. Schrevel. Wetzel. Wakef. et Kidd. Sed *expeditis* Porphy. omnes ceteri Lamb. quatuor Torrent. 4. Bland. Cruq. duo Fabr. Palm. 3. Mentel. Lips. 1. Muret. Venet. 1492. Asc. Locher. Heins. Steph. Rutgers. Jones. Cun. San. Baxt. Jani, Mitsch. Bipont. et Comb. 'Et hæc lectio exquisitor.' Jani.—12 *Fugit inermem* Cuning. et var. lect. ap. Jones.—14 *Daunia* Harl. 2. 5. Acron. Comment. Cruq. Fran. Dess. 2. sex Torrent. Venett. 1478. 1479. 1490. Ascens. *Daunia in* Pulm. 4. Mentel. Mancin. Venet. 1590. Vet. Comb. Basil. 1531. Lamb. Cruq. Fab. Rutgers. H. Steph. R. Steph. Talbot. Pine, Benth. Dacer. Jones. Schrevel. Delph. Wetzel. et Kidd. 'Sane vix usus esset Horatius præpositione, si quid sentio.' Jani. *Daunias* Porph. Pulm. 1. 2. 4. unus Fabric. 4. Bland. Cruq. Exc. Sax. Gott. Flor. Harl. 1. 3. 4. 6. Leid. Zuleh. Græv. et Regin. a m. pr. (quod et in multis aliis sic est, eraso s;)

#### NOTÆ

11 *Curis expeditis* [*expeditus*] Quidam legunt, *expeditis*: perinde est.

12 *Fugit inermem*] Meam reveritus innocentiam, non armis territus, ille lupus cessit fugitque, inquit Poëta. S. August. lib. 1. contra Julianum: 'Omnes bestia,' inquit, 'ante peccatum homini erant subjectæ. Quod autem nunc nocent, pœna primi est peccati. A principatu decidimus, a fiducia et honore.' Ille quidem principatus utcumque est restitutus, post diluvium Deo sic Noë et filiis ejus loquente, Genes. cap. ix. 'Sit terror vester ac tremor super cuncta animalia terræ;' unde S. Ambros. Epist. xxxviii. 'Feræ suos morsus sæpe suspenderunt revocante sono vocis humanæ. Leones ipsos videmus, si vox hominis resultarit, prædam dimittere: pardos et ursos incitari ac revocari vocibus.' At cum sanctitate morum ac vitæ integritate ad priorem innocentiam atque ad plenam apud Deum gratiam homo

rediiit, tum certe bestiis, ut in felici quondam illo statu, dominatur plane et ad arbitrium. Sic leones in eremo dejecta cervice ad S. Antonium accedentes ejus manus ac pedes lingebant: serpens Hilarioni morem gessit, duo dracones Ammoni, crocodilus Heleno, læna Joanni Abbati, hyæna Macario Alexandrino, &c.

13 *Quale portentum, &c.*] Talis ac tantus erat lupus iste, ut major hand occurrat bellua sive in Apuliæ sylvis, sive in Libyæ desertis.

*Militaris Daunia*] A Dauno Rege, Diomedis, ut aiunt, socero, Daunia dicta est olim Italiæ regio quædam in Apulia, hodie *la Capitanata*; alluitur Adriatico mari, regni pars est Neapolitani. Synecdoch. Vide Plin. III. 11. et alibi. *Militaris*] Aptos habens militiæ viros bene multos.

14 *In latis æsculetis*] In late patentibus sylvis, quæ consita sunt æsculis arboribus glandiferis: Plin. lib. XIX. 'Jovi sacris.' XII. 1. 'Arborum ge-

Nec Jubæ tellus generat, leonum  
 Arida nutrix.  
 Pone me pigris ubi nulla campis  
 Arbor æstiva recreatur aura,

15

*patentibus æsculetis, nec gignit terra Jubæ sicca leonum altrix. Colloca me in agris sterilibus, ubi nulla arbor fovetur tepenti aëre, quam orbis partem infestant nubila,*



Locher. Land. Cun. Jani, Mitsch. Bipont. et Wakef. Probat et N. Heins. ad Ovid. Her. Epist. xv. 154. 'Exagitavit inprimis Benteleius hanc lectionem, sed, quod interdum illi accidit, multis arguitis: veluti non magis posset dici *Daunias* pro *Daunia*, quam 'Italias,' 'Sicilias.' Jani. 'Daunus in conj. ap. Jones. *Daunius latis*, &c. conj. Cun. et (quod miror) recep. Sanad. *Daunia*, sc. tellus, alia conj. Cun. *Idem*. 'Codd. omnes hic vel *Daunias*, vel *Daunia* exhibent, omis a præpositione. Benteleius de hac voce multa erudite et timide disputat, et Nic. Heinsii lectionem expendit: tandemque eo inclinatur, ut dicat, sua quidem sententia, liberum esse cuicunque vel vulgatam retinere, vel cum Heinsio et plerisque codd. *Daunias* legere. Sed, pace tantorum virorum dictum hoc sit, male ita legitur; nulla enim regio *Daunia*, vel *Daunias* cognita fuit. *Daunia* sua natura adjectivum est ab urbe *Danno*, unde Hor. II. Od. I. 34. 'Daunias cædes,' et IV. Od. 6. 27. 'Dauniam Camœnam' dixit. *Daunia* dicitur regio Apuliæ, vel a *Dauno* Illyrico, cf. Fest. in h. v. vel ab urbe *Danno*, vel *Dannio*, unde gentile nomen *Dannius*. His visis jam Horatio restitimus suam manum, et levissima mutatione legamus: *Quale p. n. m. Daunius I. agit æsculetis*. Qualem lupum *Apuli* in *æsculetis* suis nunquam *venari* solent. *Daunium* vero hic *militarem* vocavit, ut II. Od. 11. 1. 'bellicosum' dixit 'Cantabrum.'" *Jever* ad *Lucan.* I. 549. 'lautis quidam Mss. et edd. *æsculetis* rectius quam *æsculetis*. Vide Serv. ad Virg. Ge. II. 291. Heins. et Drakenb. ad Sil. v. 481.' Jani.—18 Marius Victorinus p. 2603. bis hunc

NOTÆ

nera Numinibus dicata . . . . Jovi æsculus, Apollini laurus, Minervæ olea, Veneri myrtus, Herculi populus.'

15 *Nec Jubæ tellus*] Mauritania, in qua regnavit Juba, qui Pompeio addictus, Cæsari primum acriter restitit, et ab eo tandem debellatus est. Plutarco. in Cæsare. Synecdoch. ponitur pro Africa cuius est pars versus Occidentem. Plin. v. 1.

*Leonum Arida nutrix*] Tum arena- rum siccitate, tum etiam aquarum penuria laborat et arescit tota illa regio: leones aliasque feras innumera- biles gignit. Vide Plin. VIII. 16. ubi inter alia multa, sic ait initio quidem: 'Leoni præcipua generositas, tunc cum colla armosque vestiunt jubæ . . . Africa hæc maxime spectat,

inopia aquarum ad paucos annes congregantibus se feris. Ideo multiformes ibi animalium partus . . . unde vulgare dictum: Semper aliquid novi afferre Africam.' Vide et Cæsar. Rhodig. XIII. 8. et 19. ubi de leonum natura quæpiam disserit non spernenda.

17 *Pone me pigris ubi nulla, &c.*] Ergo intrepidus ubique fuero et securus, etiamsi me ponas in terris horrorem incutientibus vel ob nimium frigus, vel ob æstum intolerabilem.

*Ubi nulla campis Arbor, &c.*] Apud utrumque mundi Polum Arcticum, et Antarcticum; ubi assiduum prope gelu terras facit steriles: longioreque Solis absentia, per sex nempe circiter menses, *pigri* manent *campi*,

Quod latus mundi nebulæ malusque  
 Jupiter urget ;  
 Pone sub curru nimium propinqui  
 Solis, in terra domibus negata ;  
 Dulce ridentem Lalagen amabo,  
 Dulce loquentem.

20

*et malignus Jupiter ; constitue me sub curru Solis nimis vicini, in regione ædificiis carente ; ubicumque diligam Lalagen suaviter arridentem, suaviter et verba facientem.*



versum laudat ad hanc speciem: *Arbor æstiva recreatur umbra.*—20 Alt. 2. et Harl. 3. *Jupiter urgent.*—21 Cuning. *curru nimium propinquo.*

#### NOTÆ

*arborque nulla crescit, ubi non æstiva recreatur aura*: benigno carens eo tempore, quo plantis incrementum ac fœcunditas præstat. Hoc etiam *latus mundi* infestant semper *nebulæ*, quippe quas non discutit Sol ; *malusque Jupiter urget*, id est, rigidum, insalubre, graveque cælum, seu aër nunquam serenus et clemens. Ovid. Met. viii. 789. ‘Triste solum, sterilis sine fruge, sine arbore tellus ; Frigus iners illic habitant, Pallorque, Tremorque, Et jejuna Fames.’

21 *Pone sub curru nimium, &c.*] In Zona torrida, inter utrumque Tropicum, ubi Sol *nimium propinquus* terras adurit, nullosque proinde incolas ac domicilia permittit. Ovid. Met. i. 49. ‘Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu.’ In eo scilicet errore versati sunt antiqui, quo nos levarunt ii qui navigando peragrandoque totum orbem lustrarunt, habita-

toresque non deesse iis in plagis viderunt, quas inhabitatas olim existimavere. Neque est immodicus illic æstus, quem valde temperari constat noctium diebus æqualium longitudine. Adde quod ait Justinus lib. ii. initio: ‘Naturam, cum primùm incrementa caloris ac frigoris regionibus distinxit, statim ad locorum patientiam animalia quoque generasse ; sed et arborum atque frugum pro regionum conditione apte generariata.’ Compertum itaque modo est et salubrem satis aërem, et frequentes adesse populos in regionibus Æquatori subjectis ac vicinis : v. g. in insulis Java, Sumatra, Borneo, Maldivis, Delphina, seu Madagascaria, &c. In continentibus vero terris, apud Malacam, in Asia ; Guineam in Africa ; in America vero, apud Castellam auream, Guaianam, Peruviam, &c.



ODE XXIII.

AD CHLOEN.

Puellam quondam imperitam et subrusticam sub Chloës nomine deridet.  
(Puellam jam viro maturam pellicit ad amorem, eamque comparat cum timido hinnulo. *Zeun.*)

VITAS hinnuleo me similis, Chloë,  
Quærenti pavidam montibus aviis  
Matrem, non sine vano  
Aurarum et syluæ metu.

Nam seu mobilibus veris inhorruit

5

*O Chloë, me fugis velut hinnulus timidam parentem requirens per montium devia, haud absque inani formidine ventorum ac nemoris. Corde enim ac genibus*

//////////

Deest hæc Ode Editioni Saad.—1 *Vitat* quidam Torrent. et Chabot. Mentel. Pulm. quatuor, Lips. 1. 2. 4. Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. duo Bersmanni, Venett. 1477. 1478. 1479. Vet. Comb. Locher. Ascens. Mancin. aliæque edd. *inuleo* et *hinuleo* codd. ap. Torrent. et Jani. *Cloë* in iisdem.—5 ‘*Nam seu m. vitis inhorruit Ad ventum* (h. e. a vento) *foliis* Muret. ex antiquis quibusdam, ut ille ait, libris. Ea quoque lectio Scaligeri, Heinsii, Ro. Steph. Sed quis non miretur vites in montibus aviis? *Nam seu m. veris inhorruit* (sc. sylvæ) *Ad ventum f.* (ad ventum veris, Zephyrum) Lud. Desprez ex conjectura; [et ita Schrevel.] *Nam s. m. v. i. Adventu f.* (adventu veris, i. e. flante Zephyro) alia ejusdem Despr. conj. Utraque ratio quam dura! *Nam seu m. veris inhorruit Ad ventum foliis*, emend. Bentl. et sic Cun. [Wakef. Kidd.] et Maikland. Ep. crit. ad Fr. Hare p. 50. Jam ante Bentl. sic correxerat Salmas.

NOTÆ

Metrum est idem quod supra Od. v.

Argnit Horatius in Chloë id quod in ingenua maxime laudandum puella videri debeat. At proprie tum Veneri litat, cum queritur quod illa jam grandior non audeat absente matre virum se alloqui, sermonesque miscere.

1 *Vitas*] Quibusdam placet *Vitat*. Verum, ut bene monet Theodorus Marcilius, Flaccum velle *Vitas* liquet, cum subjungit, *atqui non ego te, &c.*

*Hinnuleo similis*] Tam meticulosa quam hinnulus, cervi, damæ, aut capreoli pullus, a matre præsertim abstractus.

*Chloë*] Nomen adolescentulæ conveniens. Nam *χλοή* est herba virens.

2 *Quærenti pavidam Matrem*] A qua exerravit. *Pavidam*] Cervæ enim semper timet, ejusque in fuga securitatem natura constituit, tum a venatoribus, tum a feris.

*Montibus aviis*] A trita nempe via declinare amant feræ.

4 *Syluæ*] Diæresis. Sic Tibull. 1. 10. 46. ‘Sit satis ornatas dissoluisse comas.’

5 *Nam seu mobilibus veris* [*vitis*] *inhorruit Adventus* [*Ad ventum*] *foliis*] Hanc in interpretatione secutus sum lectionem, quæ Mureti est atque Scaligeri: quanquam non satisfacit. Quid enim hinnulo, per nemus cervam ma-

Adventus foliis, seu virides rubum

Dimovere lacertæ,

Et corde et genibus tremit.

Atqui non ego te, tigris ut asp̄era

Gætulvsve leo, frangere persequor :

10

*contremiscit, sive frondes vitis leves aura concutiuntur, sive lacerti virides dumum commorent. Verum ego te nequaquam insequor, ut dilacerem quasi tigris violenta,*



teste Menagio, quod iste ex J. G. Grævii ad se datis literis, et nota N. Heinsii ad Horatium suum, ipse refert. Quin multo ante in Gogavi lib. emiss. 26. (ed. 1567.) esse eam conjecturam testatur Cuning. Animadv. p. 47. Est ea emendatio per se doctissima tantoque critico Bentleio dignissima. Egrege conveniunt *vepris*, s. dumetum, et *inhorrescere* (Virg. Ge. III. 315.) item *vepris* et *rubus*; tum ex *vepris* facillime euasci potuit *veris*.<sup>2</sup> Jani. Nos- tram lectionem timentur codd. et vet. edd. omnes, Lamb. Cruq. Torrent. Steph. Jani, Bipont. Mitsch. et Wetzel.—7 *Dimovere lacerti* Dess. I. et Dess. 2. a m. sec.—9 *Atqui non ego tygris velud aspera* Harl. 4.—10 Multi codd.

#### NOTÆ

trem quærenti, cum vite? Legunt vulgo : *Nam seu mobilibus veris inhorruit Adventus foliis*: ut sit hypal-lage, pro : Seu folia veris adventu inhorruere mota, scilicet vento quolibet tenui, puta Zephyro. Quod nec omnino placet. Quid si referatur ad vocem antecedentem, *sylvæ*; legamusque, planiori certe sensu ac sententia : *seu mobilibus veris inhorruit Adventum foliis*; id est : Seu motis foliis sylvæ inhorruit ad ventum levem, Zephyrum nempe veris comitem. Vel : *seu mobilibus veris inhorruit Adventu foliis*; id est : Seu tremuit sylvæ foliis motis veris adventu, flante Zephyro nimirum.

6 *Seu virides rubum Dimovere lacertæ*] Sive latentes in rubo lacertæ discurrendo strepitum edidere, tantulum commoventes fruticem et spinas : tum vero hinnuleus trepidat, cor palpitat, et genua labant. De lacertis vide Plin. VII. 39. et alibi.

9 *Atqui non ego te, tigris ut aspera, &c.*] Ego non nocendi, sed amandi cupiditate persequor te, Chloë : cur me fugis? Apud Ovid. Met. I. 504.

Apollo Daphnen insequens : 'Nympha, precor, Penei, mane : non insequor hostis : Nympha, mane. Sic agna lupum, sic cervæ leonem, Sic aquilam penna fugiunt trepidante columbæ.'

*Tigris ut aspera*] Hujus tanta fertur crudelitas, ut sponte hominem petat, cum reliquæ feræ, nisi fames aut ira stimulet, ultro fugiant. Plin. VIII. 18. 'Tigris Hyrcani et Indi ferunt, animal velocitatis tremendæ,' &c.

10 *Gætulvsve leo*] 'Gætulia tota ad flumen Nigrin, qui Africam ab Æthiopia dirimit,' inquit Plin. V. 4. lib. vero VIII. cap. 16. 'Leoni tantum ex feris clementia in supplices : prostratis parcat : et ubi sævit, in viros prius quam in fœminas fremit : infantes non nisi magna fame. Credit Libya intellectum pervenire ad eos precum. Captivam certe Gætuliæ reducem audivi, multorum in sylvis impetum a se mitigatum alloquio, ausam dicere se fœminam, profugam, infirmam, supplicem animalis omnium generosissimi, ceterisque imperantis, indignam ejus gloria prædam. Varia

Tandem desine matrem  
Tempeſtiva ſequi viro.

aut leo e Gætulia. Ergo viro matura desine aliquando genitrici inhæverere.

//////////

Getulus : Gr. est Γαιτούλος.—12 Unus Bersmanni et Dess. 2. viro sequi.

NOTÆ

circa hæc opinio, &c. Gætulia Libyæ interioris regio, hodie *Biledulgerid*, magnam habere ferarum copiam a nemine ignoratur. *Frangere persequor*] Phrasis Græca.

ODE XXIV.

AD VIRGILIUM.

Erant Horatio et Virgilio duo corpora, una anima, unus idemque dolor; ut vel ex hac aurea Threnodia, qua Quintilii Vari Cremonensis, Virgiliti cognati atque sodalis, obitum miserabiliter deflet, manifestissime patet. Consolatio est ad Virgilium scripta.

QUIS desiderio sit pudor aut modus  
Tam cari capitis? Præcipe lugubres

*Quæ sit verecundia, vel finis dolori, ob jacturam viri adeo dilecti? Doce que-*

//////////

Hæc Ode est decima quinta Libri tertii in Ed. Sanadoni. Inſcribitur in Laurent. Torrentii, *Threnus in Quintilium a Virgilio amatum*; Locher. *Ad Virgilium de morte Quintilii*; Mentel. *Venus in Quintilium mortuum*. Forsan Venus est lapsus librarii pro *Nænia*, non pro *Threnus*, ut putat Jani.—1 *Quis desideris* Alt. 2.—2 *Desine pro Præcipe* quidam, teste Dacer. satis inepte. *lugubris* antiquissimi codd. unde multi recentiores Mss. et edd. fecerunt *lugu-*

NOTÆ

Metrum idem quod supra Ode vi. 1 *Quis desiderio sit pudor, &c.*] Quem dolere pudeat, quis luctui modum putet adhibendum, amisso tam caro capite? Seneca tamen Epist. 100. sic præcipit: 'Est aliquis et dolendi decor: hic sapienti servandus est: et quemadmodum in ceteris rebus; ita et in lacrymis aliquid sat est. Imprudentium ut gaudia, sic dolores exundavere. Æquo animo excipe necessaria.' 2 *Cari capitis*] Eam dicendi formam Græcis Homeroque imprimis amatam notat Eustath. Sic *Odys.*

Cantus, Melpomene, cui liquidam pater  
 Vocem cum cithara dedit.  
 Ergo Quintilium perpetuus sopor  
 Urget! cui Pudor, et Justitiæ soror

5

*rulum carmen, o Melpomene, cui genitor impertivit amœnam vocem cum lyru. An igitur sempiternus Varum somnus occupat? Cui Verecundia, atque integra Fides*

*bres, quod et in vulgatis est. Sane e codd. nil potest confici, quod lugubris scribebant etiam pro accus. plural. Bene habet lugubres, i. e. molles, mœsti cantus; sed mihi exquisitius tamen videtur conjungere lugubris Melpomene, ut (more poëtico) ipsa Musa dicatur lugubris, dum carmen lugubre canit vel docet.' Jani. lugubris habent etiam Harl. 1. 3. 4. 6. Benth. et Jani, lugubres Harl. 2. 5. alii codd. cum Lambin. Cruq. Torrent. Delph. Schrevel. Bond. Baxt. Mitsch. Bipont. Wetzcl. Wakef. et Kidd.—5 Nonnulli codd. et edd. Quinctilium, quod ex lapidd. et monumentt. probat Jani.—6 'Vide an forte*

## NOTE

A. 343. Penelope de absente Ulysse: *Τοίην γὰρ κεφαλὴν ποθέω. Tale enim caput desidero.* Il. ©. 281. *Τεῦκρε, φίλη κεφαλῆ. Teucer, carum caput.* Hanc et Latini usurparunt: 'lepidum caput,' &c.

*Præcipe lugubres, &c.]* Quidam legunt, *lugubris*, et subandiunt, 'Dea;' hoc sensu: O Melpomene lugubris cantus Dea, præcipe modum legendi tam dilectum caput. Hanc vero Musam præ ceteris invocant, utpote inventricem Tragediæ, rebusque mœstis præsidem. Anson. *Edyll. xx.* 'Melpomene Tragico proclamat mœsta boatu.'

3 *Cui liquidam pater Vocem, &c.]* Musæ sunt filiæ Jovis et Mnemosynæ. Melpomene a cantus suavitate dicta: *μέλωμαι, cano. Liquidam]* Suavem, dulciter fluentem. Macrobius. vi. 3. ex Hostio Poëta: 'si mihi linguæ Centum, atque ora sient totidem, vocesque liquatæ.' Pers. Sat. i. 35. 'plorabile si quid eliquat.'

5 *Ergo Quintilium, &c.]* Exclamatio gravis index doloris. Sic amici luctum luctu suo vincere conatur; sic et illabitur in ejus animum, ut majorem habens fidem solatium facilius admittat, immo et aliquantulum ob-

jurgationem. Sic bene utitur Poëta consilio a Musa, quam statim invocavit, accepto.

*Quintilium]* Vel Cremonensem illum Virgilii atque Horatii amicum, ejus meminit Euseb. Chron. Olymp. 189. vel præfectum Romani exercitus, qui cum tribus legionibus atque auxiliariis copiis cæsus in Germania ab Arminio Germanorum Rege. Dio lib. lvi. Sueton. August. cap. xxiii.

*Perpetuus sopor]* Sic et 'longus somnus,' pro morte, iii. Od. 11. 38.

6 *Cui Pudor, &c.]* Breve sed ingens Quintilii elogium. *Pudor*, quem Tull. de Finibus ii. 'moderatorem cupiditatis' appellat. Hinc et de Orat. i. n. 122. Crassum ita laudat: 'Fuit mirificus quidam in Crasso pudor.'

*Justitiæ soror Incorrupta Fides]* Ex Platone Justitia cum in Deos observatur, vocatur Pietas; Fides autem, cum erga homines. Tull. Offic. i. n. 23. 'Fundamentum justitiæ fides.' Et Partit. Orat. 'Justitia erga Deos religio, erga parentes Pietas, vulgo autem bonitas; creditis in rebus Fides, in moderatione animadvertendi lenitas, amicitia in benevolentia no-

Incorrupta Fides, nudaque Veritas

Quando ullum inveniet parem?

Multis ille bonis flebilis occidit;

Nulli flebilior quam tibi, Virgili.

10

Tu frustra pius, heu! non ita creditum

Poscis Quintilium Deos.

Quod si Threicio blandius Orpheo

*Justitia germana, et Veritas simplex quando reperient similem quenquam? Is certe plurimis occubuit probis legendus: at nemini magis quam tibi, Maro. Tu religiosus incassum, eheu, Quintilium repetis a Numinibus, haud sic concessum. Etiamsi dulcius, quam Thrax Orpheus, chordam pulses arboribus auscultatam, mi-*

\*\*\*\*\*

legendum: cui Pudor, et Justitia, et soror Incorrupta Fides.' Waddel.—8 Lamb. Cruq. Torrent. Delph. Schrevel. Bond. Baxt. Wetzel. et Comb. *inveniet*; Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. plus decem codd. Bentleii, Alt. 1. 2. omnes Lipss. Mentel. Brod. Locher. Ascens. Venett. 1477. 1478. 1479. Vet. Comb. Benti. Cuning. Sanad. Jani, Mitsch. Bipont. Wakef. et Kidd. *inveniet*. 'Est etiam Horatianæ consuetudini convenientius, ut 1. Od. 3. 1. 3. 1. Od. 34. 9. &c. Mibi probabile, et Lambini, Torrentii, Cruquii, aliorumque codd. multos sic exhibuisse; sed viros doctos pro errore librarii habuisse, et sic neglexisse.' Jani.—9 *Multis ille quidem* Glarean. Venet. 1509. et vulgg. edd. ante Lambin. *Multis ille bonis* duo Vat. Don. Faërn. Ursin. Tornes. Nicotian. Russard. Bland. 1. 2. 3. 4. Martin. Sil. Div. tres Torrentii, Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Venett. Mediol. et edd. recentt.—10 *Vergili* est in multis codd. et edd. vett. solenni varietate.—11 *Sed frustra* Joan. du Hamel ex codd. et recepit Sanad. *Heu frustra* in aliis codd.—13 *Quid? si Threicio* quinque Lambini, omnes Cruq. præter unum, Gott. omnes Lipss. Dess. 1. 2. et Brod. Et sic Lamb. Cruq. Brut. Heins. Cun. Sanad. Baxt. Wetzel. et Wakef. *Mox Num vanæ* (ut interrogatio sit) quinque Lamb. omnes Cruq. præter unum, Lipss. Desss. Pulm. 1. 2. 3. 4. et sic Lamb. Cruq. Brut. Heins. Cun. San. Baxt. Talbot. et Pine. *Sed Quod si* et *Non vanæ* Porphyr. Harl. 4. omnes Torrent. Mentel.

NOTÆ

minatur.'

7 *Nudaque Veritas*] Cujus 'magna vis, quæ contra hominum calliditatem et solertiam se per se ipsa defendat,' ut ait Tull. pro Cælio. et Offic. 1. n. 109. 'Sunt alii simplices et aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex insidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici.'

9 *Multis ille bonis, &c.*] Legunt alii: *Multis ille quidem, &c.* *Nulli flebilior quam tibi, Virgili*, utpote vir bonus, amicus, cognatus.

11 *Tu frustra pius, &c.*] Jam castigare incipit leniter immoderatam amici luctum. *Non ita creditum*] Id

est, non ea lege ut non moreretur. Scilicet quæ donantur non solent repositi; at quæ credita et commissa sunt, cum liberit repetuntur. Quintilius ita creditus nobis ad tempus, tandem sine injuria eripitur: immo tum creditor utitur jure suo. Vide ergo, Virgili, ne cum poscis Quintilium Deos, videre non solum pius heu frustra, sed et præpostere; atque in Deos iniquus. Lucret. III. 984. 'Vitaque mancipio nulli datur; omnibus usu.'

13 *Quod si Threicio*] Alii legunt, *Quid si*. Alii, *Qui si*. Et pro *Non*, interrogative *Num*. *Threicio blandius*

Auditam moderere arboribus fidem ;  
 Non vanæ redeat sanguis imagini, 15  
     Quam virga semel horrida,  
 Non lenis precibus fata recludere,  
 Nigro compulerit Mercurius gregi.  
 Durum ! sed levius fit patientia,  
     Quicquid corrigere est nefas. 20

*nime tamen vita reddatur inani simulacro, quod tremendo semel caduceo ad turbam atram aggregavit Mercurius nequaquam facilis exorari, ut fata rescindat. Grave quidem est illud: at tolerabilius ferendo efficitur quodcumque immutare haud licet.*

\*\*\*\*\*

Altt. &c. et sic Locher. Ascens. Venett. Basil. 1531. 1580. Steph. Rutgers. Fabric. T. Fab. Dacer. Bentr. Jones. Heyn. Obs. ad Tibull. p. 155. 'Mihi quidem, quod aiunt, interrogationem vividiorum facere locum, id ipsum displicet; nam molliorem esse sententiam, minusque offendere potuisse mæstum Virgilium, si sine interrogatione instar querelæ efferatur, plane sentio. Qui si conj. Crug. Quin si conj. T. Faber.' Jani. Cuning. blandior.—16 *Quam virga simul* quidam Bersmanni.—17 *Quædam* edd. vett. ap. Jani, *Non levis*. Quidam ap. Fabric. *reducere*, interpolate.—20 Codex vetustissimus Marcilli, *Quicquid corrigier nequit*.

#### NOTÆ

*Orpheo, &c.*] Adverte comparisonem Virgilii cum Orpheo. Sensus est: Nosti Orpheum, arboribus cantus suavitate pertractis, a se demulcendum etiam sperasse Inferorum tyrannum, ut Eurydicem uxorem morte ablatam redderet; sed irrito et inani conatu: sic tu, etsi vincas Orpheum carminis dulcedine, haud tamen flectas Numina, ut Quintilium restituant.

15 *Non vanæ redeat sanguis imagini*] Non vita redeat mortuo, non anima remittatur in corpus exanime. Itaque *vanam imaginem* interpretari libet hominis umbram, manes. Virgil. *Æneid.* iv. 654. 'Et nunc magna mei sub terras ibit imago.' Et *Æneid.* vi. 292. 'Et ni docta comes tenues sine corpore vitas Admoneat volitare cava sub imagine formæ.' *Sanguis*] Vita. *Æneid.* ix. 349. 'Purpuream vomit ille animam.'

16 *Quam virga semel, &c.*] De caduceo Mercurii, ejusque animas deducendi potestate, vide supra Ode x. vs. 18.

17 *Non lenis precibus fata recludere*]

Virgil. *Georg.* iv. 469. de Orpheo: 'Manesque adiit, regemque tremendum, Nesciaque humanis precibus assuescere corda.' *Æneid.* vi. 376. 'Desine fata Deum flecti sperare precando.'

18 *Nigro compulerit gregi*] Ceteris Manibus aggregavit, et ad Plutonem perduxerit.

19 *Levius fit patientia Quicquid, &c.*] Euripid. *Phœniss.* Δεῖ φέπειν τὰ τῶν θεῶν. Senec. 'Optimum est pati quod emendare non possis.' Plaut. *Captiv.* II. 1. 1. 'Decet id pati æquo animo: si id facietis, levior labos erit.' Virgil. *Æneid.* v. 710. 'Superanda omnis fortuna ferendo est.' Ovid. *Met.* VIII. 633. 'paupertatemque ferendo, Effecere levem.' Contra vero, quisquis mala necessaria impatienter et inique fert, quid aliud, quam novum sibi dolorem creat, et malum malo addit? Ejusmodi hominem, qui communia cunctis mortalibus incommoda respuit, egregie suggillat Juvenalis, et 'gallinæ filium albæ' per ludibrium vocat, *Sat.* XIII. 141.

ODE XXV.

AD LYDIAM.

Sub Lydiæ nomine amicæ cuidam suæ jam vetulæ, olim autem nimis arroganti, furiose insultat.

PARCIUS junctas quatiunt fenestras

Ictibus crebris juvenes protervi,

Nec tibi somnos adimunt; amatque

Janua limen,

Quæ prius multum facilis movebat

5

*Fenestras tuas clausas rarius modo verberibus impetunt adolescentes procaces, neque tibi soporem auferunt: jamque limini adhærent fores, quæ antea vulde volu-*



Deest hæc Ode Editioni Sanad. Epigraphe in quibusdam ap. Jani, *In Lydiam*; alii addunt *vetulam*, vel, *de superbia ipsius*.—1 *Parcius junctas* quidam ap. Lamb. et Bentl. solenni varietate. Vide ad Tibull. i. 1. 64. *quatiunt* Landin. improbante Jani.—2 *Ictibus* omnes Cruq. præter Div. quidam Torrent. Harl. 2. 3. 5. 6. Harl. 1. a m. sec. tres Lamb. (cui valde placet) Pulm. 2. 3. 4. Mentel. Franeq. unus Bersin. Sax. Alt. 2. Dess. 2. Lipss. tres, Bentleii, Græv. Leid. et Regin. probante, ut videtur, N. Heins. ad Ovid. Met. ix. 36. ‘Sed præstat auctoritate *Ictibus*, et convenientius est. *Actibus* quidam. *Tactibus* conj. Rutgers. et N. Heins. l. l. ex Claudian. Eutrop. i. 93.’ *Jani*.—5 *Pro facilis, faciles* habent Mentel. Franeq. Altt. et satis multi alii recentiores, item Venett. Basill. Ascens. et sic Lambin. Torrent. Brut. Rutg. Fab. Steph. Heins. Dacer. Delph. Schrevel. Bond. et Wetzl. Sed *facilis* quidam Lamb. Blandd. Cruq. Bentleii, Regin. Pulm. 1. Lipss. tres; et pro nominat. sing. accepit Commentat. Cruq. et Acron, qui exponit ‘uncta, ne resonaret.’ Sic et Locher. Fabric. Cruq. Bentl. Cun. Baxt. Jani, Mitsch.

NOTÆ

Metrum idem quod supra Ode ii.

1 *Parcius junctas quatiunt, &c.*] Solebant juvenes meretricum fores ac fenestras lapidibus quatere, noctu quidem, ut aperire cogerent, seque admittere. Vide plura Not. ad Od. x. et iii. Od. 26.

3 *Amatque Janua limen*] Janna vix discedit a limine, illudque videtur amare: jocus amarulentus, quo significatur raro januam aperiri, paucis adeuntibus, Lydiamque annis deflorescentem cunctis fastidientibus.

5 *Quæ prius multum facilis movebat*

Delph. et Var. Clas.

*Cardines*] Usu nempe assiduo volubilis erat cardo, vel bene unctus haud strepebat, atque, ut ait Plautus, ‘lepidus’ non mutiebat, dum aperirentur ‘ædes festivissimæ; et paulo antea, ‘bellissimum, hercle, et taciturnissimum’ ostium, quod ‘nunquam ullum verbum mutit, cumque aperitur, tacet;’ cumque meretricula ‘noctu clanculum exit, tacet.’ Curcul. i. 1. Item: ‘placide egredere, et sonitum prohibe forum, et crepitum cardinum . . . suffundam aquulam.’ Ibid. i. 3. init.

Horat.

M

Cardines. Audis minus et minus jam :

‘ Me tuo longas pereunte noctes,

Lydia, dormis ?’

Invicem mœchos anus arrogantes

Flebis in solo levis angiportu,

Threcio bacchante magis sub inter-  
lunia vento

10

*biles agebant cardines. Infrequentius deinceps et infrequentius audis: Dum ego tuus pereō, Lydia, quiescis longis noctibus. Jam vetula plorabis vicissim adulteros superbos, contempta in angiportu deserto; dum Thrax ventus sævit gravius circa*

//////////

Bipont. Comb. Wakef. et Kidd.—6 Cuning. emend. audit.—7 *Me tu o Pulm.* quator, Torrentii tres, et Lips. *longam p. noctem* emend. Bentl. eumque, non præter solitum, secutus est Kidd. *longa p. nocte* Exc. Sax.—8 *Lydia, dormis?* cum interrogationis signo Lambin. Fab. Heins. Bentl. Bax. Delph. Schrevel. Jani, Bipont. Wetz. Wakef. et Kidd. *Lydia, dormis!* Mitsch.—10 Landin. *angiporto.* Dicebatur et ‘angiportum,’ teste Priscian. vi. p. 719.—11 *Threcio* recepit primus Gesner. ex Gott. et Florent. 1482. et sic Harl. 2. 4. 5. *Thracio* Harl. 1. 3. 6. et ceteri codd. et edd. *bacchata* conj. Bentl. qui tamen edidit *bacchante.* Vir quidam doctus ap. Jones. conj. *bacchante vagans sub.*—12 Post *vento* omnes fere edd. habent colon, quod sustulit Gesner. eum-

#### NOTÆ

6 *Audis minus et minus jam, &c.*] Minus minusque in dies ad te mœchi ventitant: pauciores jam habes amatores, qui occurrent fores tuas, id est, ante illas cantiones amatorias canant; qualis est III. Od. 10. qualis et hæc: *Me tuo longas pereunte noctes, Lydia, dormis?* id est, me præ amore tuo contabescente, somnumque hand capiente, altum dormis: tu quieta valde stertis longas noctes, dum inquietum me sollicitumque tui desiderium excitat et vigilare cogit.

7 *Longas noctes*] Expectanti nimirum et desideranti longum semper videtur tempus.

9 *Invicem mœchos anus arrogantes Flebis, &c.*] Tandem vices tuæ advenlarunt: olim flore juventutis ac formæ superba deperentes te ridebas adolescentes virosque quoslibet: jam anus facta frustra lucrum et mœchos quæres; hi vero te senio deformatam spernent arrogantes. Ovid. Art. III.

70. ‘Tempus erit quo tu, quæ nunc excludis amantem, Frigida deserta nocte jacebis anus.’

10 *In solo levis angiportu*] Vaga, observans si quis triobolaris agaso commeat ad te: vel, amans leviter, juvenili more, et flens te despici: vel nullius pretii, jamque ab omnibus relicta, *in angiportu* solitario et a paucissimis frequentato.

11 *Threcio bacchante magis, &c.*] Tumque frigidum perpetiere ventum: et sicut olim tui amatores eo argentes vidisti, et contempsisti, ita nunc alii te ridebunt sub dio pernoctantem. *Threcio vento*] Hic respectu Græciæ Septemtrionalis est: adde quod regio perquam frigida est Thracia: unde et officina ventorum appellata: atque in ea regnasse Aquilo fertur: hinc apud Græcos Poëtas Thracius ventus pro Aquilone passim usurpatur. Latini vero eam quoque dictionem imitati sunt, quanquam





Gaudeat pulla magis atque myrto ;  
 Aridas frondes Hyemis sodali  
 Dedicet Euro.

*tus hilaris hedera virenti myrtoque subnigra lætetur amplius ; sicca vero solia consecret Hebro hyemis socio.*

exempla desinentis in *i* talis ablativi, quæ Bentl. nulla auctoritate corrigit, tum et in Virgilio facile reperiuntur, ut Ecl. viii. 27. *Æn.* i. 246. In poëta saue magis placeat *virenti*, ut minus vulgare.' *Jani.*—18 Ald. *pulla, magis a myrto* ; Heins. emend. *pulla magis, atque myrta Aridas, &c.*—19 *Horridus frondes* Alt. 2.—20 '*Hebro* vel *Ebro* fere, qui nunc noti sunt, codd. et editt. vet. eamque lectionem defendunt inprimis Dacer. Johnson. et Christ. Retinent quoque eam Jones. et Baxt. (qui de *Hebro Liparæo* adeo cogitat, ex iii. Od. 12. 5.) *Hebrum*, Thraciæ notum fluvium ('*nivali compede vinctum*,' i. Epist. 3. 3.), *Hyemis*, cujus perpetua apud poëtas sedes Thracia est, *sodalem* dicere æque egregie poterat, ac Danubius et Rhennus ap. Claudian. Bell. Get. 339. '*Boreæ sodales*' dicuntur. Bene etiam habet per se *dedicare Hebro*, ejusque numini, cum quid in flumen projicitur. At juvenes Romani non poterant frondes Hebro dedicare, quicquid disputet Christ. (nam *Vulcano dedicare* longe aliud est), sed debebant Tiberi, aut mari. Nec ferri possit, si quis Hebrum pro quovis flumine velit accipere. Itaque *Euro* conj. Rutgers. et Faber, et recepere Bentl. Cui. Gesn. probante etiam Heyn. ad *Æn.* i. 317. Cum enim, notante Rutgersio, solennis est librariis permutatio *literarum b* et *u*, tum ex *Euro* facile factum *Ebro*, aut ex *Heuro* (ut solent aspirationem addere), *Hebro*. Addo quod edit. Florent. 1482. Gesnero teste, ascriptum habet a manu antiqua, *Euro*. Tum edit. Ascens. 1511. (v. Fabric. Bibl. Lat. ed. Ernesti, t. i. p. 408.) et Argent. 1516. (teste Cuning.) exhibent *Euro*. Ipse etiam Scalig. Poët. vi. 7. *Euro* legit. Quod et sensum præbet aptiorem. Cf. Burm. ad Virg. *Æn.* i. 317. *Dedicet igni* mavult Scal. l. l. et sic dedit G. Sandby, Lond. 1749.' *Jani.*

## NOTE

*myrto*] Apposite comparat juvenclas cum *hedera*, quæ facile adhærescit, et '*sequax*' vocatur a Persio in Prologo ; item cum *myrto*, quæ Veneri sacra est ; cujus etiam color nigricans et constans est, et quod veteribus in formosis laudabatur exhibet, teste nostro Poëta in Epist. ad Pisones, vs. 37. '*Spectandum nigris oculis nigroque capillo.*'

19 *Aridas frondes, &c.*] Vetulas cute contracta et rugosa arecentes non pluris faciat, quam aridas frondes arborum flumini adsitarum.

*Hyemis sodali*] Ob regionis illius frigus asperissimum, ut ante dixi. Hebrus enim, ex Hæmo fluens monte, Thraciam perfundit, ac in Ægæum mare delabatur. Indicat Horatius

vultum mulieris jam marcidum non longe abesse a senili fœditate ac deformitate, quæ cum hyeme similitudinem habet.

20 *Dedicet Euro* [*Hebro*] Sponte relinquat, oblivioni tradat ac devoveat, non secus ac decedentes in flumen frondes circa autumnum. Quidam legunt *Euro* : ut indicetur vilitas ac levitas scorti vetuli, per folia Euro vento seu quovis alio velut ad ludibrium volvi rapide solita. Scaliger mavult, *igni* ; multaque in hac Ode carpit : at profecto *κακοζήλω* toties litasse videatur. Judex sit literator quisque. En ejus reprehensionis capita. Sic igitur ille : '*Vicesima quinta in humili genere dicendi est. Illa duo membra siue copu-*

NOTÆ

la non cohærent: *Audis minus et minus jam: Me tuo longas pereunte noctes, Lydia dormis? Neque satis mollis illa locutio: flebis mæchos arrogant, nisi addas effectos. Levem pro nuda videtur posuisse, satis dure. Illa quoque omnia, bacchante magis sub interlunio vento, videntur esse unum epithetum Boreæ: alioqui ipso*

Borea frigidiora sint. *Ulcerosum, non servit potius jecori indicando, quam metro sustinendo.* Tu, Lector erudite, hinc jam infers, sine affectu esse oportere omnem Aristarchum: intelligisque quam censoria dignus interdum virga sit magnus quisque Censor.

ODE XXVI.

AD ÆLIUM LAMIAM.

Ælium Lamiam primæ nobilitatis virum et Pompeianum, Reipublicæ curis implicitum, ad res hilares hortatur.

MUSIS amicus, tristitiam et metus  
Tradam protervis in mare Creticum  
Portare ventis, queis sub Arcto  
Rex gelidæ metuatur oræ,

*Ego Musis carus agritudinem ac timores dabo procacibus ventis deferre in mare Creticum, nequaquam sollicitus, quis ad polum Arcticum regionis frigidæ tyrannus*

Hæc Ode decima nona est Libri tertii in Ed. Sanadoni. Libri calamo exarati apud Torrentinum hanc habent Epigraphen: *Ad Musas de Lamia Helio*; alii, *Ad Musam*; *Ad Pimpleam*; *Ad Ælium Lamiam*.—3 Reg. Soc. Bentleyi et Græv. a m. pr. *qui sub*; Harl. 2. 3. 4. 6. *quis sub*; et sic multæ edd.

NOTÆ

Metrum idem quod supra Ode ix.

1 *Musis amicus, &c.*] Pulchram init Horatius laudandi viam, quæque a trita imperitorum consuetudine longe recedat. Illi si laudum quidem acervum congesserint, belle se fecisse existimant. At ingeniosus Poëta Lamiam arte nova celebrat. Primo cura liberum se ab omni jubet esse: tum se convertit ad Musam, quasi minus idoneum tanto se operi intelligat, illamque obtestatur, ut Lamie coronam paret, hoc est, eum consecret immortalitati. Hæc bene, ut omnia, notavit Parthenius Horatii adversus maledicos accerrimus vindex.

*Musis amicus*] Nimirum quisquis Musas colit, earum præsidio tutus ac lætus semper esse debet: nemo vero iis sedulam potest operam navare, quin omnem animi sollicitudinem antea deposuerit. Ovid. *Trist.* i. 1. 14. ‘Carmina secessum scribentis et otia quærent.’

2 *Mare Creticum*] Pro quolibet mari ponitur mare quod proximum est Cretæ insulæ maris Mediterranei amplissimæ, quæ hodie *Candia* vocatur.

3 *Queis [quis] sub Arcto*] Quis dominetur et regnet ad Boream.

*Sub Arcto*] Sub Ursa: quod cæleste sidus Septentrionale duplex est,

Quid Tiridatem terreat, unice  
 Securus. O quæ fontibus integris  
 Gaudes, apricos necte flores,  
 Necte meo Lamiaë coronam,  
 Pimplea dulcis: nil sine te mei

5

*timeatur, quidve Tiridati formidinem incutiat. O Pimplea suavis, quæ puris fontibus delectaris, apricos flores colliga, corollam tæxe meo Lamiaë. Absque te ni-*

//////////

vett.—4 Ascens. et Bonfin. *oræ et Quid, &c.*—5 ‘*Mithridatem* quidam Lamb. cum litura, lib. vet. Turneb. Adv. xxvi. 36. [et Venett.] Et sic ded. Bersm. Ro. Steph. Sed neque de magno illo Mithridate, Ponti R. jam a Pompeio victo, neque de Mithridate, Armeniaë rege, qui demum sub Tiberio innotuit, neque denique de Mithridate, rege Parthorum, ante cladem Crassi jam trucidato, cogitari hic potest. *Mithradatem* edit. Rouillii Lugd. 1559. et quædam aliæ, solenni varietate. *Tyridatem, Tiridatem, Tyradatem, Tyridaten, Tiri-daten*, varietates. Optime puto scribi *Teridaten, Τηριδάτην*, ut est ap. Dion. Et sic T. Faber. et Dacer.’ *Jani. Metridatem* Harl. 2. *Quis Tiridatem* conj. Marcil. Ascens. et Steph. *terreat unice, Securus.*—9 ‘*Pimplea, vel Pimplea* vulgo

#### NOTÆ

Ursa Major et Minor, quas Græci *ἄρκτους* nuncupant. Ab his Polus Arcticus dicitur, ea pars orbis quæ axi et Aquiloni propinqua est. Ovid. Fast. iii. 107. ‘Esse duas Arctos, quarum Cynosura petatur Sidoniis, Helicen Graia carina notet?’

4 *Gelida oræ*] Ad utrumque polum sævire frigus nemo nescit. Ad Arcticum, mare congelatum seu glaciale, quod anni parte maxima gelu concretum sit, omnibus auditu saltem cognitum. Vide Not. supra Od. xxii. vs. 17. et seq. Terræ Arcticæ versus Boream sunt Spitzberga, Gronelandia, Nova Dania, Estotilandia, &c. Has vero omnino Boreales non videtur habuisse in animo Horatius; sed potius magis cognitatas ipsius ævo, et paulo minus Septemtrionales, nempe Britanniam, Scotiam, Germaniam, Daciam, Scythiam, &c.

*Metuatur*] Respicit fortasse ad duas clades in Germania acceptas; de quibus Sueton. Octav. c. 23.

5 *Quid Tiridatem terreat*] Is, ejecto in exilium Phraate Parthorum rege,

nobilitatis unanimi conspiratione in locum ejus fuerat subrogatus: at cum audisset maximo Scytharum auxilio Phraatem juvari ad recuperandum imperium, ita perterritus est ut ad Augustum relicta Parthia fugerit. Hæc fuse Justin. lib. xlii. sub finem. Dio lib. li. et lii. Plutarch. in Antonio, &c.

*Unice Securus*] Quidam vocem, *unice*, referunt ad verbum *terreat*: alii jungunt cum hac voce, *Securus*: id est, singulariter ego et maxime abjeci magnas curas de Republica, et Imperiis exterarum gentium, ut Musis vacem.

6 *O quæ fontibus integris Gaudes, &c.*] O Musa, tnum est laudare memm Lamiam; meos conatus parum valere intelligo; virum immortalis dignum honore a te celebrari convenit. Ergo quod mihi imprudens sumseram, tu tibi assumas æquum est.

7 *Apricos necte flores*] Necte coronam ex optimis floribus in aprico nascentibus, quibus exornes pro meritis meum amicum Ælium Lamiam.

Prosunt honores : hunc fidibus novis,  
 Hunc Lesbio sacrare plectro  
 Teque tuasque decet sorores.

10

*hîl jvant meâ laudes. Novis illum cantilenis, illum cithara Lesbia æquum est consecrari cum a te, cum a tuis sororibus.*



legitur, et habent alterutrum omnes, qui extant codd. et edd. sed haud dubie corruptum.' *Jani.* Gott. habet *Piplea*, sed ultimæ literæ superpositum antiqua manu *i.* *Piplea* Harl. 1. 2. 5. 6. et Vet. Comb. *Piblea* Harl. 3. *Biblea* Harl. 4. *Pimplei* ediderunt Bentl. Cuning. Sanad. Jones. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzel. Wakef. et Kidd. Jam Nic. Heins. ad Ovid. Met. 1. 504. conj. h. l. reponendum *Pimplæi*. Cuning. conj. *te sine nil*; Jones. conj. *nil sine te meis Prosunt.*—10 *Possint* pro var. lect. Jones. *Prosunt* Mediol. Venett. Ald. Delph. al. *Possunt* Heins. Steph. quidam codd. Lamb. cui per placet, unus Bersm. tres Bentleii, Venett. ap. Gesn. Rutgers. Cuning. Sanad. Jani, Mitsch. Bipont. Wetzel. Wakef. et Kidd. Cf. Virg. Ecl. III. 28. Æn. IX. 446. *Crescunt* codex Grævianus.

NOTÆ

8 *Lamiæ*] Is anno post Horatii mortem octavo Consul fuisse cum M. Servilio dicitur, ann. ab U. C. 755. Corn. Tacit. Annal. VI. 27. ita scribit: 'Extremo anni mors Ælii Lamiæ funere Censorio celebrata; qui administrandæ Syriæ imagine tandem exsolutus, urbi præfuerat. Genuus illi decorum, vivida senectus, et non permissa provincia dignationem addiderat.' Vide III. Od. 17.

9 *Pimplea*] A Pimpla, Macedonia monte pariter et fonte, Musis sacro, Musæ dictæ sunt Pimpleæ et Pimpleides.

*Nil sine te*] Huc pertinet adagium, *μετὰ Μουσῶν*, quo significatur ope Musarum grave quodquis inceptum perfici.

10 *Hunc fidibus novis, &c.*] Præter

solitum magnifico genere carminis vir tantus immortalitate consecrandus est.

11 *Lesbio plectro*] Carmine Sapphico et Alcaico; vel eximiis versibus, quales fuere Alcæi et Sapphus, qui in Lesbo Ægæi maris insula nati. Hæc hodie *Metelina*, olim *Mitylene*, celebrata est vini generositate, ubertate soli, cantorum peritia, et ædificandi ratione speciali, e qua natum proverbium, 'Lesbia regula,' de quo Aristot. Moral. V. cum nempe lex ad mores accommodatur, non, quod oportet, mores ad legem. A Lesbiis siquidem ad lapidum figuram plumbea ædificationis regula dirigebatur, non contra. Vide Cæl. Rhodig. VII. 22. et Not. ad Od. XVII. vs. 21. supra.

## ODE XXVII.

AD SODALES.

Horatius illiberales et cerebrosos convivas reprehendit, et ostendit non esse rixandum inter pocula, sed de rebus suavis fabulandum.

NATIS in usum lætitiæ scyphis  
 Pugnare, Thracum est: tollite barbarum  
 Morem, verecundumque Bacchum  
 Sanguineis prohibete rixis.  
 Vino et lucernis Medus acinaces

5

*Thracum est decertare poculis ad hilaritatem idoneis. Rescindite immanem consuetudinem; et cruentas contentiones a Baccho modesto remove. Persicus gla-*

//////////

Ode decima quinta hujus Libri in recensione Sanadoni. Tres codd. Torrentii inscribunt: *Ad convivas Sodales suos de Hilaritate*; Venett. Locher. et Ascens. *Ad Sodales de vini modestia*.—3 Benth. conj. *inverecundumque*, i. e. qui jam sponte proclivis est ad rixas; *verecundique* emend. Cuning. et sic edidit Sanad.—5 Hunn. Gemblac. 1. 2. et Beller. Pulmanni, plures Torrentii, duo Bersmanni, sex Harl. Dess. 2. Lipss. 3. 4. Gott. Locher. Venett. 1477. 1478. 1479. 1492. et Landin. *acinacis*; et ita Vet. Schol. et edd. Baxt. et Comb.—

## NOTÆ

Metrum idem quod Od. IX.

2 *Thracum est*] Hi enim non solum bibacitatis infamia, sed et inter potandum petulantia vitio laborabant. Hinc *πολυπόται* et *ἀκραποπόται* dicti Athen. lib. X. Ibidem et *ἀρμηκότες ἐπεικῶς*, cap. 12. Idem I. 24. magnam fuisse scribit ob vini præstantiam Thraciæ celebritatem. Vide supra Od. XVIII. ibique Not.

*Tollite barbarum Morem*] Solebant Thraces non solum hianti ore affatim vinum bibere, ex Callimacho apud Athen. X. 12. sed etiam ferro accincti epulabantur, et quemlibet cogebant æquales bibere cyathos. Quod certe barbarum.

3 *Verecundumque Bacchum*] Cum verecundia et moderatione tractandum: alias enim ulciscitur vino abutentes et immodice laurientes furore

aliisque malis percutiundo. Supra, Od. XVIII.

4 *Sanguineis prohibete rixis*] De Centaurea cum Lapithis rixa super mero, supra Od. XVIII. et Virgil. Georg. II. 456. 'Ille furens Centauros leto domuit, Rhætumque Pholiumque, Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.'

5 *Vino et lucernis Medus acinaces, &c.*] Quid gladio, quid armis cum hilaritate et epulis? Vide Macrobr. VII. 1. et Plutarch. Sympos. I. 4.

*Lucernis*] Convivia vespere incipiebant, et in multam sæpe noctem protrahantur: ad hæc igitur lucernis opus erat. Quod autem veteres largius cœnarent, quam pranderent, idque recte et ad sanitatem, exponit Cæli. Rhodig. XIV. 9. sub finem.

*Medus*] Quoniam Medi Persæque

Immane quantum discrepat ! Impium  
 Lenite clamorem, sodales,  
 Et cubito remanete presso.  
 Vultis severi me quoque sumere  
 Partem Falerni ? dicat Opuntiae

10

*dus mirum quantum distat a mero et candelis ! O socii, cohibete vociferationes execrandas : cubitoque innixi consistite. An jubetis etiam me cupere portionem*

//////////

6 Duo Torrentii, quantum discrepet.—10 Quidam codd. ap. Jani, Opontiae.—

## NOTÆ

vicini, atque uni Cyro paruere, hinc promiscue ponuntur maxime a Poëtis.

*Acinaces*] Est Persarum hasta pariter et ensis, ex Hesychio et Suida. *Περσικὸν ξίφος ἀκινάκην καλέουσι.* Herodot. lib. vii. *Persicum ensem acinacem vocant, παρὰ τὴν ἀκίην, ὅβ μακρονὴν* scilicet et *cuspidem.* Erat igitur acinaces, ut et sagaris, Persis ac Medis proprius, sicut pila Romanis, gæsa Gallis, gladius Lacedæmoniis, sarissa Macedonibus, lancea Hispanis, falatica Saguntinis, romphæa Thracibus, framea Germanis, sparus rusticis, Theutonicis cateiæ, &c. Alex. ab Alex. vi. 22.

6 *Immane quantum*] Cic. de Finib. 'nimium quantum,' et de Oratore n. 87. 'mirum quantum.' Tacit. Hist. iii. 62. 'Flavianus exercitus immane quantum animo exitium Valentis, ut finem belli, accepit.' Græci, *θαυμαστὸν ὄσον.* Plato Epist. 7. &c.

*Impium*] Mensa res inter sacras numerabatur, ex Plutarch. Sympos. itaque genialem mensam, et convivalem hilaritatem vociferando confundere, impium est. Adde quod sic violatur silentium mensæ et Angeronæ Deæ debitum. Just. Lips. mox citandus. 'Angeronæ' (silentii Deæ) 'sacra mensa habetur.'

8 *Cubito remanete presso*] Ita compositi veteres mensæ accumbebant,

reclinata supera parte corporis in cubitum sinistrum, infera in longum porrecta et jacente, capite leviter erecto, dorso pulvillis modice suffulto. J. Lips. Antiq. Lect. lib. iii. cap. unico. Cetera notabuntur postea ad istos Horatii locos: i. Sat. 4. 86. 'Sæpe tribus lectis videas cenare quaternos:' et ii. Sat. 4. 39. 'In cubitum sese conviva reponit.'

9 *Severi Falerni*] Acrioris, inquit, saporis; vel meri, ut placet Theod. Marcilio; alii, veteris. Seneca Epist. 63. 'In vino nimis veteri ipsa nos amaritudo delectat.'

10 *Dicat Opuntiae, &c.*] Ut rixandi animum a convivis arceat Horatius, statim læta proponit, inprimisque morem hunc, quo suos quisque amores ex ordine debebat proferre. De eo cit. Lipsius. Inter leges convivii, hæc una est ibidem: 'Dominam si quis habessit, indicium facito.' Interpres Theocriti ad Idyll. xiv. 'Solebant,' inquit, 'merum sumere in symposiis, et nominare aliquos amores aut amicos, tum terræ invergere, et pronuntiare amicissimorum nomina.' Nempe et cottabismus illic habebat locum. Sic igitur epuli progressu merum posebant; atque amico vel amicæ libabant, ac bene precabantur. Tibull. ii. 8. 31. 'Sed bene Messalam sua quisque ad pocula dicat, Nomen et absentis sin-

Frater Megillæ, quo beatus  
 Vulnere, qua pereat sagitta.  
 Cessat voluntas? non alia bibam  
 Mercede. Quæ te cumque domat Venus,  
 Non erubescendis adurit  
 Ignibus; ingenuoque semper  
 Amore peccas: quicquid habes, age,  
 Depone tutis auribus.—Ha! miser,

15

*Falerni austri? Declaret Opuntiae Megillæ frater, quo felix ictu, quo telo intereat. Scilicet renuis? At ego non alia conditione potabo. Certe quisquis te amorem tenet, haud pudenda incendit flamma: atque liberali semper amore delinquis. Euge, quodcumque tibi est, fidelibus crede auriculis. Ah! infelix, quam præva cum voragine*

13 *Cessat voluptas?* quinque codd. Lambini, optimi et vetustiss. Torrentii, Græv. Leid. et Regii. Bentleii, Mentel. Franeq. duo Bersmanni, Harl. 3. et quidam alii, solenni librariis permutatione; Harl. 1. 2. 4. 5. 6. cum cdd. omnibus *voluntas*.—17 *Ardore* Lips. 3. a m. pr.—18 *Ha miser tres Bland. Div. Silv. Buslid. 1. 2. Carr. Martin. Tons. et Mald. Cruquii; et sic edd. Venett. ap. Gesn. Glar. Lamb. Cruq. et Baxt. item Comment. Cruquii, cum Gloss.*

## NOTE

gula verba sonent.' Quinetiam tot cyathos hauriebant, quot literas amici vel amicæ nomen continebat. Martial. i. 72. 'Nævïa sex cyathis, septem Justina bibatur.'

*Opuntiae Frater Megillæ*] Per notam pulchritudine Megillam ejus frater indicatur. Oriundi erant ex Opunte Locridis urbe.

11 *Quo beatus Vulnere*] Cujus amore teneatur: qua Cupidinis sagitta percussus langueat, quam virginem aut mulierem deperat. *Beatus*] Si quidem redamabatur.

13 *Cessat voluntas*] Rennebat indicare Horatio Megillæ frater, quam adamaret: at ille monet jus esse convivarum id ab unoquoque sodalium exigere: quare hic statim postea obtemperat, suosque amores, clam tamen, et in anrem declarat.

*Non alia bibam Mercede*] Nisi hanc convivii legem observas, nec aliam ego. Si quæ sit amica tua recusas

aperire, ego quoque more majorum bibere detrectabo. Apud J. Lips. cit. et hæc convivii lex habetur: 'A summo ad inum more majorum bibunto.' Item hæc altera: 'Decem cyathi summa potio sunt.'

14 *Quæ te cumque domat Venus, &c.*] Instat Horatius, ne erubescat ille indicare amasiam; cujus sane amor, utpote ingenuæ, et honestus sit et gloriosus; quantum ipse quidem existimabat.

17 *Quicquid habes, Depone tutis auribus*] Quisquis sit amor tuus, tuto mihi declara fidei arcanorum custodi: clam saltem aperi, si non vis palam: ne dubita mihi secretum committere, quod invito te nunquam revelabo.

18 *Ha! miser*] Ergo Megillæ frater annuit tandem et amicam suam indicat Horatio: at hic, audiens quæ sit illa, erumpit in commiserationis voces istas.



Quanta laborabas Charybdi,

Digne puer meliore flamma !

20

Quæ saga, quis te solvere Thessalis

Magus venenis, quis poterit Deus ?

*luctaris! O adolescens clementiores amores meritis fuisti. Ecquæ venefica, quis incantator herbis e Thessalia venenosis, quod Numen te queat expedire? Ipse*

‘ridentis.’ *Ah miser ceteri codd. et vulgg.—19 ‘Vix unus alterve codex, laboras in Ch. et fere in est a m. s. Et tamen, quod satis mirari non possum, sic Venet. 1590. Ald. Lamb. Cruq. Ascens. Rutg. Fab. Steph. Heins. Dacer. Bentl. Cun. Dacer. Jones. Sanad. Pantarunt VV. DD. sensum ita poscere.’ Jani. laborabas Porphyr. tres Lambin. antiquissimus Bland. item alius Bland. Mald. omnes Torrentii, tres Fabric. Hunn. Gemblac. 1. 2. Leid. Zulich. et Battel. pro v. l. Venet. 1478. Torrent. et Baxt. laboras Charibdi Gott. et Venett. ap. Gesn.—20 Lips. 4. meliore fama.—21 Thessalus emend. With. et sic Alt. 2.—22 Locher. vix poterit.—23 Quidam Fabr. et Lips. 1. tetriformi.*

## NOTÆ

19 *Charybdi*] Tam periculose amas, quam cum Charybdi lutarere. Scilicet ejusmodi mulierem deperis? Ah miser periisti: meliori profecto sorte et amore dignus eras. *Charybdi* omnia absorbenti bene comparatur avara meretrix. Cicero Philippic. 11. ‘quæ Charybdis tam vorax?’ Est proprie vorago, seu gurges vorticosus in freto Siculo, ad Messanam, hodie, *Capo di Faro*, vel, *Capo Faro*, ob Pharum illic excitatam. Fabulantur autem scortum fuisse rapacitate famosum, quod cum Herenlis abduxisset boves, a Jove fulminatam, in mare præcipitatum est atque in hanc voraginem mutatum. Virgil. *Aeneid.* 111. 420. ‘Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis Obsidet: atque imo barathri ter gurgite vastos Sorbet in abruptum fluctus,’ &c. Seneca ad Lucilium: ‘Charybdis an respondeat fabulis, perscribi mihi desidero. Fac nos certiores utrum uno tantum vento agatur in vortices, an omnis tempestas illud mare contorqueat: et an

verum sit, quicquid illo freti turbine abreptum est, per multa millia trahi.’

21 *Quæ saga, &c.*] Cum videaris fascino et incantamentis tam pernicioso amori implicitus, vix apparet salutis via. Quis enim te homo magicis artibus pollens, quis et Deus expedire queat fatali velut nexu astrictum atque illigatum?

*Thessalis Magus venenis*] Venenatis et ad incantamenta efficacissimis herbis in Thessalia copiose crescentibus. Aiunt nimirum Poëtæ, Medeam illac fugientem, aëre sublatam, scriniolum veneficiis et herbis magicis plenum dejecisse, sicque sparsa illa pullulasse. Apuleius apud Thessaliam iu asinum se mutatum scribit, *Metamorph.* seu de asino aureo: ibidemque describit veneficarum Thessalarum apparatus, atque, ut ait ipse, ‘feralem officinam.’ Vide Plin. xxx. 1. ubi et refert Menandrum Thessalam cognominasse fabulam, ‘complexam ambages fœminarum detrahentium Lunam.’

Vix illigatum te triformi  
Pegasus expedit Chimæra.

*Pegasus implicitum te vix liberabit ex ista Chimæra triformi.*



—24 *Pegasos* Cuning. *expedit ex Chimæra* Lips. 4. *expediat Ch.* Cuning. et Sanad. *Chimæra* quidam Lamb. Venet. 1590. Fabric. Fab. Steph. et Rutgers. *chimæra* Exc. Sax. Brod. et Zarot.

NOTE

23 *Vix illigatum te triformi, &c.*] Ipse Bellerophon, qui Pegaso insidens Chimæram interfecit, capite aut forma triplici horrendam, vix te liberabit ab ista prava muliere huic monstro non absimili. Vide infra.

24 *Pegasus*] Apud Strab. et Palæphat. Pegasus non est equus, sed navis longa et citissima, hoc ideo nomine insignita, qua Bellerophon insecutus comprehendit et cecidit Lyciorum Ducem, nomine Chimæram, piratica infamem, vectum navi, cujus prora leonis, puppis draconis, medium capræ effigiem aut imaginem depictam exhibebat. Hincque fabulæ locus datus, teste etiam Plutarcho, de claris mulieribus.

*Triformi chimæra*] Ex Strab. cit. Mons ille Lyciæ ignivomus, in vertice leones, in medio capras, ad radicem serpentes habebat. Hunc vero Bellerophon expurgavit et inhabitatum prius exinde habitabilem reddidit. Apud fabulatores *Chimæra* est monstrum *triforme*, caput et pedes leonis habens, capræ ventrem, draconis caudam: Πρόσθε λέων, ἔπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. Hinc Lucretius v.

903. ‘Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimæra.’ Ovid. Met. ix. 646. ‘mediis in partibus hircum, Pectus et ora læ, caudam serpentis habebat.’ Hoc vero Bellerophon Neptuno adjutus, alato equo invectus, sagittis confecit. Lucianus Dial. de Astrol. ait minime sibi persuasum, alatum Bellerophonti equum fuisse: verum putare, illum talis sapientiæ studio deditum, sublimia et quæ ad sidera pertinent meditantem in cœlum ascendisse non equo sed mente. Vide et Cœl. Rhodig. xlii. 9. Porro bene Horatius meretricem cum Chimæra confert. Hujus enim habet illa venenum, fœtorem, feritatem; impuræque libidinis flammæ passim eructat. Adde quod amoris principia impetum leonis, medium capræ salacitatem, finis autem doloris morsus velut serpentis ac draconis letiferos nunquam non exerit. Fulgent. Mythol. lib. iii. Chimæra tanquam rei quæ nunquam fuit aut esse potuit meminit Tullius de Nat. Deor. i. n. 109. et ad Attic. ii. 16. ubi et citat versiculum Græcum, qui supra habetur.

ODE XXVIII.

Archytæ Tarentini eximii Pythagorici exemplo, qui in littore Apuliæ a misero naufragio diu inhumatus jacuit, ostendit idem fatum et bonos et malos in hac vita manere. Callida Dilogia, sive Hyponœa, Bruti sui fatum deflet, flebilique et simplici sermone dolet summam virtutem tali viro nihil profuisse. (Fateor, me neque Brutum hic invenire, neque aliam Allegoriam vel Dilogian, aut irrisionem adeo Tarutii illius, de quo Cic. de Divin. 11. 47. Suspicio potius animi causa, quacumque invitante occasione, Poëtam vel e Græco expressisse, vel ipsum lusisse talem cum Archyta Dialogisimum, quo vanitatem studiorum humanorum contra Fortunam et mortem ostendit. Incipit autem nauta apud cadaver Archytæ miserari ejus sortem. Gœsn.)

TE maris et terræ numeroque carentis arenæ  
Mensorem cohibent, Archyta,

O Archyta, te, qui mare terramque et sabulum innumerabile dimensus es, modici

//////////

Hujus Libri Ode tertia in Ed. Sanadoni. Epigraphe in Mentel. *Geometra expulsus de naufragio*; Venett. Ascens. et Locher. *Ostendit mortem communem*

NOTE

Metrum est idem quod supra Od. VII.

I *Te maris, &c.*] Idolopœiam insignem, simul et irrisionem Pythagoricæ disciplinæ exhibet Horatius, ipse quidem Epicureus: in primis autem carpit Mathematicas artes divinandi. Inducit nautam obvio cadaveri Archytæ non leviter exprobrantem, quod misere jaceat, nec Babylonicorum numerorum ope tam dirum fatum evitarit. Ecce vero Jul. Scaliger humilem stylum, interruptaque orationis membra culpat: nimirum hoc vitio dat quod erat laudi vertendum. Agitur de humando cadavere: Archytas sortem suam lamentatur: an non ista docet oratio tenuis? An magniloquentia hic congrueret? At insurgit ille porro: 'quid quod sibi Poëta contradicit?' &c. Vide infra vs. 23.

*Te maris et terræ, &c.*] Alloquitur Poëta Archytam: siccine deest sat

pulveris ad operiendum totum cadaver? idque fata negant tibi, qui Geometra egregius, Astrologusque, et in Pythagorica disciplina perfectus fuisti? Aiunt apud Ægyptios inventam primum Geometriam. Cum enim singulis annis exundaret Nilus, et limo cuncta coæquaret, ut illo abeunte nulli agrorum limites, nulla discrimina apparent, atque lites hinc frequentes, orientur, tum demum per lineas et mensuras agri notati sunt: curaque illa sacerdotibus demandata. Hanc porro scientiam ad Græcos transtulisse Pythagoras fertur. Vide Cœl. Rhodig. XVIII. 34.

*Nuneraque carentis arenæ Mensorem*] Ecclesiastici cap. 1. 'Arenam maris quis dinumeravit?' Pindar. Olymp. Od. 11. in fine, ψάμμος ἀριθμὸν περιέφουγε, arena fugit numerum. *Mensorem*] Hyperbole. Scilicet, quod erat innumerabile ceteris ipse numerare potuisset. An respicit Horatius ad

Pulveris exigui prope littus parva Matinum  
Munera: nec quicquam tibi prodest

*pulveris donum tenue coercet juxta oram Matinam. Nihil ergo proficit tibi mortali,*



*omnibus per Archytam; Libri ante Fabric. Archytas.—3 Pulm. Gembl. 1. latum p. Matinum; Alt. 2. litus p. marinum.—4 Funera pro Munera conj. Nic. Heins.*

NOTÆ

oraculum Apollinis, quo numerum arenæ sibi notum esse gloriatur, *Οἶδα ἐγὼ ψάμμον τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης* an ad librum ab Archimede compositum cui titulus *Ψαμμίτης*, in quo inquit ratio arenam numerandi, si mundus ea foret oppletus? Vide Turneb. xxvi. 1. Hyginus lib. de Limitibus: 'Archimedes præclari virum ingenii ferunt scripsisse quantum arenarum capere mundus queat, si ea repleretur.'

2 *Archyta*] Cruquius perperam intelligit quendam Archytam Firmanium Horatio cœvum, Geometricis et Astronomicis observationibus nimis indulgentem, de quo Cicero de Divin. II. 'οὐ γινῆσθαι magnam erroris!' &c. Invat cum ceteris omnibus accipere hic Archytam Tarentinum, Platonis familiarem et a Dionysii crudelitate vindicem, siquidem illum ob verba quædam de tyrannide liberius prolata neci addictum per Epistolam eripuit. Diogen. Laërt. III. et VIII. Is præfuit septies suæ civitati, cum tamen imperandi tempus anno esset uno aliis definitum: idem ibidem honorificam Archytæ mentionem habet Tullius in Catone Majore: 'Virumque magnum inprimis et præclarum' nominat, dicere quidem egregie solitum: 'Capitaliorem hominibus pestem nullam esse a natura datam, quam corporis voluptatem, cujus avidæ libidines temere et effrænate ad potiandum incitarentur. Hinc patriæ

proditiones,' &c. Is Pythagorica in Philosophicis, Platonica in Geometricis præcepta hauserat. Mathematicis et Mechanicis artibus excellens, columbam ligneam 'libramentis suspensam, et aura spiritus inclusa atque occulta concitam fecerat volantem.' Gell. x. 12. Cubum primus invenit, Platone teste in Republ. Diogen. Laërt. cit. lib. VIII.

3 *Pulveris exigui*] Te dignum insigni mausolæo, nempe tot meritis præstantem heu cohibet ac tegit pulvisculus marinis quidem undis advolutus.

*Prope littus Matinum*] Ad oram Apuliæ; ubi in Lucaniæ confinio populi degunt Matini: sunt et saltus buxetis abundantes, de quibus Lucan. IX. 185. 'calidi lucent buxeta Matini.'

4 *Nec prodest Aërius tentasse domos*] Qui factum ut mortis hoc genus miserandum ab astris tibi parari non intellexeris nec effugeris eruditus apprime Astronomia et Mathesi? Quin præcisti et eluctatus es fatum, o Archyta? Sic Astrologos futura prævidere et præjudicare tentantes data semper occasione suggillat Horatius. *Aërias tentasse domos*] Planetarum domicilia, siderum affectiones, virtutes, situs, aspectus, contemplatum fuisse: *animoque rotundum Percurrisse polum*, sphæram sphæræque inclinationes, orbis varia climata, diversasque regiones cognovisse.

Aërias tentasse domos, animoque rotundum 5  
 Percurrisse polum, morituro !  
 Occidit et Pelopis genitor, conviva Deorum ;  
 Tithonusque remotus in auras,  
 Et Jovis arcanis Minos admissus : habentque  
 Tartara Panthoiden, iterum Orco 10

*quod caelestes regiones lustrasti, ambitumque orbis mente circuisti. Sic et Pelopis obiit pater, Numinum conviva: Tithonus etiam in caelum sublatus: nec non Minos secretorum Jovis particeps: Panthoi filius quoque rursus ad Inferos trusus ibidem*

\*\*\*\*\*

ap. Bentl. improbante Jani.—6 *Perculsisse Mentel. Decurrisse Venett. Ascens. Locher. et Florent. 1482. 'Post Munera vs. 4. et morituro interrogationis signum ponit Sanad. Gravior videtur esse sententia sine interrogatione.'*

#### NOTÆ

6 *Morituro*] Est qui vocem hanc jungat cum præcedente *animo*, ut ex opinione Epicuri (cujus et grege Horatius) mortales animi asserantur. Ita Plutarch. de placitis Philosophorum IV. 7. Ἐπίκουρος τὴν ψυχὴν φθαρτὴν τῷ σώματι συνδιαφθειρομένην.

7 *Occidit et Pelopis genitor*] Hæc verba quidam et sequentia usque ad ista, *Me quoque derexi, &c.* Nantæ esse continua pronuntiant: alii attribuant Archytæ ad nantam respondentem sic: Quid miraris quod interierim, cum nemo summorum virorum huc usque mortem effugerit? En Pelopis genitor occidit, Tantalus ipse Deorum conviva, &c. Pindar. Olymp. Od. I. canit, si quem mortalium honorarunt Dii, maxime Tantalum.

*Pelopis genitor, &c.*] Tantalus Phrygiæ rex, Agamemnonis et Menelai avus, Deos convivio exceperat, utque eorum divinitatem experiretur, Pelopem filium iis epulandum apposuit: quas illi dapes exhorruere, detrusore ad Inferos Tantalò facinus vindicavere. Diodor. Sicul. VI. 11. ait Tantalum Jovis filium, divitis et gloria insignem, apud Asiæ partem quæ Paphlagonia dicitur, Diis etiam earum ob generis claritatem: postea vero felicitate insolentiorum evulgas-

se hominibus immortalium secreta quæ mensæ communione et consuetudine cum Diis novarat: cujus criminis pœnas solvit ad Inferos trusus; ut usque ad mentum insurgant aquæ, et ad labia usque poma dependeant: et tamen in magna siti et fame nec bibere liceat nec edere. Pindar. mox cit. addidit, Tantalum suam felicitatem utpote nimiam concoquere non potuisse, sed saturitate damnum tulisse immensum ab ipso Jove patre irrogatum.

8 *Tithonusque remotus in auras*] Quin et Tithonus Auroræ maritus, quam ab uxore cœlesti succo perfusus, atque ita vivax effectus, fati tandem concessit. *Remotus in auras*] Ab Aurora adamatus et hinc in celum raptus. Insuper fabulantur Tithonum senectutis incommoda pertæsum in cicadam optavisse converti, sicque adeo transformatum in aère suspensum in canistro fuisse. Eustath. ad Iliad. Ψ. Athen. III. et XII. 12.

9 *Et Jovis arcanis Minos admissus*] Pariter et Minos Jovis familiaritate insignis tamen mortuus est. Is apud Homer. Odyss. T. Διδος μεγάλου ἄαριστής. Plato in Min. hunc affert Homeri locum, scribitque Minocem a Jove eruditum, et nono quoque anno

Demissum ; quamvis clypeo Trojana refixo  
 Tempora testatus, nihil ultra  
 Nervos atque cutem morti concesserat atræ ;  
 Judice te, non sordidus auctor

*tenetur : quanquam detracto scuto res Trojanas testificatus, præter nervos et pellem nigro leto nihil tradiderat, te arbitro, non igaobilis testis naturæ et veritatis. Ve-*

*Jani.*—8 Alt. 1. *admotus in auras.*—12 Mentel. et Dess. 2. *nihil ultra.*—14 ‘*Judice te* vulgata omnium libb. lectio, sed quam corruptam esse facile videat, qui cogitet, Archytam vix posse ad nautam dicere : *judice te.* Licet enim apud vulgum etiam in parte inferiori Italiæ magnam fuisse dicant Pythagoræ auctoritatem, illud tamen valde diversum et prope ineptum videri queat, Philosophum de Pythagoræ schola, dum magistrum suum extollere et immortalitate dignum declarare vult, laudem illius ac merita, non ad suum, sed ad imperiti hominis, nautæ, ‘*judicium*’ revocare. Quod bene videntes VV. DD. nautæ adhuc hæc omnia attribuerunt usque ad vs. 20. sed hoc male fieri, nexus sententiarum docet. Itaque *Judice me* conj. vir. doct. ap. Cuning. tam feliciter et convenienter, ut non dubitem, quin hæc vera sit lectio. Facillimum enim erat, permutari *te* et *me*, inprimis si librarius putaret, nautam adhuc loqui. *Judice se* conj. ap. Jones. quod tunc ad antece-

#### NOTÆ

cum eo versari solitum et colloqui. Aiunt nempe Minoëm regem, Creten-sibus dare leges volentem, in antro sese condidisse, ubi se cum Jove sermocinatum prædicavit, atque ex ejus consilio cuncta statuissse : porro justitiæ fama clarum apud Inferos judicem a Plutone constitutum. Hinc non abs re credunt aliqui per *Jovem* hic significari Plutonem, qui quidem ‘*Jupiter Stygius*’ a Virgilio dicitur *Æneid.* iv. 638.

*Habentque Tartara Panthoiden*] Ex hac etiam vita denuo cessit, jamque in Inferis degit celebratissimus ille transmigrationsis animarum auctor Pythagoras, qui se fuisse jactabat Euphorbum Panthoi filium apud Trojam, atque a Menelao interfec-tum subinde revixisse, et factum Pythagoram ; idque intellexisse agnito clypeo quem gestarat olim in Trojano bello dum Euphorbus esset. Clypeus autem ille repertus in templo sive Apollinis apud Cariæ oppidum, sive Junonis apud Argos. Prius illud

refert Diogen. Laërt. lib. viii. Hoc vero posterius Ovid. *Met.* xv. Fab. 3. Ex his habes explicata quæ sequuntur, *iterum Orco demissum.* Item, *quamvis clypeo Trojana refixo Tempora testatus.* Ovid. cit. vs. 158. sic loquentem inducit Pythagoram : ‘*Morte carent animæ, semperque, priore relicta Sede, novis domibus vivunt habitantque receptæ.* Ipse ego (nam memini) Trojani tempore belli Panthoides Euphorbus eram : cui peccatore quondam Hæsit in adverso gravis hasta minoris Atridæ. Cognovi clypeum lævæ gestamina nostræ Nuper Abanteis templo Junonis in Argis.’

12 *Nihil ultra Nervos, &c.*] Animo semper vivens, corpore duntaxat mortuus non semel. Sic palingenesiam et metempsychosin Pythagoræ explodit noster Poëta. Vide Pers. *Sat.* vi. 11. ubi et annotavi non pauca. Cic. i. de *Nat. Deor.* Val. Max. viii. 7, &c.

Naturæ verique. Sed omnes una manet nox, 15  
 Et calcanda semel via leti.  
 Dant alios Furiae torvo spectacula Marti :  
 Exitio est avidum mare nautis.  
 Mista senum ac juvenum densentur funera : nullum  
 Sæva caput Proserpina fugit. 20

*run nox eadem cunctos expectat ; semelque mortis iter peragendum est. Quosdam Furiae præbent ludum atroci Marti : perniciosum mare est nautis cupidis. Confusæ vetulorum ac juvenum mortes conglobantur : caput nullam eripitur crudeli Proser-*



dentia trahendum esset. Sed simplicior haud dubie prior emendatio.' *Jani. Judice me* Bipont. et tacite Wetzel.—15 Tres Lambini, tres Torrentii, unus Bersmanni, Helmstad. Hunu. Gemblac. 1. 2. Harl. 2. 3. Franeq. Mentel. Lips. 1. Alt. 2. Dess. 2. ed. Lips. 1498. Venet. 1492. et Ascens. *manet mors*, haud dubie ex glossa.—17 *Dant altos* var. lect. ap. Jones.—18 *Exitium* Harl. 5. *avidis* Lamb. e suis, quidam alii, et sic Land. Venet. 1590. Steph. Heins. Fab. Rutg. Dacer. Baxt. et est lect. vulgata. *avidis* unus Cruq. *avidum* Acr. Commentat. Cruq. unus Lamb. omnes Cruq. præter unum, omnes Torr. omnes Bentl. quidam Fabric. quatuor Pulm. Mentel. duo Bersm. Franeq. Alt. 1. Dess. 2. Lipss. Gott. Sax. Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Brod. Venett. 1478. 1492. Ascens. Locher. et sic Cruq. Torr. Fabric. Bentl. Cun. San. Jones. Francis, Mitsch. Bipont. Wakef. et Kidd. 'Ut mirandum sit, posse adhuc quosdam vulgatam defendere, cum et *avidum mare* multo ornatus ac magis poëticum sit, quam *avidis nautis*. Aiunt et, male accepturum fuisse nautam epitheton *avidis*; quod fortasse subtilius.' *Jani.*—19 Harl. 1. et *juvenum*. Vulgo legitur *densantur*; et ita quidem Harl. 4. 5. 6. nonnulli Bentleiani, et al. cum edd. Venet. 1492. Locher. Asc. Heins. R. et H. Steph. Rutg. Fab. Dacer. Jones. Sed *densentur* Acr. quatuor Lamb. Pulm. 1. 2. 3. quinque Torr. 4. Bland. Cruq. Bentleii Græv. Leid. et Regin. Mentel. unus Bersm. Harl. 1. 2. 3. Venet. 1478. et Glarean. Et sic Lamb. Fabr. Marcil. Bentl. Cun. San. Baxt. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzel. Wakef. et Kidd. item N. Heins. ad Ovid. Fast. III. 820. Met. XIV. 369. et ad Val. Fl. III. 207. 'Est etiam *densentur* exquisitius; nam *densere* vocabulum Lucretianum omninoque poëticum, et apud Virgilium sæpe occurrit, ut *Æn.* VII. 794. x. 432. Vid.

NOTÆ

15 *Sed omnes una manet nox*] Universi perinde mortales serius ocuus hinc migrare debent et vitam exuere. Catul. v. 5, 'Nobis cum semel occidit brevis lux, Nox est perpetua una dormienda.'

16 *Calcanda semel via leti*] Apostolus ad Hebr. IX. 27. 'Statutum est omnibus hominibus semel mori.' Lib. 3 Reg. II. David morti proximus ita loquitur: 'Ego ingredior viam universæ terræ;' pariter et Josue, XXIII. 14. Propertius, III. 18. 22. 'Sed tamen huc omnes, huc prius et ulti-

mus ordo: Est mala, sed cunctis ista terenda via.'

17 *Dant alias Furiae torvo spectacula Marti*] Quosdam Furiae mactant, et quasi ludum Marti dant: id est, alios ad mortem trahit bellandi ardor, alios navigandi, negotiandi, lucrum faciendi cupiditas.

19 *Nullum Sæva caput Proserpinu fugit*] Nullum caput fugit sævam Proserpinam; id est, mortem eluctatur nemo. Proserpina uxor Plutonis credebatur morituris capillos resecare, ac velut primitias inferis sacras præ-

Me quoque devexi rapidus comes Orionis  
 Illyricis Notus obruit undis.  
 At tu, nauta, vagæ ne parce malignus arenæ  
 Ossibus et capiti inhumato

*pinæ. Sic etiam me Illyricis fluctibus summersit Auster declivis Orionis assecla præceps. Tu vero, nauta, ne improbus mihi sis, neve te pigeat errantis sabuli por-*

\*\*\*\*\*

Gifanii Ind. Lucret. voce 'densere.' *Jani.*—21 *Te quoque* conj. Nic. Heinsius ap. Benti. ut Nauta adhuc loquatur, et Archytas demum vs. 23. incipiat, improbante Jani. *ravidus* Faërn. Lambini solenni errore.—23 *At tu o nauta* Franeq. *Ac tu* conj. Cuning.—24 *Ossibus et capiti nec humato* conj. ap.

#### NOTE

mittere; nec alias potuisse animam corpore exolvi. Ad hanc superstitionem respicit Horatius hic; pariter et Virgil. *Æn.* iv. 698. 'Nondum illi flammam Proserpina vertice crinem Abstulerat, Stygioque caput damnaverat Orco.' Allusit et Martial. iii. 43. 'Non omnes fallis. Scit te Proserpina canum. Personam capiti detrahet illa tuo.' Vide Macrob. *Saturn.* v. 19. ubi quædam habet eximia de illo crinis absceidendi ritu.

21 *Me quoque devexi, &c.*] Ne mirare igitur, nauta, quod interii, inquit Archytas: sicut illi suo quisque modo obiere mortem, ita ego summersus Illyrico mari.

*Devexi*] Sive quod Australis est Orion, adeoque in parte cæli devexa, sicut opposita Borealis est subvexa et superior: sen quod Orionis figura statuatur prona in phænomenis: unde et 'Pronus Orion,' iii. *Od.* 27. 18. vel denique notatur occasus hujus sideris; quod ad rem certe magis videtur. Nam tempestates tunc maxime excitat Orion, cum oritur vel occidit. Hinc *comes* ejus dicitur *Notus* ventus Meridionalis valde nebulosus: *vltis, humor*; unde nomen. Gell. ii. 22.

*Orionis*] De Orione viro multa fabulantur, quæ ad rem præsentem non attinent. De Sidere agitur stellas

continente plurimas; quæ, dum refulgent, serenitatem, sin minus, tempestates minantur: jugula vocatur Latinis. *Plaut. Amphitr.* i. 1.

22 *Illyricis Notus obruit undis*] Obrutus aquis perii in sinu Illyrico, (Dalmatico, Adriano, hodie *Veneto*.) tempestatem cientibus Austro pariter et Orione. Sic et jungit utrumque Virgilius *Æneid.* i. 539. 'Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion In vada cæca tulit, penitusque procaecibus Austris,' &c. *Æneid.* iv. 52. 'aqnosus Orion.' *Noster Epod.* x. 9. 'Nec sidus atra nocte amicum appareat, Qua tristis Orion cadit.' *Epod.* xv. 7. 'Nautis infestus Orion.'

*Illyricis*] Illyricus olim sinus dicebatur universum illud mare, quod est Italianam inter et Illyricum. Postea Adriaticum mare continebatur ab Epidamno ex parte Illyrici, ad Garganum montem ex parte Italiæ: reliquum autem mare ad sinus fauces Ionium vocatum est; Adriaticum vero Dalmatici nomen accepit. Tandem sinus universus hodie *Venetus* appellatur.

23 *At tu, nauta, vagæ ne parce, &c.*] Hic gravem Horatio dicam dicit, magnamque litem movet magnus Scaliger tanquam contraria loquenti. Quid enim, inquit, rogat nautam 'ut pusillam sibi terram injiciat inhumato



Particulam dare: sic, quodcumque minabitur Eurus 25  
Fluctibus Hesperiiis, Venusinæ

*tionem injicere ossibus et capiti insepulto. Ita quicquid Eurus minabitur Italico*

//////////

Jones. ob hiatus.—25 Codex Helmstad. *si quodcumque*.—28 *Unde potis conj.*

NOTÆ

to, quem, in ipso statim Odes initio, pulvere contactum ait? Satis erat quippe vel minima terra partem quampiam corporis tegi.' Scilicet arenam mare advolverat aliquantulam, et corpus utcumque texerat. At numquid hæc erat legitima sepultura? Talem vero poscit Archytas, 'qui solus honos Acheronte sub imo est,' ex Virgil. *Æneid.* xi. 23. Eo porro qui carebant, annos centum errare, veterum superstitio existimabat. Virgil. *Æneid.* vi. 325. 'Hæc omnis, quam cernis, inops inhumataque turba est: Portitor ille Charon: hi, quos velint unda, sepulti. Nec ripas datur horrendas nec rauca fluenta Transportare prius, quam sedibus ossa quierunt. Centum errant annos, volitantque hæc littora circum: Tum demum admissi stagna exoptata revisunt.' Adde quod habet Alex. ab Alex. v. 26. ubi sic scribit: 'Ludi ad Tarentum Sæculares dicti, qui singulis centum annis ex præcepto Sibyllinorum carminum fiebant ad placandos Manes: quorum auctor Valer. Publicola . . . Proditur decretum inter Pontifices ut si defuncto cadaveri justa quispiam exhibere vult, et an inhumatum esset in dubium veniret, satis haberent si quibusdam sacris precationibusque exhibitis glebam absenti cadaveri aut terram injicerent, terque injecto pulvere a labe erroris cadaver manesque expiatis ducerent: atque si operto humo cadavere, os exceptum fuisset, donec purgetur, inhumatum videri.' Hæc ille. Atqui hic inhumato capiti arenæ dari particu-

lam orat Archytas. Ergo caput operatum non erat; qua corporis præcipua parte non contacta, insepultum censeretur debet corpus. Quod quidem intelligitur ex sententia Jurisconsultorum, apud quos sacrum habetur sepulcrum in quo conditum sit caput hominis, etiamsi reliqua absint membra: item offenso capite, violatum habetur sepulcrum, quoniam arx sensuum et rationis caput est, eoque amoto cetera prorsum ignota omnique decore jacent exuta; et quicquid honoris contribuitur capiti, universo plane corpori attributum existimatur: quæ Ambrosii sententia est. Hæc apposite Cæli. Rhodig. xvii. 19.

25 *Sic, quodcumque minabitur, &c.]* Sic te pietas numinum ab omni vindicet malo, teque bonis cumulet, ut erga me pius fueris, et quæ justa peto concesseris. Ergo si me sepelieris, avertant Dii a te pericula tempestatum, ventorumque furorem mari quod navigas minantium in sylvas propinquas depellant, insuper autem et quæstum lucrumque tuum promoveant: adeoque sit exigui laboris pro me tui merces multa ab Jove Neptunoque concessa.

*Eurus] Synecd. pro quolibet vento. Ille dicitur ab ἔω ῥέων, ab oriente fluens; alio nomine ἀπὸ ἡλιώτης. Romanis autem nautis Subsolanus. Gell. ii. 22.*

26 *Fluctibus Hesperiiis] Italiam Græci Hesperiam dixere, quod sit ipsa ad occasum: hoc imitati Ποῦτæ Latini pariter vocaverunt. Virgil. Æneid. i. 534. 'Est locus, Hesperiam Graii*

Plectantur sylvæ, te sospite ; multaque merces,  
 Unde potest, tibi defluat æquo  
 Ab Jove, Neptunoque sacri custode Tarenti.  
 Negligis immeritis nocituram  
 Postmodo te natis fraudem committere ? Fors et  
 Debita jura vicesque superbæ

30

*mari, hant sylvæ Venusinæ, te incolunt: præmium quoque multiplex, undecumque fas erit, tibi conferatur a Jove justo, et a Neptuno sacri Tarenti defensore. Quod si forte spernis admittere delictum posteris innocentibus exitio futurum; ipsi tibi*

Cuning.—29 *Sub Jove conj.* Crusius.—31 ‘*Post modo* divide Sanad. ut *modo* sit ‘*tantummodo,*’ jungendum cum *nocituram*. Sed languet forte sic locus. *Forsan* [Harl. 2. 5.] quinque Lambini, Pulm. 1. omnes Torrentii, unus Cruquii, Mentel. &c. Sic et Lamb. Torrent. Marcil. Heins. Steph. Faber. Rutgers. Dacer. Jones. Sanad. [Delph. Schrevel.] *forsit* (ut 1. Sat. 6. 49.) quidam Lambini, et ejus prima editio, item Brut. *forset* Porphyr. quidam Lambini, Gembl. 1. 2. Pulmanni, et Fabric. ex *fors et* haud dubie; *forsque* unus Torrent. *fors et omnes* Cruq. præter unum, Pulm. 4. Lips. 1. Franeq. Bentleii optimi, Venett. Ascens. Locher. Basill. Bantl. Baxt. Cun. probante N. Heins. ad Val. Flac. 1. 478. Hæc itaque haud dubie vera lectio, ex qua orta *forsit*

## NOTÆ

cognomine dicunt.’ Vel sic appellata est Italia ab Hespero, qui regionem istam a fratre Atlante pulsus adiit; vel etiam ab Hespero stella quæ Vesper dicitur, et ad Occasum apparet. Postremam hanc originem asserit Macrob. Saturn. 1. 3. ita scribens: ‘Italia dicta est Hesperia, quod Occasus subjecta sit.’

*Venusinæ sylvæ*] Metonymia. Venusia et Venusium est urbs Apuliæ in Lucaniæ confinio: continetur hodie Basilicata Neapolitani regni provincia: ad radices Apennini montis sita; parva quidem, sed principatus titulo nobilitatur, vernacule, *Venosa*.

29 *Neptunoque sacri custode Tarenti*] Cic. de Nat. Deor. 11. n. 66. ‘Datum est Neptuno alteri Jovis, ut volunt, fratri maritimum omne regnum: nomenque productum, ut Portunus a portu, sic Neptunus a nando, paulum primis literis immutatis.’ Porro sacrum illi Tarentum dicitur, quod in ejus sit tutela, eumque præcipue colat; sive quod aiunt Phalantum Her-

culi et Neptuno templa ibi erexisse; vel quod ea urbs a Tarante Neptuni filio condita atque nominata; olim magnæ Græciæ fuit in Salentinis; hodie vero in terra Hydruntina; arcem habet portumque et principatus insignia.

30 *Negligis immeritis nocituram, &c.*] Id est, si mihi suprema et justa persolvere parum curas, sique per socordiam admittis piaculum tibi posterisque tuis nociturum. Semper enim grande nefas habitum est, insepultum relinquere obvium cadaver: quique id neglexisset, piacularis existimabatur. Athenis autem Buzzyges ejusmodi reum criminis etiam execrabatur.

31 *Fraudem*] Nam debito defraudat officio mortuum qui inhumatum negligit.

*Fors et* [*Forsan*] Legunt alii *forsit*, vel *forset*, alii *fors et*, junguntque cum sequentibus. Sed quid inde?

32 *Debita jura vicesque, &c.*] Par tibi sors contingat jure merita, tuæ-

Te maneat ipsum : precibus non linquar inultis ;

Teque piacula nulla resolvent.

Quanquam festinas, (non est mora longa,) licebit 35

Injecto ter pulvere curras.

*jus acquisitum ac vices arrogantes reddantur. Haud ego destituar votis inutilibus : te vero nullæ purgabunt expiationes. Itaque licet properes, non diu tardabis ; ter injecto pulvere, transgredi fas erit.*

et forset ; nam forsan certe e glossa est. v. Canter. Nov. Lectt. iv. 8. Priscian. xv. p. 1815. Similis varietas ap. Virg. Æn. xi. 50. ubi firmatum *fors et* ; vide Heyn. Tum varie interpungunt : *committere : forsan* Heins. Steph. Fab. *committere forsan?* Marcell. Sanad. *committere forsan* : Lamb. Torrent. Rutgers. Jones. Dacer. Ingratissime, meo quidem sensu, *forsan* sententiam clauderet. *committere : fors et* edit. vett. *committere? fors et* Cruq. (e Blandd.) Muret. Bentl. Baxt. et Nic. Heins. [ad Val. Flac. i. 478.] Sic haud dubie sententia vividissima et aptissima est. *committere? fors, et* Cuning. Argutantur Jones. et Sanad. *forsan* non posse ad sequentia trahi, quia tunc non sit imprecatio. Jani.—32 Passerat. conj. *vicesque, superbe* ; et sic nunc Lambini et Reg. Soc. ap. Bentl.—33 Passerat. ap. Lamb. emend. *inultus*.—35 Venet. 1590. *festinans*.

NOTÆ

que superbiam et socordiam debita ; sic tu quoque inhumatus aliquando projiciare. *Superbæ*] Passeratius legit, *superbe*. Alii per *superbas vices* intelligunt graves atrocesque poenas, ex Prisciano.

33 *Precibus non linquar inultis*] Dii certe meas preces exaudient justis : nec inultum me, nec te impunitum dimittent. Plaut. Captivi, ii. 63. ‘ Est profecto Deus, qui, quæ nos gerimus, auditque et videt.’

34 *Teque piacula nulla resolvent*] Nullis sacris tantum scelus eluere unquam licebit. Nimirum execrationes veteribus credebantur inexpiables. Nam aliqui præcidanea porca expiari consueverat qui insepultum reliquerat forte obvinum cadaver, nec gleba opernerat. Festus.

36 *Injecto ter pulvere curras*] Hæc est illa tandem, quam a nauta petit Archytas, humatio legitima ; glebæ injectio scilicet ; sive ut quis mortali cadaveri ter injiciat pulverem. Rem totam explicat Tullius de Leg. ii. n. 66. ‘ Antiquissimum sepulturæ genus id fuisse videtur, quo apud

Xenophontem Cyrus ntitur : redditur enim terræ corpus, et ita locatum ac situm quasi operimento matris obducitur.’ Et paulo post : ‘ Siti dicuntur ii qui conditi sunt : nec tamen eorum ante sepulcrum est quam justa facta, et corpus incensum est. Et quod nunc communiter in omnibus sepultis penitus humati dicantur, id erat proprium tum iis quos humus injecta contereret : eumque morem Jus Pontificale confirmat. Nam priusquam in eos injecta gleba est, locus ille, ubi crematum est corpus, nihil habet religionis : injecta gleba tumulis, et humatus est, et gleba vocatur : ac tum denique multa religiosa jura complectitur.’ Igitur hoc est quod iste Archytas deposcere putandus, tum ne religioso isto careat honore, tum ne centum annos errans ab Elysiio diutius arceatur, quemadmodum ante annotavi. Sic et Palinurus idem insepultus rogat Æneam, apud Virgil. Æn. vi. 365. ‘ Eripe me his, invicte, malis ; aut tu mihi terram Injice : namque potes.’ Vide Cæli. Rhodig. xvii. 20.

## ODE XXIX.

AD ICCIUM.

Facete carpit Iccium, qui, studio Philosophiæ, quod ambitiose ante affectarat, nunc repente abjecto, militare instituerat spe lucri. *Zeen.*

ICCI, beatis nunc Arabum invides  
Gazis; et acrem militiam paras

*O Icci, jam ergo felices Arabum thesauros æmularis; atque grave bellum moli-*

//////////

Ode septima Libri tertii in recensione Sanad. Epigraphe in edd. vett. *Ad Iccium militarem* (al. *militaturum*) *relicto Philosophiæ studio.*—1 ‘*Icti* Lips. 1. et alii, teste Marci. Sic et Baxt. *Iti* volebat Torrent. et Fulv. Fuisse enim Romæ gentem Itiam (cujus nummus est ap. Vaillant. Num. Famil. Roman. t. 1. p. 498. cum inscr. L. ITI.): sed e nummo nil conficitur. Nam ut scribebatur *Accius*, *Actius*, *Attius*, *Atius*, (de qua varietate scripturæ vid. Burm. ad Sueton. Aug. 4. et ad Virg. Æn. v. 568.) ita pro *Iccius* quoque *Ictius*, *Itius*, *Itius* scribi potuit. Apud Cic. Phil. III. 10. est *M. Iccius*.’ Jani.

## NOTÆ

Metrum idem quod Od. IX.

1 *Icci*] Sunt qui legi velint *Iti*, quod familia sit Itia, nusquam autem Iccia. Is fuisse dicitur Agrippæ in Sicilia Procrator, ab eoque opimis ibidem agris donatus.

*Beatis nunc Arabum invides Gazis*] Grandes igitur accumulare thesauros statuisti? Tantane est avaritiæ vis, divitiarum cupiditas tanta, ut faciat te sapientiæ desertorem? *Beatis*] Ex opinione vulgi, nemo felix nisi dives.

*Arabum*] ‘Felix appellatur Arabia, ingrati licet et falsi cognominis, quæ hoc acceptum superis ferat, cum plus ex eo inferis debeat. Beatam illam fecit hominum etiam in morte luxuria . . . Verum Arabiæ etiamnum felicis mare est: ex illo namque margaritas mittit: minimaque computatione millies centena millia sestertium annis omnibus India, et Seres, peninsulaque illa imperio nostro adimunt. ‘Tanto nobis deliciæ et fœminæ constant.’ Plin. XII. 18.

*Gazis*] Persica vox. Virgil. Æneid.

1. et II. ‘Troia gaza.’ Tull. pro Pomp. ‘Qui ab auro gazaque regia manus abstinuisset.’

2 *Acrem militiam paras Non ante devictis Sabææ Regibus*] Acer habendi ardor ac ditescendi acrem militandi animum creat scilicet. *Non ante devictis*] Victis olim ab Alexandro, sed nondum a Romanis. Ex Dione lib. LIII. Ælius Gallus Ægypti præses in Arabiam cum exercitu venit, multasque urbes cepit. Plin. VI. 28. sub finem: ‘Romana,’ inquit, ‘arma solus in eam terram adhuc intulit Ælius Gallus ex equestri ordine. Nam C. Cæsar Augusti filius prospexit tantum Arabiam. Gallus oppida diruit . . . retulit Sabæos ditissimos sylvarum fertilitate odorifera, auri metallis, agrorum riguis, mellis ceræque proventu.’ Porro Saba felix Arabiæ civitas in monte per ampla et regia Sabæorum: ubi thus, myrrha, casia, cinnamomum abunde proveniunt. Vide infra Od. XXXV. Not. ad vs. 31.

Non ante devictis Sabææ  
 Regibus, horribilique Medo  
 Nectis catenas. Quæ tibi virginum, 5  
 Sponso necato, barbara serviet?  
 Puer quis ex aula capillis  
 Ad cyathum statuatur unctis,  
 Doctus sagittas tendere Sericas  
 Arcu paterno? quis neget arduis 10  
 Pronos relabi posse rivos  
 Montibus, et Tiberim reverti;

*ris tyrannis Sabæ nondum subactis: et Medo formidabili vincula fabricas? Quæ vero puellarum barbararum occiso suo sponso obsequetur tibi? Quis puer ex aula crinibus unguento perfusis ad pocula præficietur; arcu patrio tela Serum vibrare peritus? Ecquis modo inficiabitur fluvios defluentes retro ferri ad altos montes, ac*

//////////

Vide Obs. Misc. tom. VI. p. 385.—4 Bentl. mallet *horribilis*, vel *horribiles*, quo detraheret epitheton *Medo*, et apponeret τῶ *catenas*, improbantibus Baxt. et Jani. *horribiles* dederit Furstenburg et Kidd.—5 With. et quidam alii *catenas*? Locher. et Venet. 1492. *Quæ t. v. Sp. necato (barbara) serviet?* Ascens. *necato: barbara: serviet?* ut sit: *Quæ tibi virgo serviet?* Barbara erit.—7 Ascens. et Mancin. *Puer quis e. a. unctis?* ut respond. *Doctus sagittas, &c.*—12 Cuning. et Sanad. *ac Tiberim.*—13 Bentl. vult *nobilis*, quod in antiquis

NOTÆ

4 *Horribilique Medo*] Medi terribiles Romanis ob cæsum ab eis Crasum, fugatumque Antonium. At post bella civilia missis ad Augustum legatis mitiores se ostenderunt. Vide supra Od. II. vs. ult. Græcis etiam infestus dicebatur Medorum exercitus. Theogn. στρατὸν ὑβριστῆν Μήδων.

7 *Puer quis ex aula, &c.*] Liv. lib. XLV. 'Pueri regii apud Macedonas vocabantur principum liberi ad ministerium regis electi.' Ita veteres opulenti pueros egregiæ formæ ministros sibi conquirebant, item generis claritate conspicuos. Patet ex Daniel. cap. I. Athen. x. 6. 'Capillis unctis,' ad majorem lasciviam et luxuriam. Vide II. Od. 7. 8. Not. 'ad cyathum statuatur,' pocillator, qui epulanti tibi vinum fundat. Nota fabula de Ganymede Jovi ad cyathos. Sueton. Jul. Cæs. cap. 49. 'Sed C.

Memnius etiam ad cyathum et vinum Nicomedi stesisse objecit, cum reliquis exoletis, pleno convivio,' &c.

9 *Doctus sagittas tendere Sericas Arcu paterno*] More patrio eruditus sagittas arcu torquere, perinde ac Parthi, Medi, alique Orientales, inter quos Seres numerantur. Vide supra Not. Od. XII. vs. 56. ad vocem 'Seræ.'

10 *Arduis Pronos relabi posse rivos Montibus*] Sursum fluere ad montes, e quibus defluunt. Proverb. Græc. ἄνω ποταμῶν, quo significatur naturæ ordinem inverti. Initium autem est versus Euripidis in Meæa: qui sic habet: Ἄνω ποταμῶν ἱερῶν Χωροῦσι παγαί. Sursum fluminum sacrorum feruntur fontes. Ovid. Heroid. Epist. v. 31. 'Xanthe, retro propera; versæque recurrite lymphæ.'

Cum tu coëmtos undique nobiles  
 Libros Panætî, Socraticam et domum,  
 Mutare loricis Iberis,  
 Pollicitus meliora, tendis ?

15

*Tiberim regredi posse, quando tu comparatos undequaque Panætîi codices eximios, et familiam Socratis universam permutare studes thoracibus Hispanicis? certe laudabiliora promiseras.*

codd. est, pro genitivo accipi, et ad *Panætî* referri, operoseque ostendit, quod nemo dubitat, Panætium posse dici nobilem. Multæ edd. vet. habent *nobilis*; aliæ *nobilis*, et sic Harl. 2. 3. Multi etiam codd. in quibus Harl. 1. 4. 5. 6. *nobiles*.—14 *Socraticam domum* unus Bersmanni, Venet. 1492. et Locher. et *Socraticam domum* Ascens.—15 *Hiberis* Bentl. et sic occurrit in monument. antiq. sed præstat *Iberis*, Græcis enim scribitur sine aspiratione.—16 *Pro tendis*, quidam Lamb. unus Torrent. Basill. 1523. 1531. Venet. 1590. et Glarean. probante P. Victor. Var. Lect. xvii. 13. *temnis*, quod Porphyrio interpretatur 'audes,' alii ex 'negligis' supra xxviii. 30. illustrant. Harl. vero 1. 2. 3. 4. 5. 6. aliique *tendis*; et sic plane Fabric. 'tendis, pro contendis.'

## NOTÆ

13 *Cum tu coëmtos, &c.*] Cum tu repente mutatus deseras Philosophiæ studium quod fueras amplexus, atque longe contrariam militiæ nempe viam in eas.

14 *Panætî*] Is natione Rhodius, instituto Stoicus, Scipionis Africani ac Lælii præceptor fuit. Scripsit libros tres *περὶ τοῦ Καθήκοντος*, quos laudat, citatque, atque est imitatus Cicero suis lib. de Officiis. A. Gellius xiii. 26. 'Legebatur,' inquit, 'Panætîi Philosophi liber de officiis secundus ex tribus illis inclytis libris, quos M. Tullius magno cum studio maximoque opere æmulatus est.' Tum ex multis ab eo sapienter scriptis et 'ad bonam frugem ducentibus,' eam affert ejus sententiam, qua præcipit, exemplo Pancratiastarum ad vitandos ictus in certaminibus, omni se ratione præmunitium, debere viri prudentis mentem adversus injurias semper esse paratam, erectam, arduam, septam, solidam, expeditam.

*Socraticam domum*] Socraticæ disciplinæ antesignanos et coryphæos, Platonem, Xenophontem, aliaque Academiæ lumina.

15 *Loricis Iberis*] Hæ ferebantur optimæ, ob eximiam ferri temperaturam, inquit Torrent. et Plinius auctor est xxxiv. 14. ubi ita scribit: 'Ferri metalla ubique propemodum reperiuntur. . . . differentia ferri numerosa. . . . fornacum maxima. . . . summa autem in aqua est, cui subinde candens immergitur. Hæc alibi atque alibi utilior nobilitavit loco gloria ferri, sicuti Bilbilin in Hispania,' &c. Idem vii. 56. ait lorica inventam a Midia Messenio. Porro nomen a Iridis, e quibus primum confecta, postmodum longe alia tamen retinuit.

*Iberis*] Hispania ex Strabone et Plinio dicta est Iberia sive ab rege, sive a flumine Ibero. Hoc enim affatim rigatur atque scinditur regio Tarraconensis. Scaturit in Castella veteri, perfusisque variis terris in mare Mediterraneum delabitur.

16 *Pollicitus meliora*] Meliorem sane de te spem concitaveras. Certe militia, quam assumsisti, relictum a te sapientiæ studium multo melius est.

*Tendis*] Quidam legunt *temnis*.

## ODE XXX.

AD VENEREM.

Omnia bella numina e sedibus suis evocat, rogatque ut se transferant in novum Lararium a Glycera sua Veneri dedicatum. Est autem quasi Epigramma in Dedicacionem Veneris. *Vet. Schol.*

O VENUS, regina Gnidi Paphique,  
Sperne dilectam Cypron, et vocantis

*O Venus, Gnidi et Paphi domina, contemne caram Cyprum, et migra in exorna-*

Ode decima septima Libri quarti in Ed. Sanadoni.—1 *Gnidi* omnes codd. et edd. vett. et sic Jani, Mitsch. Bipont. Comb. et Wakef. Græci tamen scribunt *Κνίδος* unde Bentl. Lamb. Wetzel. Kidd. alii *Cnidi*. Vide Brouklus. et Burm. ad Propert. i. 3. 2. Haym. Thes. Brit. vol. II. p. 117. Wild. Select. Num. Tab. VI. N. 38. Mus. Pembrok. P. II. Tab. 14. N. 9. Drakenb. ad Liv.

## NOTÆ

Metrum idem quod supra Ode II.

1 *O Venus*] Glyceræ se amore torreri scribebat supra Od. XIX. ejusque animum reddere mitiorem mactata hostia satagebat. Jam voti reus Veneri μέλος ἐπιβώμιον canit in dedicatione ædiculæ quam in suo larario Glycera ei consecravit. Simile carmen et Epigramma scribit Paci Tibullus I. 10.

*Regina Gnidi Paphique*] Æschyli circumfertur hic versiculus de Venere: Κύπρου Πάφου τ' ἔχουσα τὸν πάντα κληῖρον. Scilicet in istis urbibus sanctius illa colebatur, ex Pausania in Atticis. Strab. Plin. &c.

*Gnidi*] Gnidus urbs Cariæ portu duplici insignis, magis autem natalibus Eudoxi Mathematici Platonis condiscipuli; Agatharsidis tempore Strabonis Historici; (quem tamen Samium Plutarchus facit); Theopompi Jul. Cæsari familiaris, atque Artemidori ejus filii; Ctesiarum rerum Syriacarum et Persicarum scriptoris, ex Strabone lib. XIV. at maxime Veneris statua; quod Praxitelis opus tam admirabile videndi causa multi

Gnidum navigarunt. Auctor est Plin. XXXVI. 5. ubi et addit: 'Voluit eam a Gnidiis mercari rex Nicomedes, totum æs civitatis alienum dissolvere promittens. Illi vero omnia perpeti maluere, nec immerito. Illo enim signo Praxiteles nobilitavit Gnidum. Ædicula ejus tota aperitur, ut conspici possit undique effigies Deæ, favente ipsa, ut creditur, facto. Nec minor ex quacumque parte admiratio est.'

*Paphi*] Paphus urbs est Cypri portum habens, et templa egregie structa. Strabo. Plinius autem II. 96. ita scribit: 'Celebre fanum habet Veneris Paphos, in cujus quandam aram (al. *aream*) non impluit.' Tacit. Hist. II. 2. idem refert: 'Vespasianum cupido incessit adeundi visendique templum Veneris Paphiæ inclytum per indigenas advenasque . . . . certissima fides hædorum fibris. Sanguinem aræ offundere vetitum; precibus et igne puro altaria adolentur; nec ullis imbribus quanquam in aperto madescunt.'

2 *Sperne dilectam Cypron*] Cypro,

Thure te multo Glyceræ decoram  
 Transfer in ædem.  
 Fervidus tecum Puer, et solutis

5

tum Glyceræ sacellum, te plurimo thure invitantis. Veniant tecum flagrans tuus



xxxvii. 60. p. 135. et VV. DD. ad Virg. Æn. III. 115.—3 *Thure multo te emend. vir quidam doctus ap. Cuning. ipse vero Cuning. Thure, te multum,*

## NOTÆ

tibi licet tot nominibus dilectæ, præfer tamen, obsecro, Glyceræ sacellum. Quamvis enim tot sacras ædes illic habeas, universaque insula tibi devota sit; at apud Glyceram quoque dominaris, novamque possidebis ædem, quam magna cura, summo studio exornavit, et tibi paravit. Illuc insuper thure te plurimo invitat. Veni ergo ad ejus consecrationem. De Cypro Strabo XIV. Plinius V. 31. 'quondam ibi novem regnorum sedem' fuisse scribit. Vide et supra Od. III. Not.

3 *Thure te multo*] Floribus enim et thure, potius quam victimis, placari Venus et coli amabat. Virg. Æneid. I. 419. 'Ipsa Paphum sublimis adit, sedesque revisit Læta suas, ubi templum illi, centumque Sabæo Thure calent aræ, sertisque recentibus halant.' Vide Not. ad Od. XIX. vs. ult.

4 *Transfer*] Propria vox, et solennis, e Jure Pontificio accersita, cum ædes sacratur. At contra, cum locus e sacro privatus redditur, 'evocari sacra' dicuntur. Plin. Epist. X. 58. Trajano Pontif. Max. sic ait: 'Cum quærerem num esset aliqua lex templo dicta, cognovi alium esse hic, alium apud nos morem dedicationis... Despice ergo Domine, an putes ædem salva religione posse transferri,' &c. Vide et Epist. 73. et 74. ejusdem libri.

5 *Fervidus tecum Puer*] Solitus Veneris comitatus pariter ab Horatio invocatur, atque iu dedicatum a Gly-

cera sacellum invitatur; inprimis autem Cupido filius ejus. *Fervidus*, quia *πυροφόρος*, et facem gestat, qua indicatur ea, qua pollet, vis accendendi animos et amore inflammandi. *Puer* vero dicitur, ut significetur stulta et puerilis libidinosorum cupiditas, eo studio turpia consecrantium, quo pueri solent crepundia.

*Solutis Gratia zonis*] Plin. XXXV. II. 'A Nicearcho picta Vennis inter Gratias et Cupidinem (al. *Cupidines*) celebratur.' Apnl. lib. XI. p. 44. 'Venus omni Gratiarum choro stipata.' Hesiod. in Theogn. tres Charites nominat Aglaïam, Euphrosynen, Thaliām; pariter et Pindarus Olymp. Ode ultima, ubi et ait: 'Per eas omnia mortalibus fieri dulcia, si quis vir sapiens, si pulcher, si splendidus: sed nec Deos sine Charitibus in Cælo quicquam moliri. πάντων ταῖλαι ἔργων ἐν οὐρανῷ, omnium dispensatrices in cælo operum.' Seneca de Benefic. I. 3. 'Nunc dicam quare tres Gratia, quare sorores, quare implexis manibus, quare ridentes, juvenes, et virgines, solutaque ac pellucida veste.' Et paulo post: 'Hesiodus Aglaïam maximam natu appellavit, mediam Euphrosynen, tertiam Thaliām. Homerus nomen unum mutavit, Pasitheam appellavit (nempe Iliad. Ξ.). Mercurius una stat.' Gratia porro *solutis zonis* pinguntur ac pellucidis vestibus, quia amicorum animi sibi invicem debent esse aperti, sine furo, sine ambagibus.



Gratiæ zonis, properentque Nymphæ,  
Et parum comis sine te Juventas,  
Mercuriusque.

*filius, et Charites cingulis laxatis, et Nymphæ, et Juventas absque te minimum sua-  
ris, et Mercurius.*

—————

ut conjungantur *multum decoram*.—6 Baxteri Nota risum tibi, Cato, movebit :  
'Ita subdistinguendum censeo: *Gratiæ zonis properent, que Nymphæ*; et anti-  
qua Scholia hoc confirmant.'—7 Alt. 1. *Juventas*.

NOTE

6 *Nymphæ*] Et hæ comitatum Veneri præstant, quia matres amorum, illa vero unius mater Cupidinis fertur: ex Philostrato. Claudian. de Nuptiis Honor. et Mar. 73. 'Gens mollis amorum. Hos Nymphæ pariunt: illum Venus aurea solum Edidit.' Nymphæ aliæ maris, quæ Nereides, fontium ac fluminum Naiades, sylvarum Dryades, Hamadryades, quæ cum arboribus oriuntur et cadunt, Oreades montium, Napeæ florum.

7 *Parum comis sine te Juventas*] Hæc Juventutis Dea, Græcis Hebe; etiam Veneri comes additur, ut apud Homer. in Odyss. "Ἡβη τε Διὸς θυγάτηρ τ' Ἀφροδίτη. Quoniam vero ii qui a Venere abhorrent, etsi juvenes, solent esse morosi, severi, tristes, difficiles, quod senum est proprium, hinc 'parum comis' sine Venere Juventas dicitur. Vel Horatium ex Horatio interpretari licet hoc modo: *Juventas Parum comis*, decora, gratiosa, sine te, Venere, id est, sine venustate. Epist.

ad Pisones, seu de Arte Poët. vs. 42. 'Ordinis hæc virtus erit, et Venus.'

*Juventas*] Liv. v. 54. 'Cum augurato liberaretur Capitolium, Juventas Terminusque, maximo gaudio patrum nostrorum, moveri se non passi sunt.'

8 *Mercuriusque*] Denique Veneri Mercurius adjungitur, sermonis nempe Deus. Seu quod Amor disertus faciat, seu quia per disertam et facundam orationem solet amor conciliari. Unde Ovid. i. de Arte II. 123. 'Non formosus erat, sed erat facundus Ulysses; Et tamen æquoreas torsit amore Deas.' Hinc etiam Veneri πάρεδρος et σύνεδρος celebratur ille, et ejusdem cum ea ædis, sedis, ac religionis consors. Plutarch. in præceptis connubialibus scribit, juxta Venerem in eodem sacello veteres collocasse Mercurium, συγκαθίδρυσαν, inquit, rationemque ibid. subjungit, eo quod sermone blando, non jurgiis aut contentione a se mutuo quod cupiunt conjuges debeant obtinere.

## ODE XXXI.

AD APOLLINEM.

Horatius ab Apolline Palatino, tempore festo, quo ab Augusto dedicatus est, nihil petit præter mentem sanam in corpore sano. (Sæcularium quidem ludorum neque vola hic est nec vestigium. *Gesn.*)

QUID dedicatum poscit Apollinem  
Vates? quid orat, de patera novum  
Fundens liquorem? Non opimas  
Sardiniae segetes feracis;

*Quid Poëta petit a Phæbo consecrato? Quid precatur recens vinum effundens e cratera? haud arva pingua Sardiniae fertilis: haud pulchros greges ferventis*

Ode tertia terti Libri in Ed. Sanadoni. Sæcularis Carminis partem efficit in Ed. Ancherseii. Vide Argum. ad Carm. Sæc.—1 Quidam codd. *possit*.—2 Locher. *quod orat*.—3 Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. sex Lamb. sex Torrent. quatuor Pulm. duo Lips. totidem Altt. Dess. 2. Franeq. Venett. Mediol. Vet. Comb. Glarean. et aliae fere antiq. edd. item Cruq. Lamb. Bentl. Cuning. Jones. et Kidd. *opimæ*; tres Vatt. Lambini, quidam Torrent. Mentel. antiquus Fabric. Vener. 1590. Vascos. Fab. Heins. H. et R. Steph. Dacer. Baxt. Sanad. Jani, Bipont. Mitsch. Comb. Wetzel. et Wakef. *opimas*, probantque hanc lect. Burm. in Præf. ad Hor. et Markl. ad Stat. Sylv. p. 225.—4 Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. sex Lamb. totidem Torrent. quatuor Pulmanni, duo

## NOTÆ

Metrum idem quod supra Ode IX.

Longe se alienum ab omni avaritia declarat Horatius hac Ode, cum summa votorum ejus sit, ut ab Apolline Vatum Patrono nihil aliud exposcat præter 'mentem sanam in corpore sano,' quod ait Juvenalis unice postulandum a Diis, Sat. x. 356. Vide Pers. Sat. II. Lucian. in Icaromeuip-po.

1 *Dedicatum*] Vel ab ipso Poëta consecratum Phæbo sacellum suis in ædibus intelligit; vel ab Augusto post Actiacam victoriam templum Apollini in Palatio dedicatum.

2 *De patera novum Fundens liquorem*] Tunc cum vini primitias libat et sacrificat Apollini Palatino. Hoc intelligi potest ab Horatio factum inter epulas: nam supra notavimus id observatum ab antiquis, ut in mensa

aliquid vini defunderetur ac Diis libaretur. Hinc Æneid. I. 740. 'Dixit, et in mensa laticum libavit honorem.' Et Æneid. VIII. 279. 'In mensam læti libant, Divosque precantur.' Vide J. Lips. Antiq. Lect. lib. III. ubi morem hunc in omni convivio religiose servatum pridem asserit, tum ex Homero, tum ex allatis mox Virgilii locis, tum ex Dione Cassio; additque: 'Ergo ut amatores Veneri, bellatores Marti, quidni Musis et Apollini studiorum præsidi rite libemus nos eorum alumni?' Vel Poëta de Vinalibus prioribus dixit, in quibus gustabantur vina, novumque vinum libabant; nempe IX. Kal. Maii: nec enim antea censebant præsi vinum deferbuisse, nec purum aut sacris idoneum. Vide Varr. de Ling. Latin. lib. V. Plin. XVIII. 29. Festum, in

Non æstuosæ grata Calabriae 5  
 Armenta; non aurum, aut ebur Indicum;  
 Non rura, quæ Liris quieta  
 Mordet aqua, taciturnus amnis.  
 Premant Calena falce, quibus dedit  
 Fortuna, vitem; dives et aureis 10

*Calabriae: haud aurum, vel ebur Indiarum; haud agros, quos undis lente fluentibus lambit Siris silens fluvius. Ii quibus sors donavit Calenus vineas, eas cultro*

//////////

Lipss. duo Altt. Dess. 2. Franeq. Venett. Mediol. Vet. Comb. Glarean. Vascos. Lamb. Bentr. Cruq. Cun. Jones. et Kidd. *feraces*, vel *feracis* in accus. tres Vat. quidam Torrent. Mentel. unus Fabricii, alii cum edd. Fab. Heins. R. et H. Steph. Dacer. Baxt. Sanad. Jani, Bipont. Mitsch. Comb. Wetzel. et Wakef. *feracis*.—9 *Calenam*, ut ad *vitem* referatur, emend. Bentr. eumque secuti sunt Cuning. Sanad. Anchers. Wakef. et Kidd. *Promant Calenam a face* conj. ap. Jones. *Premant Caleni* conj. Cuning.—10 Porphy. et Bentr. ex Leid. et Græv. a m. pr. *dixit ut aureis*, eosque secuti sunt Jani, Bipont. et Kidd. *dives et aureis* Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. alii codd. et edd. vett. Bentr. ta-

#### NOTÆ

voce 'Calpar;' quo nomine vocabatur patera, qua vinum novum libabant. Huic interpretationi posteriori favet quod ait Horatius, *novum, &c.*

4 *Sardinia*] Hæc insula, inter mare Tyrrhenum et Balearicum sita, tritici feracissima, a Sardo Herculis filio dicta est Sardinia. *Segetes*] Ex Varro de Re Rust. 1. 29. seges est quod aratum et satum est; arvum, quod aratum, necdum satum.

5 *Calabria*] Italiae regio est inter mare Tyrrhenum et Ionium, ubi olim Brutii populi et magna Græcia: hodie pars est regni Neapolitani versus Anstrum ac Siciliam porrecta.

*Æstuosæ*] Solis ardoribus valde expositæ et æstuantis.

6 *Armenta*] Laudantur equi Calabriae in ea regione abundantes; sicut et in Apulia quæ proxima est Calabriae. Vide Varronem de Re Rust. 11. 7. Ibidem et pascua erant optima, quorum mentio est Epod. 1.

*Aurum, aut ebur Indicum*] Ab Indo flumine dicta ea Orientis ampla regio, auri et argenti metallis, gemmis

quoque dives est. Ebur quoque præ ceteris habet. Hinc Virgil. 'India mittit ebur.' Vide Plin. &c.

7 *Non rura, quæ Liris, &c.*] Non agros peto in Campania fertiles.

*Liris*] Hic fluvius aliis vocatur *Liternus*, supra Soram scaturit, ad Minturnas labitur in mare Tyrrhenum. Ejus meminit Martial. XIII. 83.

8 *Taciturnus amnis*] Leniter fluens ac tacite, non rapido cursu, aut ingenti murmure.

9 *Premant Calena falce, &c.*] Non aliis invideo vites optimas ac generosa vina. De Caleno supra Od. xx. vs. 9.

*Falce*] Cultello incurvo falcis instar.

*Premant*] Scindant racemos e vite, vel ipsam vitem putando, luxuriantem coercerant. Vel, uvæ e Calenis vitibus in torculari calcant ac premant. Virgil. Georg. 1. 157. 'ruris opaci Falce premebras.'

10 *Dives et aureis Mercator, &c.*] Per me licet, fruuntur alii sua felicitate, suis opibus, suis deliciis: ego

Mercator exsiccet culullis  
 Vina Syra reparata merce,  
 Dis carus ipsis; quippe ter et quater  
 Anno revisens æquor Atlanticum  
 Impune. Me pascant olivæ,  
 Me cichorea levesque malvæ.

15

*reprimant. Opulentus etiam negotiator vina Syriis mercibus commutato bibat poculis ex auro, ipsis numinibus gratus: siquidem ter et quater annis singulis sine infortunio lustrat mare Occiduum. Me nutriunt olivæ, me cichorea, et malvæ*

//////////

men in Nota præfert et ob male intellectam reparata.—11 H. Steph. conj. *culillis*, a 'calix;' duo Torrent. Dess. 2. Locher. et Venet. 1492. *cululis*; Gott. et Harl. 6. *culillis*; Brod. *curatis*.—12 With. conj. *Syra pretiata merce*; vir quidam doctus ap. Jones. *Syræ ære parata mercis*.—14 *Atlantidum* nuns Bland. Cruquii.—15 Reg. Soc. Bentleii, Altt. 1. 2. Venet. 1549. Ald. utraque Colin. et tres aliæ teste Cuning. *pascunt*; et sic Faber. Bentl. Cuning. Jani, Mitsch. Bipont. Wakef. et Kidd. *pascunt* Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Vat. Jannoet. Faërn. Urs. Farn. Tornes. Bland. 1. 2. 3. 4. alii codd. cum Venet. 1477. 1478. 1479. 1492. Zarot. Mediol. Glarean. Baxt. Gesner. Comb. Wetzel. &c.

## NOTÆ

vero tenni mea sorte victuque contentus sum.

11 *Culillis*] Fictilibus calicibus, qui cululli dicti sunt, Vestæ ac Diis libabant Vestales, inquit Alex. ab Alex. v. 12. Significatur hic quodlibet poculi genus. A culeo, inquit, quod ingens est vas, seu maxima liquorum mensura, fit culcolus, et inde culullus, quod poculum fuit sat capax, quo usi Pontifices olim in sacris, et reges in conviviis. De his rursus ad Art. Poët. 434.

12 *Vina Syra reparata merce*] Vina exquisita emta per commutationem pro mercibus e Syria advectis, nardo, balsamo, unguentis, odoribus, &c. Syria Asiæ provincia, hodie, *la Sourie*, continet Palæstinam, Phœniciam, et Syriam proprie dictam; Euphrate rigatur. Cic. pro Domo: 'Illa opima fertilisque Syria.' Paul. Pandect. xviii. Tit. 1. 'Non aliud olim merx, aliud pretium vocabatur: sed quisque secundum necessitatem utilibus inutilia permutabant; quando ple-

rumque evenit, ut quod alteri superest, alteri desit. Sed quia non semper nec facile concurrebat, ut cum tu haberes quod ego desiderarem, invicem haberem ego quod tu accipere velles; electa materia est, cujus publica ac perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subveniret. Ea materia forma publica percussa,' &c.

13 *Dis carus ipsis*] Castori et Poluci, Neptuno, quorum favor est navigantibus optabilis.

14 *Æquor Atlanticum*] Quod Africam alluit ad occasum, ita dictum ab Atlante Mauritaniam monte. Virgil. Æneid. iv. 480. 'Oceani finem juxta Solemque cadentem, Ultimus Æthiopum locus est: ubi maximus Atlas Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.'

15 *Impune*] Ironice dictum volunt quidam in mercatorem fraudibus et avaritiæ obnoxium, qui tamen mare quodlibet anno toto quæstui inhians percurrat, citra nullum naufragii peri-

Frui paratis et valido mihi,  
Latoë, dones, et, precor, integra

tenues. O Latonæ filii, da mihi valere, et potiri acquisitis; nec non cum sana mente

—16 Harl. 2. et Venett. *cichoreæ*.—17 Vir quidam doctus ap. Jones. *et valide*; Fabr. *o valido*; duo codd. Bersmanni, *at valido*.—18 *Letoë* ex vetust.

NOTÆ

culum, Diis ad ejus crimina conniventibus, certe nequaquam vindicantibus. Interim vero ille merces ab Oriente advectas in Occidente commutat, Syriis unguentis vina comparat generosa, lætus 'bibit, ac fruitur Dis iratis,' non secus ac Marinus apud Juvenal. Sat. i. 49. Atat cum iste mihi locus objicitur, 'Cynthus aurem Vellit, et admonuit' parum solerter ac naviter illum a me haud ita pridem explanatum, immo vim et lucem diminutam eximix alioqui Saticrici sententiæ. Fatebor ego quod res est candidi semper ingenii: mens tum læva dormitavit. Enimvero illic Juvenalis non modo significare vult Marium impune ferre sua furta, et raptis frui, ut ibidem annotaram, sed et de exilio suo lætari, in quo a curis Reip. expeditus genio liberins indulget, 'ab octava hora' suaviter 'bibit,' otiose epulatur, atque adeo ex infensis Diis capit emolumentum, ex ira numinum sibi quasi delicias facit. Vide Epist. ad Pis. 445. ibique Not.

*Me pascent olivæ, &c.*] Ego vero me feliciorem illis hominibus existimem, modico et parabili cibo victitantem, si modo largiantur Dii bonam valetudinem; fortunæ tenuis usum tranquillum, ac poëscōs oblectamenta.

*Olivæ*] Ex Plin. xv. 3. Olivæ in Ægypto carnosissimæ, olei tamen habent exiguum: in Syria parvæ nec cappari majores, carne commendantur. 'Quam ob causam Italicis transmarinæ præferuntur in cibis, cum

oleo vincantur: et in ipsa Italia ceteris Picenæ et Sidicinæ. Sale illæ primum condiuntur, et ut reliquæ, amurca, (muria) sapave: nec non aliquæ oleo suo... herbarumque viridium sapore condiuntur;' præcipue fœniculi, in Narbonensi Gallia, inquit Dalecamp.

16 *Cichoreæ*] *Κιχώρια, κιχώρια*, et *κιχώρεια*, pluralis nempe numeri, quæ agrestes herbæ, sicut et *malva*, iater cibos et edulia veterum, pariter et *olivæ*, recensentur a Jul. Polluce vi. 9. Vide Casaubon. in Athen. iii. 32. ubi Alexidis versum ita corrigit: *Τῶν γούν κιχώρειων οὐκ ἔπραξά σ' οὐδὲ ἔν*. Porro qua ratione coqui veteres olea ista pararent et condirent, edisserit Galenus ex Erasistrato lib. de Sectione Venæ ad Erasistrateos. Id. Casaub. Ibid. Latinis vocatur ambubeia, intybus, et intybum. Non. Marcel. ex Lucil. Sat. lib. v. 'Virgil. Georg. iv. 120. 'Quoque modo potis gauderent intyba rivis.' Pomponius in Placenta: 'Rustici edunt libenter atrus intybos.'

*Levesque malvæ*] Quæ ventrem levant gravem atque emolliunt. Apud Athen. ii. 18. Diphilus tradit, malvam esse boni succi; arteriam lenire, acres in corporis superficie succos educere, renum et vesicæ irritationibus prodesse, excerni facile, medicriter alere, hortensique sylvestrem esse meliorem. Ibidem Hermippus Callimach. 'malvam utilissimam' appellat. Quo autem modo in cibum paretur, docet Dioscorid. ii. 144.

Cum mente ; nec turpem senectam  
Degere, nec cithara carentem.

*senectutem ducere haud fœdam, quæso, et lyra non destitutam.*

\*\*\*\*\*

Leid. legit Nic. Heinsius in Advers. p. 169. *at, precor* Acron, Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. libri Bentl. Mentel. Venett. 1492. Vet. Comb. Ascens. Basil. 1527. 1531. Glarean. Locher. Fabr. Torrent. Rutgers. Jones. Baxt. Gesner. et Comb. *ac, precor* omnes Cruquii, Venet. 1478. Bentl. Cuning. Sanad. et Kidd. *et, precor* Lambini lectio e suis codd. et sic Venet. 1590. Fab. Dacer. Heins. Steph. Burm. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzl. et Wakef. *adprecor* emend. Marci. ex iv. Od. 15. 28. *atprecor* Lips. 1.—19 Bentl. et Cuning. ex edd. quibusdam, antt. distinctionem tollunt post *mente*. Nostram interpunctionem exhibet Wakef. annotat tamen: ‘Inivimus aliam pungendi rationem. In notissimis est illud Juvenal. Sat. x. ‘mens sana in corpore sano.’

NOTÆ

Tzetzes ad hunc Hesiodi *Ἔργ.* vs. 41. *Ὀὐδ' ὄσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλω μέγ' ὄνειαρ. Neque norunt quam magnum sit bonum in malva et asphodelo.*

17 *Frui paratis*] Ecclesiastæ c. v. ‘Cui dedit Deus divitias atque substantiam, potestatemque tribuit ut comedat ex eis, et fruatur parte sua, et lætetur de labore suo, hoc donum Dei est.’

18 *Latoë*] Apollo filius Latonæ, inde Latous et Latonius dictus, sicut et Diana ejus soror, et eodem cum eo partu edita.

*Et, precor*] Non absurde Theod. Marcius quovis pignore certet, fuisse a manu Horatii: *apprecor integra Cum mente*; sicut iv. Od. 15. 28. ‘Rite Deos prius apprecati.’ Sacerdos nimirum precatur, apprecatur populus, id est, verba precantis Sacerdotis iterat; quod, ‘favere linguis,’ dicebatur. Ita ille.

19 *Nec turpem senectam*] Non corporis infirmitatibus aut animi gravem et molestam; non languidam, inertem, imbecillam, non delirantem, non querulam, morosam, anxiam, sed vegetam, honoratam, jucundam. Cicero

de Senect. ex Cæcilio: ‘Hoc in senecta miserrimum, sentire ea ætate esse se odiosum alteri.’ Plin. vii. 50. ‘In senectute,’ inquit, ‘hebescent sensus, membra torpent, præmoritur visus, auditus, incessus, dentes etiam ac ciborum instrumenta.’ Vide et cap. 48. ejusdem libri, ubi mentio de Gorgia Leontino, qui centum et septem complevit annos: interrogatus autem qua ratione tamdin fuisset robusto corpore, sensibus integris, memoria firma, ingenio vegeto, prospera denique valetudine, respondit: *οὐδὲν πάποτε ἡδονῆς ἐνεκα πράξας, Nil unquam voluptatis causa faciens.* Is Empedoclis fuerat discipulus; præceptor autem Periclis, Isocratis, aliorumque. Cic. de Senect. et alibi. Philostrat. Plato, &c.

20 *Nec cithara carentem*] Poëseως facultate, quæ solet in senibus senescere: vel suavitate musicæ et cantus, qua Solon narratur senectutis mala temperasse ac levasse: et Socrates ætate provecus citharæ operam dedisse. Sic et Achilles apud Homer. Iliad. I.

## ODE XXXII.

AD LYRAM.

Poëta Lyram suam alloquitur, et magnifice de se sentit, quod sit quasi alter Alcæus; et Bellator, et Poëta, et Lyricus. (Videtur hoc carmen scripsisse Horatius, cum a Mæcenate, vel ipso etiam Augusto invitatus esset ad scribendum solennius aliquod Carmen, forte feriis Latinis canendum, aut Apollinaribus Ludis: de Sæculari Carmine cogitabam, cui domi et privatim sic præluserit Poëta; sed intercedit ratio temporum Bentleiana, quam certe hoc uno carmine refellere nolim. *Gesn.*)

POSCIMUR. Si quid vacui sub umbra  
Lusimus tecum, quod et hunc in annum

*Deposcimus, si quidpiam privatim otiosi tecum cecinimus, quod vigeat, et hunc in*

\*\*\*\*\*

Ode hæc decima nona est Libri quarti in Ed. Sanadoni. Primam partem Sæcularis Carminis fecit Ancherseus. Vide Argum. Carm. Sæc.—1 *Poscimur* unus Blandin. et ceteri Cruq. omnes Torrent. plerique Bentl. Altt. Lipss. duo, Dess. 2. Gott. Harl. 3. 4. 5. 6. Helmstad. Venett. Basill. Ascens. Landin. Locher. Zar. Flor. Lamb. Torrent. Heins. H. et Ro. Stephh. Fab. Bentl. Cun. Dacer. Sed *Poscimur* Acr. 'posebatur dicta sua edere' Porph. 'exigitur a nobis, ut canamus' Serv. ad Virg. Ecl. 1. Commentator, item tres Blandd. Cruq. Mentel. quidam Bersm. fere omnes Lambini, Marcil. ex membranis, Canter. Nov. Lectt. v. 12. ex vet. cod. Brouckhus. ad Propert. iv. 1. 76. Bentleii Leid. Petrens. Reg. Soc. et a p. m. Græv. Sax. Lipss. 3. 4. Harl. 1. 2. Et sic Fabr. Cruq. San. Jones. Baxt. Gesn. 'Quæ lectio multo etiam plus energiæ et poëtici spiritus habet.' *Jani.* si qui unus Bersmanni. *sub antro* Bentl. ex cod. Gal. et ita Wakef. et Kidd. *Si quid, &c.* usque ad plures parenthesi inclusa sunt in Ed. Sivrana.—2 Mentel. *hunc per annum*, ex

## NOTE

Metrum idem quod supra Ode II.  
1 *Poscimur* [*Poscimur*] *si quid, &c.*] Suam ipse Lyram compellat; quod Poëtis familiare est. Sic Virgil. Eclog. VIII. 'Incipe Mænalios mecum, mea tibia, versus.' Sic et Pindar. Olymp. Od. II. ἀναξιδόρυγγες ὕμνοι, et Pyth. Od. I. χρυσέα φόρμιγγε Ἀπόλλωνος. Sic etiam Regius Psaltes Psalm. CVII. 'Exsurge, psalterium et cithara.'

*Poscimur*] Placet sane quorundam lectio, *poscimur*. Hoc sensu: a Mæcenate *poscimur*, si quid dignum memoria *sub umbra*, in secessu et inter

*Delph. et Var. Clas.*

privatos parietes scripsimus, id in lucem edamus et in publicum; utque palam omnibus fiant nostri versus solis prius amicis duntaxat auditi.

*Vacui*] Curis soluti.

2 *Lusimus*] Animi relaxandi causa lyram pulsantes, et Lyricos versus conscribentes. Vel potius, ex more Poëtarum, carmina sua, studio quamvis et arte elaborata, *lusus* vocat.

*Tecum*] Modo voce tantum, modo fidibus et voce simul canebant veteres; modo alternatim ac vicissim fidibus ac voce. Ammian. Marcell. lib. xv. 'Bardi (Gallorum vates)

*Horat.*

O

Vivat et plures: age, dic Latinum,  
 Barbite, carmen,  
 Lesbio primum modulate civi;  
 Qui, ferox bello, tamen inter arma,

5

*annum, et in alios multos, hunc recita poema Latinum, o testudo, quæ Lesbicæ primum civi modulos dedisti: qui militia licet efferatus, tamen seu in bello, seu navem*

//////////

glossa.—3 Lips. 1. *Durat, et pluris.*—5 *Lesbio p. m. cive* Lips. 4.—7 *Mentel.*

#### NOTÆ

fortia virorum illustrium facta heroicis composita versibus cum dulcibus lyræ modulis cantitarunt.' Tibull. III. 4. 39. 'Hanc primum veniens plectro modulatus eburno, Felices cantus ore sonante dedit. Sed postquam digiti fuerant cum voce locuti, Edidit hæc tristi dulcia verba modo.'

*Quod et hunc in annum Vivat et plures]* Non 'sombros metuentia carmina, nec thus;' sed 'digna cedro,' id est, immortalis hominum memoria. Pers. Sat. I. 43.

3 *Dic Latinum, Barbite, carmen]* Latini carminis Lyrici auctor ac princeps Horatius, sicut Alcæus Græci.

4 *Barbite]* Βάρβιτος musicum instrumentum pluribus intentum chordis; unde Theocr. πολύχορδον. Supra Od. I. 'Lesbonum barbiton.'

5 *Lesbio primum modulate civi]* Celebrate inprimis ab Alcæo, duce poëtaque eximio, Mitylenis oriundo, in Lesbo insula, de qua ante.

*Modulate]* In modulis obsecute, id est, qui modulatus es, modulos reddidisti, ad Alcæi arbitrium. Alii passivam hic significationem notant; sicut in Arte Poët. vs. 263. 'Immodulata poemata.' Quod autem ait Horatius, *primum*, videtur Alcæum facere barbiti inventorem, quod quidem Anacreonti ipso posteriori tribuitur apud Athen. IV. 23. Verum ibid. cap. 25. Euphorion ait, barbiti meminisse tum Sappho tum Anacreontem, novumque non esse instru-

mentum. Dicendum igitur antiquius videri ipso Alcæo, sed ab eo modulis novis anctum ac perfectum duntaxat: vel, quod primum Odas Alcaicas barbiti fidibus cecinerit, hinc ejus inventionem ipsi ascribi. Ex Ilylio Gyraldo, Attilio Donatiano, et aliis, in Musicis et in arte modulandorum carminum peritissimus Alcæus: et Athen. XIV. 5. 'Alcæus poëta, si quis alius, Musices erat scientissimus.' Floruit ante Christum annis sexcentis.

6 *Qui, ferox bello, tamen inter arma,* &c.] Qui, seu in castris, seu a bello et navigatione quiesceret, citharæ studium et oblectationem non omittebat. Athen. lib. V. Alcæus dicitur fortissimus ac belliger poëta. Et lib. XIV. cit. pugnacem strenuitatem anteposuisse poëticæ, plus æquo bellicosum: ibidemque refertur ejus carmen, quo suas ædes omni genere armorum splendidas et ornatas ostendat et gloriatur; illaque fuse describit. Cic. Tusc. IV. n. 71. 'Fortis vir,' inquit, 'Alcæus in sua Republica cognitus.' Pittacum nempe tyrannum Mitylenis expulit: aliosque armis persecutus est, Athenienses quoque et Tyrrhenos bello fatigavit. Strabo, Laërt. Suidas. Quintil. X. I. sic scribit: 'Alcæus in parte operis aureo plectro merito donatur, quia tyrannos insectatur: multum etiam moribus confert: in eloquendo quoque brevis, et magnificus, et diligens,



Sive jactatam religarat udo  
 Littore navim,  
 Liberum et Musas, Veneremque et illi  
 Semper hærentem Puerum canebat,  
 Et Lycum nigris oculis nigroque  
 Crine decorum.

10

*agitam in humida ripa alligaverat, cantabat Bacchum, atque Musas, et Venerem, puerumque semper eam comitantem; necnon Lycum oculis et capillis nigris*

udam; Locher. humido, ex membranarum scriptione hudo.—11 Et Lycum

## NOTÆ

Homero similis, sed et in lusus et in amores descendit, majoribus tamen aptior.' Dionys. Halicarnass. lib. de Struct. Orat. 'Alcæi,' inquit, 'ingentem considera spiritum, et brevitatem et suavitatem cum vehementia: præterea figuratam orationem cum perspicuitate . . . ante omnia vero politicorum negotiorum affectus.' Vide et II. Od. 13.

9 *Liberum*] Apud Athen. I. 19. Alcæus Mitylenæus ita canit: Τέγγε πνεύμονας οἴνω, *riga pulmones vino*: et alibi: Μηδὲν ἄλλο φυτεύσης πρότερον δένδρεον ἀμπέλω. *Nullum aliam plantaveris arbore prius vite*. Quod imitatus Horatius Od. xviii. supra. Eiusdem sententiæ carmina perleges apud eundem Athen. variis locis, quibus Alcæus ad bibendum largius invitat, quod 'vinum inducat dolorum oblivionem, quod sit remedium mæroris præstantissimum, a Jovis ac Semelæ filio hominibus datum,' &c.

*Veneremque, &c.*] Amatoria namque scripsit etiam carmina. 'Sed et in lusus et in amores descendit' Alcæus. Quintil. paulo ante citatus. Apud Arist. Rhet. I. Alcæus ita loquitur: Θέλω τινὰ εἰπεῖν, ἀλλὰ με κωλύει αἰδώς. *Volo tibi aliquid dicere, sed me prohibet pudor*. Cui respondet

Sappho: Si res honestas ac bonas animo ac desiderio concepisses, nec trepidaret lingua, nec pudor oculos occupasset. Vide Athen. XIII. 8. ubi de 'Alcæo Sapphus amorem cithara canente.'

10 *Illi Semper hærentem Puerum*] Veneri filium Cupidinem appingi semper, et comitem addi solitum, notavimus ante, ad Od. xxx. vs. 5.

11 *Lycum*] Dilectum Alcæo puerum. Cic. Tuscul. IV. 71. 'Quæ non juvenum amore scripsit Alcæus?' et de Nat. Deor. I. II. 80. 'Nobis, qui, concedentibus Philosophis antiquis, adolescentulis delectamur, etiam vitia sæpe jucunda sunt. Nævus in articulo pueri delectat Alcæum. At est corporis macula nævus: illi tamen hoc lumen videbatur.'

*Nigris oculis nigroque Crine decorum*] Sic ad Pisones vs. 37. 'Spectandum nigris oculis nigroque capillo.' Ita nimirum formosi pridem commendabantur. Pindar. init. Pyth. I. nigrum Musis capillitium cum laude assignat; ἰσπλοκάμων. Apud eundem alibi, pariter et Homer. Iliad. pulchra ea celebratur, quæ ἑλικῶπις: quod etiam epithetum Veneri tribuitur.

O decus Phœbi, et dapibus supremi  
 Grata testudo Jovis, o laborum  
 Dulce lenimen, mihi cumque salve  
 Rite vocanti.

15

*conspicuum. O lyra Apollinis ornamentum, summique Jovis epulo jucunda, ave, o ærumnarum levamen suave mihi quandocumque bene advocanti.*

//////////

Cuning. *Et Lycen n. o. n. C. decoram* conj. ap. Jones.—13 *Pro et dapibus*, Cuning. *mallet, o dapibus*.—15 Bentl. conj. *mihi, cuique, salve*, h. e. mihi et cuique alii; *mihi nunc resolve* Henm. *mihi cumque salve ut*, i. e. utcumque, Marcil. *mihi corda solve*, ant. *mihi iynge solve* Crusius.

## NOTÆ

13 *O decus Phœbi*] Citharam enim ipse dicitur invenisse; lyram vero sibi concessam a Mercurio velut propriam usurpasse. Quod fusius supra monni Od. x.

*Dapibus supremi Grata testudo Jovis*] Jovis epulum summa lætitia, adeoque non sine Musicæ ac citharæ jucunditate celebrabatur. Athen. xiv. 6. ex Homero ait: 'citharam epularum sociam a Diis factam: ' quoniam utilis convivantibus ars Musica, tum quod temulentorum petulantiam mitiget et cohibeat, tum quod tristitiam discutiat, liberalemque pariat lætitiā. Quapropter Homerus in prima Iliade, post ambitiosam illam de Achille contentionem, fingit Musica Deos recreari, Apolline citharam pulsante, Musis autem dulci voce accinentibus: et paulo post subjungit, priscos statuisse Deorum hymnos in conviviis cantari, ut reverentia numinum graviore fierent epulantium mores, &c.

15 *Dulce lenimen*] Athen. mox cit. Ibid. 'Fortissimi quidem Lacedæmonii cum tibia sub signis sunt: Cre-

tenses cum lyra, cum fistulis et tibiis Lydi, ut scribit Herodotus. Ex barbaris autem multi legatos ad hostes cum tibiis et cithara mittunt, ut eorum infestas mentes emolliant. Theopompus Histor. lib. xlvi. tradit Getarum legatos citharas pulsantes advenire.' Hæc ille. Constat certe musicis modulis ac citharæ cantu leniri anxietates animi, ac discuti mæsticiam: patet ex sacris etiam codicibus, 1 Reg. xvi. ubi Saul malo vexatus spiritu, citharam pulsante Davide, recratur ac levius habet. Horatius Ode præcedenti senectam exoptat citharæ oblectamento non carentem.

*Cumque*] Expletiva solum et inanis videtur quibusdam ista vox: sed non vacat ornatu, eamque non raro adhibere amavit noster Poëta nusquam vanus. Sic Terent. 'adesdum,' pro 'ades.' Sic πῶς neque Græcis nec aliis hactenus παρέλκων existimatum est.

*Salve*] Videtur hic significare, saluti sis, fave, lenimen et auxilium præsta.

## ODE XXXIII.

AD ALBIUM TIBULLUM.

Albium Tibullum Elegorum Poëtam ob amicæ suæ (quam Glyceram appellat) inconstantiam plus nimio dolentem solatur, ostendens Venerem perversum quendam ex amantibus mimum sibi exhibere.

ALBI, ne doleas plus nimio, memor  
 Immitis Glyceræ; neu miserabiles  
 Decantes Elegos, cur tibi junior  
 Læsa præniteat fide.  
 Insignem tenui fronte Lycorida

5

*Tibulle, ne plus quam decet mæreus, revolvens animo crudelem Glyceram: neve lugubres Elegias recites, quod, fracta fide, præ te fulgeat adolescentior. Ecce amor*

//////////

Hæc Ode non legitur in Recensione Saad.—1 Editio Sivriana interpungit: *ne doleas, plus nimio memor, &c.*—2 Multi codd. manuscripti, *nec miserabilis, h. e. miserabiles*, antiquo more scribendi.—3 Barthii codex vetustissimus, *cum tibi junior.*—5 *Insignem tenui furore* codex Helmstad. a m. pr. *Insignem tenera fronte* codex vetustissimus Barthii, ut ap. Anacreon. ἀπαλδὸν μέτ-

## NOTE

Metrum est idem quod supra Od. vi.

1 *Albi*] Hic ille est, cujus Elegiæ manibus omnium tanta cum voluptate teruntur, ‘tersus ac elegans Tibullus,’ ut ait Quintil. x. 1.

*Plus nimio*] Epist. ad Attic. x. 8. ‘te nimio plus diligo,’ inquit Ciceroni Antonius.

2 *Immitis Glyceræ*] Ejus enim ipse noverat ingenium intractabile, et in ejus proterviam impegerat haud secus ac Albius Tibullus. Vide infra III. Od. 19. vs. ult. Sunt qui fictum *Glyceræ* nomen hic poni velint, pro *Delia* vel *Nemesi*, quas Tibullus adamavit; nominare vero noluerit Horatius, seu ob verecundiam, seu metu legis *Juliae*: de qua dixi ad Juvenalis Sat. i. 22. et ii. 37.

*Miserabiles Elegos*] Rebus mæstis aptum carminis genus: ab ἐλέου, mi-

seratione, vel ἐ, ἐ, dolentis particula factum nomen. Ad Pisones, vs. 75. ‘Versibus impariter junctis querimonia primum,’ &c.

4 *Læsa præniteat fide*] Pulchrior videatur, in amore præferatur junior amasius, non habita ratione fidei quam tibi dedit *Glycera*. Vide Tibull. passim. Ita vero scribit, III. 6. 49. ‘Nulla fides inerit: perjuriam ridet amantum Jupiter . . . quamvis perfida, cara tamen,’ &c.

5 *Insignem tenui fronte Lycorida, &c.*] Affert exempla aliorum infelicitate amantium, quibus eum consoletur. *Lycoris* amorem suum defert *Cyro*: hic vero illam spernit, et aliam amore prosequitur a qua redamari nulla spes est.

*Tenui fronte*] Sunt qui interpretentur tenuem et pellucidam cutem in fronte. Alii angustam et parvam

Cyri torret amor; Cyrus in asperam  
 Declinat Pholoën: sed prius Appulis  
 Jungentur capreæ lupis,  
 Quam turpi Pholoë peccet adultero.  
 Sic visum Veneri; cui placet impares  
 Formas atque añimos sub juga aënea  
 Sævo mittere cum joco.  
 Ipsum me melior cum peteret Venus,

10

*Cyri adurit Lycoridem fronte exili decoram: Cyrus autem fertur erga Pholoën imitem. At capreæ lupis Apulie antea sociabuntur, quam Pholoë amatoris fædo morem gerens delinquat. Ita placitum Veneri, quæ gaudet dissimiles formas ac morcs subjicere jugo ineluctabili, non sine gravi ludibrio. Memet, cum requireret amasia*

//////////

*ωνον.*—10 Sic visum est Veneri unus Bersmanni.—11 Unus Bersmanni, atque animas. Edd. vett. fere omnes et Wakef. *ahænea*; Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Faërn. Donat. Dess. 2. Mald. Tons. Bland. 1. 2. 3. 4. Div. Silv. Buslid. 1. 2. Carr. Martin. alii *aënea*; sic scribendum docent Gell. Noct. Att. II. 4. Lamb. et Cruq. ad h. l. Drakenborch. ad Sil. Ital. VII. 624. et Markland. ad

## NOTÆ

frontem in pulchritudine commendari asserunt; uno tamen refragaute Scalligero, qui hunc Horatii locum vellat suo more. Noster I. Epist. 7. 25. 'reddes Forte latus, nigros angusta fronte capillos.'

7 Sed prius Appulis, &c.] 'Αδύνατον. Sic Virgil. Eclog. I. 60. 'Ante leves ergo pascentur in æthere cervi,' &c. Et Eclog. VIII. 27. 'Jungentur jam gryphes equis,' &c.

Appulis] Synecd. pro quibuslibet aliis. De Apulia Italiae regione jam ante non semel.

9 Quam turpi Pholoë peccet adultero] Id est, nunquam Pholoë redamabit Cyrum, a quo perditæ amatur: ejus nullis flectetur officiiis.

Turpi] An quod sine ratione Lycoridis amari dignæ oblatos amores contemnat Cyrus? An quod Pholoæ nequaquam Cyrus placeat, nec amabilis sed turpis videatur, quamvis Lycoris formosum existimet? An quod fidem alteri dederit Pholoë, quam violare nefas putet?

10 Cui placet impares, &c.] Delec-

tatur Venus sibi que ludum parat, faciendo ut quis depereat omnino disparem ætate, natura, moribus, conditione: neque adeo frui possit unquam cupitis. Euripides, *stulta*, inquit, mortalibus proponit Venus, τὰ μὴ παρ᾽ ἐχει Ἀφροδίτη Βροτοῖς.

11 Sub juga aënea Sævo mittere, &c.] Duro et insuperabili amoris nexu devincire, atque addicere alterum alteri nequaquam redamanti.

Aënea] Sic alibi Noster, nempe I. Epist. 1. 60. 'Hic murus aëneus esto.'

12 Sævo mittere cum joco] Interpretentur licet quidam Cupidinem Veneris perpetuum comitem, quæ 'mater sæva Cupidinum,' &c. at cum aliis malim intelligere: sicut fortunæ, quando res humanas disturbat ac vertit, sic Veneri ludum esse, quoties, ut dixi, quis amore uritur ac languet infelici, suumque nunquam finem assecuturo. Infra III. Od. 27. 'Perfidum ridens Venus,' &c.

13 Ipsum me, &c.] Sui dat ipsius exemplum, ut magis persuadeat.

Grata detinuit compede Myrtale  
 Libertina, fretis acrior Adriæ  
 Curvantis Calabros sinus.

15

*præstabilior, jucundis vinculis innexuit Myrtale libertina, asperior Adriatico mari Calabriæ sinus inflectente.*

//////////

Stat. Sylv. l. 1.—14 Mentel. *Grata continuit*; Venet. 1590. *Grata retinuit*. Quidam codd. Bentleii *Mirtale*; alii *Mirtala*; Locher. *Myrtile*. Gr. *Μυρτάλη*. —16 *Curvatos* cod. Helmstad. a m. pr.

NOTÆ

*Melior Venus*] Puella, amica, vel pulchrior, vel nobilior, vel facilior, quæ me ipsa expetebat amatorem. Virgil. Eclog. III. 68. ‘Parta meæ Veneri sunt munera.’

14 *Grata detinuit compede, &c.*] Ita suam amant servitutem Veneris et Cupidinis mancipia, licet duram ac molestam.

15 *Libertina*] Iis nata qui servierant et in libertatem asserti fuerant.

*Fretis acrior Adriæ*] Maris fluctibus instabilior, vehementior, ac perfida magis.

*Adriæ*] Sinus ille est amplissimus Mediterranei maris, inter Italiam

hinc, et Illyricum atque Græciam inde protensus. Hodie *Golfe de Venise*.

16 *Curvantis Calabros sinus*] Fluctuum impetu atque æstu ripas diruentis, in terras se insinnantis, sinusque efficientis. Calabriam veterem notat, quæ erat velut peninsula inter mare Adriaticum et sinum Tarentinum, ubi nunc terra Hydruntina, urbes vero præcipuæ Tarentum, Brundisium, Hydruntum, Gallipolis, &c. Sinus autem ac portus multiplex, inter quos Tarentinus, ‘fama super æthera notus,’ Ionii maris undas amplo ac sinuoso influxu recipit affusas.

ODE XXXIV.

Antonio et Cleopatra præter spem omnem superatis, Horatius fingit se renuntiare Epicureismo, et Providentiam agnoscere; quo facilius persuadeat populo Augusti Imperium Deorum voluntate stabilitum. (Non persuadet mihi vir doctus, hoc fuisse consilium Poëtæ. Sed vel serio, ad tempus certe, ab Epicuri grege se confert ad saniores de providentia sententiam: aut Indum sibi facit suo cum tonitru Jovem. Prius puto verius. Vide ad vs. 5. *Gcsn.*)

PARCUS Deorum cultor et infrequens,

*Numinum rarus et remissus venerator fui quidem; cum vesana philosophia eru-*

//////////

Ode tertia Libri secundi in Ed. Sanadoni. Titulum præfigunt vetusti codd. Torrentii: *Præsentes se Deos agnoscere, quos philosophando negavit*; alii ap.

NOTÆ

Metrum idem quod Od. IX.

1 *Parcus Deorum*] Quoniam de re-

ligione et cultu numinum agit, hinc

περὶ θεῶν, ὡς περὶ θεῶν locuturus, un-

Insanientis dum sapientiæ  
 Consultus erro, nunc retrorsum  
 Vela dare, atque iterare cursus  
 Cogor relictos : namque Diespiter,  
 Igni corusco nubila dividens

5

*ditus aberro ; jam vero contra velificari adigor et dimissam viam relegere. Enimvero Jupiter fulguribus nubes findens per sudum intonantes equos ac velocem curram*

//////////

Jani, *Ad se ipsam, de Dei potentia et Fortunæ.*—5 Nic. Heinsius ad Ovid. Met. viii. 173. et in Advers. lib. ii. cap. 4. p. 236. emend. *atque iterare cursus Cogor relictos*, et sic Bentl. Sanad. et Kidd. probante Gesnero ; improbantibus vero Baxter. Jani, et Klotz.—6 ‘*Igni corusco nubila dividens, plerumque distinguunt Venet. 1590. Ascens. Lamb. Fabr. Heins. Steph. Rutg. Fab. Dacer. Cun. et Sivv. Sed id absurdum præbet sensum. Recte itaque dividens Plerumque, per p. &c. Bang. Obs. Philol. vol. ii. p. 1435. Creech.*

#### NOTÆ

dique congerit et cumulat quicquid gravitatis esse potest in verbis, in figuris, in sententiis. Eas passim at-tende, lector, et consecrare.

2 *Insanientis sapientiæ*] Ὁξύμωρον. Sic in Ajace Sophocles ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα. S. Gregor. Nazianzen. ἕσσοφος σοφία. Tull. Philip. i. ‘insepultam sepulturam.’ S. Aug. de Civit. Dei xvii. 13. ‘insipienter sapere.’

3 *Erro*] Ex Epicuri disciplina, omnes spernens religiones in gravissimum errorem impegi. Cic. de Nat. Deor. i. 122. ‘Epicurus ex animis hominum extraxit radicibus religionem, cum Diis immortalibus et opem et gratiam sustulit. . . Tollit id quod maxime proprium est optimæ præstantissimæque naturæ. Quid enim melius, aut quid præstantius bonitate et beneficentia? qua cum carere Deum vultis . . . , neminem ab eo amari, neminem diligere vultis . . . Quanto Stoici melius, qui a vobis reprehenduntur?’ Et n. 124. ‘At etiam Epicuri liber est de sanctitate. Ludimur ab homine non tam faceto, quam ad scribendi licentiam libero. Quæ enim sanctitas, si Dii humana non curant?’ &c.

*Nunc retrorsum Vela dare*] Metaph. a nautis, qui a recto se aberrasse cursu intelligentes, in contrarium jam convertuntur.

4 *Iterare cursus Cogor relictos, &c.*] Fateri cogor hunc a Diis orbem regi, resque humanas ab iis curari : adeoque Stoicam disciplinam amplexus, Epicuri dogmata erroresque abjicio. Namque video non solum coactis et collisis nubibus fulgura et tonitrua fieri, sed puro etiam cælo ; quod cum præter naturam sit, divinum esse oportet : hinc ergo sapientior effectus Jovis potentiam, numen, iramque revereri disco. Vide Cic. de Divinat. ii. n. 43. et 44. Lucret. lib. vi. paulo post initium, &c.

5 *Diespiter*] Jupiter, diei pater dictus. Varro de Ling. Lat. iv. A. Gell. v. 12. Macrobian. Saturn. i. 15. ‘Jovem lucis auctorem accipiamus : unde et Lucretium Salii in carminibus canunt : et Cretenses Δία τὴν ἡμέραν vocant : ipsique Romani Diespitrem appellant, ut diei patrem.’

6 *Igni corusco nubila dividens*] Cic. de Divin. cit. lib. ii. ‘Nonne perspicuum est, ex prima hominum admiratione, quod tonitrua jactusque ful-

Plerumque, per purum tonantes  
 Egit equos volucremque currum;  
 Quo bruta tellus, et vaga flumina,  
 Quo Styx, et invisi horrida Tænari

10

frequenter impulit: quo terra gravis, errantesque fluvii, quo Styx atque odiosi Tæ-



ad Lucr. vi. 95. Talbot. Pine, Baxt. Bentl. San. Jones. et Lessing. Et videntur sic Scholl. Nam Acr. 'qui nubilo cælo coruscare consuevit' et

## NOTÆ

minum extimuisent, credidisse ea efficere rerum omnium præpotentem Jovem. . . . Placet Stoicis eos anhelitus terræ qui frigidi sunt, cum fluere cœperint, ventos esse: cum autem se in nubem induerint, ejusque tenuissimam quamque partem cœperint dividere atque disrumpere, idque crebrius facere et vehementius, tum fulgura et tonitrua existere: si autem nubium conflictu ardor expressus se emisserit, id esse fulmen,' &c.

7 *Per purum*] Sic opinati veteres ea tonitrua, quæ sereno aëre fierent, esse portentosa, et tristia minari hominibus; taliaque in libro Angurum notabantur velut ominosa, et a Jove aliquid monstrante immissa. Quare hic ab Horatio afferuntur ut certum divinitatis argumentum. Homer. Odys. γ. 123. ex eo quod stellis micante cælo, tonitru factum erat, monstri quidpiam alicui a Jove ostendi, conjicitur et infertur: Ζεῦ, μεγάλη ἐβρόντησας ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος, Οὐδέ ποθι νέφος ἐστὶ τέρας νύ τρω τῶδε φάλευς. *Jupiter, graviter e cælo tonuisti stellato, Neque usquam nubes est: ostentum hoc certe alicui præbes.* Virgil. Georgic. i. 487. 'Non alias cælo ceciderunt plura sereno Fulgura.' Cic. de Divin. i. n. 18. 'Aut cum terribili percussus fulmine civis Luce serenanti vitalia lumina liquit.' Plin. ii. 51. 'M. Herennius Decurio sereno die fulmine ictus est.' Sueton.

Tit. cap. 10. 'Sabino petit aliquanto tristior, quod sacrificanti hostia aufererat, quodque tempestate serena tonuerat.' Vide et Alex. ab Alex. v. 13. et Turneb. ix. 9. et 13.

*Tonantes Egit equos, &c.*] Secundum vulgi opinionem, fulmen erat ac tonitru, Jove currum cum impetu per aërem agente. Supra Od. xii. in fine. Hinc Græcis dictus *καταβάτης, descensor*; et Latinis 'Elicius;' quod putaretur curru suo invecus in nubes descendere, unde gravi sonitu fulgura et tonitrua eliceret; ac fulmen jacularetur.

9 *Quo bruta tellus, &c.*] Fulminante Jove, summa et infima commoventur. Servius in Æneid. v. 102. 'et tremefacta solo tellus,' &c. ita scribit: 'Loquente Jove stupor elementorum ostenditur. Nam quod in motu est, quiescit; et contra terra movetur quæ est immobilis;' ibidemque locum hunc Horatii affert. Cæl. Rhodig. iii. 29. ait, fulmine mox petendos prius hebetari. Potest igitur *bruta tellus* explicari, hebes, immobilis, sine sensu, stupens, iners.

10 *Styx, et invisi horrida Tænari Sedes*] Ipsi quoque Inferi, tonante Jove, obstupescunt. *Styx*] Palus, aut flumen Inferorum. *Tænarus*] Laconiæ promontorium, ubi per specum et hiatus ingentem descensus est ad Inferos, si Poëtis fides.

Sedes, Atlanteusque finis  
 Concutitur. Valet ima summis  
 Mutare, et insignem attenuat Deus,  
 Obscura promens: hinc apicem rapax

*nari aspera domicilia, terminusque Atlantis quassantur. Potest nunc infima supremis commutare: excellentem etiam deprimi, attollitque humilia. Inde rapida*



Porphyr. 'qui non nisi nubilo tonare solet.' *Jani*.—11 Ed. Sivr. *Atlanteusque*.—13 Vulgata lectio est *insignem*; sic Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. omnes alii Bentl. Helmstad. omnes Lambini, Cruquii, Torrentii et aliorum, cum edd. Venett. Aldd. Glarean. Baxt. Heins. R. et H. Steph. Mitsch. et Comb. 'Sed jure offenditur elegantiae sensus, quod inter *ima*, *summa*, et *obscura* est *insignem*. Vix ab Horatio tanta negligentia expectari poterat. Itaque *insigne* emend. Bentl. e codice Regin. et sic Franeq. item edidit Cunn. Sed neque sic satis eleganter congrunt verba 'ima,' 'summa,' 'insigne,' 'obscura.' Itaque *insignia* felicissime conj. Cunn. Animadv. c. xvi. p. 305. ut per Synizesin efferendum sit *insignia*, solenni Poëtis ratione; e. g. Virg. Ge. iv. 243. *Æn.* vi. 33. Vid. Cunn. Et sic dederunt San. et Jones. probante Klotz. Lectt. Venns. p. 227. Nec dubito, quin sic Horatius scripserit; sed facile inde librarii, offensi quatuor syllabarum verbo, effinxerunt *insigne* vel *insignem*; quemadmodum in Virgiliano loco, *Æn.* vi. 33.' *Jani.* *insigne* Wakef. et Kidd. *insignia* Bipont. et Weizel. *insignes tenuat* conj. ap. Jones. *Mutare*, si *quicquam attenuat*, *levis Mors hora* conj. With.—14 Franeq. et Sax. *hinc apicem*, &c. Sax. habet etiam, *huic apicem*.

#### NOTÆ

11 *Atlanteus finis*] Limites Occidentis ad mare Atlanticum, Atlantemque montem. Vide supra Ode xxxi. vs. 14. ibique Not.

12 *Valet ima summis Mutare*] Stoicum plane agit. Apud Laërt. lib. i. Chilon interrogatus, quid ageret Jupiter, respondit: 'Deprimat excelsa; attollit abjecta.' Senec. Thyest. Act. iii. Chor. 'Ima permutat brevis hora summis.'

13 *Insignem attenuat Deus*] Ex Hesiod. Op. init. per Jovem mortales sunt obscuri clarique, nobiles et ignobiles; alius extollitur, alius deprimitur elatus: præclarus minuitur, obscurus augetur, superbus desiccatur, &c. Βριάει, βέα δὲ βριάοντα χαλέπτει. 'Ρεία δ' ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηνον ἀέξει, κ.τ.λ.

14 *Obscura promens*] Eos, qui latebant ignoti et abjecti, erigens, prove-

hens, jamque nitescere ac fulgere imperans. Psalm. lxxv. 'Hunc humiliat, et hunc exultat.' Senec. Thyest. 612. 'Omne sub regno graviore regnum est. Quem dies vidit veniens superbum, Hunc dies vidit fugiens jacentem. . . . Res Deus nostras celeri citatas Turbine versat.'

*Hinc apicem rapax Fortuna*, &c.] Opes, dignitates, diadema, summum Imperium ab isto aufert, et alteri tradit.

*Apicem*] Proprie est insigne Sacerdotum apex, ex Festo. Valer. Maxim. 'Sulpitio inter sacrificandum apex e capite prolapsus eidem sacerdotium abstulit.' Ovid. ex Ponto iv. 3. 49. 'Ludit in humanis divina potentia rebus: Et subito casu, quæ valere, runnt.' Vide Juvenal. Sat. vi. 604. et seq. Item Sat. x. 56. et seq.



Fortuna cum stridore acuto

15

Sustulit; hic posuisse gaudet.

*sors culmen aufert, cum strepitu resonante; hic vero deposuisse delectatur.*

NOTE

15 *Cum stridore acuto*] Volubilis Fortunæ rotam, ejusque rapidæ conversionis stridorem notat. Et quidem non sine gravi mortalium concussio-

ne, perturbatione, querimonia, fiunt illæ mutationes, quibus Imperia ab his ad illos transferuntur.

ODE XXXV.

AD FORTUNAM.

Post Varianam cladem, qua exercitus P. R. cum ipso duce Quintilio Varo a Germanis deletus est, ingens Romæ trepidatio fuit, adeoque magnus tumultuum metus, ut Augustus ipse furiata mente identidem exclamaverit: Quintili Vare, legiones redde. Quæ mala Poëta in hac Ode impotentæ Fortunæ tribuit; quam tandem precatur, ut præterita mala futuris successibus resarciat. (Etiam hæc conjectura videtur non valde firma. Nihil aliud, quam locum de Fortuna tractat Poëta. *Gesn.* Nempè de Fortuna Antiate, qualis quidem fuerit in templo Antii. *Zeun.*)

O DIVA, gratum quæ regis Antium,

*O Dea, quæ caro dominaris Antio, parata hominem morti obnoxium aut ex infimo*

//////////

Ode sexta Libri tertii in Ed. Sanadoni. Inscriptio in vet. cod. Torrentii,

NOTE

Metrum idem quod Od. ix.

1 *O Diva*] Fortuna, quam nos imprudentes facimus Deam, tametsi 'nullum numen habet,' ut ait Juvenalis in fine Sat. x. et Sat. xiv. 315. huic tamen omnia stulti assignant; atque, ut ait Plin. ii. 7. 'Toto mundo, locis omnibus, omnibusque horis, omnium vocibus, Fortuna sola invocatur; una nominatur, una accusatur, una agitur rea, una cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, et cum conviciis colitur: volubilis, et cæca etiam existimata, inconstans, varia, indignorum faultrix. Huic omnia expensa; huic omnia feruntur accepta: et in tota ratione mortalium, sola utramque paginam facit. Adeoque obnoxiiæ sumus Sor-

tis, ut Sors ipsa pro Deo sit, qua Deus probatur incertus.'

*Gratum quæ regis Antium*] Equestri Fortunæ templum erat Antii, valde quidem famosum, tum ob multa principum virorum dona, quibus erat exornatum, tum præcipue ob Antianas Sortes, de quibus Sueton. Caligul. cap. 57. 'Monnerunt et Sortes Antianæ, ut a Cassio caveret.' Macrobius. i. 23. 'Vidimus apud Antium promoveri simulacra Fortunarum ad danda responsa,' &c. Alii *gratum* dici volunt, ob amœnum adeo secessum, ut eo cogitarit Nero sedem transferre Imperii. Vide Strab. lib. v. Cic. ad Attic. iv. 8. scribit, 'Antio nihil quietius, nihil altius, nihil amœnius.'

*Antium*] Urbs fuit Latii maritima,

Præsens vel imo tollere de gradu  
 Mortale corpus, vel superbos  
 Vertere funeribus triumphos:  
 Te pauper ambit sollicita prece  
 Ruris colonus; te dominam æquoris,  
 Quicumque Bithyna lacessit  
 Carpathium pelagus carina.

5

*loco erigere, aut arrogantes victorias mutare in clades: tibi votis anxii supplicat inops agricola: te moris potentem orat quisquis mare Carpathium fatigat navi*

//////////

*Ad Fortunam, quæ Antii colitur; Edd. vett. De Fortunæ potentia.—2 Mentel. vel imo extollere.—5 'Pro Te hic et in seqq. semper ponit Quam Jo. du Hamel, ut vs. 1—28. unam efficiant phrasin. Pessime!' Jani.—6 Te domina*

#### NOTÆ

Volsorum caput, Neronis patria, classe potens: nam cum interdictum mari esset Antiati populo sæpius rebellis, 'Naves Antiatum partim in navalia Romæ subductæ, partim incensæ, rostrisque earum suggestum in foro exstructum adornari placuit: Rostraque id templum appellatum.' Liv. viii. 14. In tutela Fortunæ erat, quæ ibi religiose colebatur. Quo pertinere non abs re videatur quod narrat Livius vi. 9. Animus Camilli 'rei majori, Antio, imminebat. . . sed quia nisi magno apparatu, tormentis, machinisque, tam valida urbs capi non poterat; relicto ad exercitum collega, Romam est profectus ut Senatam ad excidendam Antium hortaretur. Inter sermonem ejus (credo, rem Antiatem diuturnioreu manere, Diis cordi fuisse) legati ab Nepete ac Sutrio auxilium adversus Etruscos petentes veniunt, brevem occasionem esse ferendi auxilii memorantes. Eo vim Camilli ab Antio fortuna avertit,' &c.

2 *Præsens vel imo tollere de gradu, &c.*] Potens et parata repente ac subito 'ima summis mutare, insignem attenuare, obscura promere, apicem inde rapere non sine strepitu ac stridore acuto, atque illic ad arbi-

trium ponere:' ut est in Ode superiori, quem locum cum isto confer, studiosè lector. Vide et Macrob. v. 16. ubi sic habet: 'Fortunam Homerus nescire maluit, et soli decreto, quam *μοῖραν* vocant, omnia regenda committit; adeo ut hoc vocabulum *τύχη* in nulla parte Homerici voluminis nominetur. Contra Virgilius non solum novit et meminit, sed omnipotentiam quoque eidem tribuit: quam et Philosophi, qui eam nominant, nihil sua vi posse, sed decreti sive providentiæ ministram esse voluerunt.'

5 *Te pauper ambit, &c.*] Quisque tuam opem invocat; tuum ambit favorem agricola, nauta, mercator, miles, &c. Vide Pindar. Olymp. Od. xii. ubi, *Σώτειρα Τύχα' Τὴν γὰρ ἐν πόντῳ κυβερνῶνται θαλάσσιαι Νῆες, ἐν χέρσῳ τε λαίψηροὶ πόλεμοι, Κήγοραὶ βουλαφόροι.* O servatrix Fortune, a te in mari gubernantur celeres naves, in terra vero rapida bella, et conciones consilium ferentes.

7 *Bithyna*] Metonym. pro qualibet alia navi. Seu quod Bithyni rei nauticæ peritissimi, *ναυτικώτατοι*, apud Eustath. in Dionys. seu quod frequens erat negotiatio ad eam Asiæ

Te Dacus asper, te profugi Scythæ,  
 Urbesque, gentesque, et Latium ferox, 10  
 Regumque matres barbarorum, et  
 Purpurei metuunt tyranni,  
 Injurioso ne pede proruas  
 Stantem columnam, neu populus frequens

*Bithyna.* Te ferox Dacus, te errantes Scythæ, civitates etiam, et nationes; necnon Latium bellicosum, et matres regum barbarorum, atque tyranni purpurati venerantur. Ne pede noxio subvertas columnam subsistentem; neve plebs aggregata ad

-----

var. lect. ap. Jones.—12 'Post tyranni multi punctum ponunt, et sequentia aiunt esse preces pro Augusto, vel Imperio R. alterutrum enim columnam stantem interpretantur. Sic v. c. Marcil. Cruq. Desprez. Baxt. Sanad. alii: sed male.' Jani.—13 *Injurioso* o ne var. lect. ap. Jones.—14 Locher. *ne populus.* 'Horatius hic gravi morbo laborat, pessime habitus ab ineptis librariis, ut se ipsum miser vix agnoscat. Hæret et æstuat Bentleius. Nunc enim pro frequens conj. fremens; [ita conj. etiam Sanad.] nunc pro cessantes substituit cursantes; tandem rogat, quinam sint illi, quos populos fremens concitat, atque locum desperatum relinquit. Lacerum Virbium facile restituerimus, si legamus parva mutatione, S. c. ne populos premens In pace cessantes ad arma, &c. Pro neu scripsi ne, quia illud nihil habet, quo referri possit. Pro populus frequens reposui populos premens, facili admodum librariorum lapsu, qui cum forte in cod. fremens pro premens invenissent illud, in frequens permutarunt, solenni aberratione, vel, quia populus premens, quid sibi vellet, non

#### NOTÆ

Minoris regionem Euxino mari circumfusam, Propontidi vicinam, Thraciæ adversam, &c. Similiter pro quolibet mari ponitur *Carpathium* dictum ab Insula Carpatho, Cretam inter et Rhodum, hodie *Scarpantho*.

9 *Te Dacus asper, &c.*] Te nationes omnes, o Fortuna, colunt. Daci, gens bellicosa, ad Istrum seu Danubium fluvium, Transylvania, Moldavia, Valacchia hodie continentur.

*Profugi Scythæ*] In plaustis vagantes, nullam habentes sedem fixam et stabilem. Justin. XLVIII. 7. de illis: 'Ne spes quidem præmii foret ex hoste vago, non pecuniæ tantum, sed etiam sedis inope.' Infra III. Od. 24. 'Campestres melius Scythæ, Quorum plaustra vagas rite trahunt domos, Vivunt,' &c.

10 *Latium ferox*] Bellis inclytum,

ac vel una Roma Gentium et Orbis domina superbum. Virgil. Æneid. v. 730. 'Gens dura atque aspera cultu Debellanda tibi Latio est.'

11 *Regumque matres barbarorum, &c.*] Sic Ode 1. dixit, 'bella matribus detestata.' Metuunt nempe filiis matres nunquam non, deprecanturque mala quævis humanitus accidentia.

12 *Purpurei metuunt tyranni*] Et bene quidem, memores hunc esse Fortunæ ludum, alta deturbare, humilia sublevare. Et quod ait Juvenalis Sat. x. 112. 'Ad generum Cereris sine cæde ac vulnere pauci Descendant reges et sicca morte tyranni.'

14 *Stantem columnam*] Ne subruas Imperium Romanum jam stabilitum, vel Imperatorem feliciter omnia moderantem. Neve facias ut seditiones

Ad arma cessantes, ad arma

15

Concitet, imperiumque frangat.

Te semper anteit serva Necessitas,

Clavos trabales et cuneos manu

*arma quietos, ad arma provocet, ac Imperium labefaciat. Te nunquam non præcedit dura necessitas ænea manu ferens clavos prægrandes, et cuneos: adest etiam*



capiebant, et initialibus literis vs. 15. vetustate erasis (forte hoc vel simili modo, *ace cessantes, &c.*) insulsum illud *arma* inepte subjecerunt. *In pace cessantes* dixit ut Lucan. v. 35. 'quietos in longa pace.' *Jever ad Lucan. i. 93.* —17 *Pro sæva, serva* habent Scholl. quatuor Blandd. Div. et Sil. ap. Cruq. duo Bentl. duo Bersm. Harl. 3. 4. 6. Alt. 1. 2. Lipss. tres, Dess. 2. Putm. 1. 3. Gott. Sax. Venet. 1478. Baxt. Gesn. Jones. Burm. et Wakef. Et probant Fr. Luisin. Parerg. 1. 22. Mattius Opin. III. 5. Pierius lib. XLVIII. c. de clavo, ex antiquis libb. *sæva* omnes Lambini, omnes Torrent. Bentleii Græv. Leid. Zulich. Regin. Petrens. Gal. Battel. et a m. pr. Reg. Soc. Harl. 1. 2. 5. Mentel. Fran. Mart. et Mald. Cruq. Lips. 1. Venet. 1492. 1590. Ascens. Locher. Basill. Et sic Landin. Marcil. Cruq. Torr. Lamb. Fabric. T. Fab. Ro. et H. Steph. Heins. Dacer. Bentl. Cun. Sanad. Delph. Schrevel. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzel. Kidd. et Comb. 'Multa utriusque lectionis auctoritas, et mature variasse oportet libros. Possit omnino Necessitas dici *serva* Fortunæ, instar lictoris ejus jussa exequens, *πρόπολος τήχης*. Sed haud dubie *sæva* præstat, ut simplicius et magis conveniens toti imagini, clavis, cuneis, severo unco, manni ænæ. Sic et 'dira necessitas' est inf. III. Od. 24. 6. *Servæ* idea nescio quid argutuli habet, et, si tamen cui placuerit, jam in *anteit* cogitari queat. Lectio *serva* gratior est acumini, *sæva* sensui lyrico.'

## NOTE

populus movens quietas res perturbet, atque ita pessum eant quæ videntur modo firma et ære perenniora.

17 *Te semper anteit serva* [*sæva*] *Necessitas*] Quidam legunt *serva Necessitas*, quasi Fortunæ famula. Sed apage. Sicenim et III. Od. 29. 'Fortuna sævo læta negotio.' Et Od. xxiv. ejusdem libri, 'dira Necessitas.' Ita Sophocles, in Ajace, *ἀναγκαίαν τήχην* vocat. Et Laberius apud Macrobi. II. 7. necessitatem Fortunæ pariter adjungit, his versiculis: 'Necessitas, cujus cursus transversus impetum Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt, Quo me detrusit pæne extremis sensibus? . . . . Fortuna, immoderata in bono æque atque in malo, . . . . Nunc me quo dejecit?' Huc et facit quod Aristot. rerum causas enumerat hæc qua-

tuor, Naturam, Necessitatem, Fortunam, Mentem.

18 *Clavos trabales et cuneos manu Gestans ænea, &c.*] Talem Antii referunt in Fortunæ templo fuisse picturam, qua exhiberentur varia illa instrumentorum genera, clavi, cunei, unci, plumbum liquidum, &c. seu cruciandis reis, seu rebus firmandis ac stabiliter defigendis idonea. *Clavos trabales*] Hi ferrei sunt, ingentes, et validi, quibus trabes figuntur: unde proverb. 'trabali clavo figere,' pro, 'firmiter stabilire.' Cic. in Verrem, VII. n. 32. Erasmi. Chiliad. 'Herculanus nodus:' et Noster cit. III. Od. 24. 'clavos adamantinos,' eodem sensu, 'figi' a necessitate, ait. Item pali sunt lignei præacuti, quibus olim et modo apud immanem Turcam homines trasudadaci peri-

Gestans aëna; nec severus

Uncus abest, liquidumque plumbum.

20

Te Spes et albo rara Fides colit

Velata panno; nec comitem abnegat,

*uncus, et liquefactum plumbum. Te reveretur Spes, et Fides infrequens, candido panno cooperta: neque recusat tibi adherere, quandocumque mutato pallio aedes*

*Jani.*—19 Edd. vett. *ahena*; multi codd. et edd. recentt. præter Wakef. *aëna*. Vide ad I. 33. 11.—20 Mentel. et unus Cruq. *liquidumque*; Venet. 1492. Ascens. Ald. Locher. Cuning. et Sanad. *liquidumve*.—22 Brod. *nec comitem abne-*

## NOTE

muntur. Ammian. Marcell. lib. XVI. ‘Trabalibus telis capita discissa quorumdam,’ nimirum, ut ait paulo ante, ‘cum, flexis ensibus, ferendi non suppetent instrumenta, ipsis barbaris tela eorum vitalibus immergebat.’ Itaque trabalia illa tela stipites erant acuti per suffixi corporis caput eminentes.

*Cuneos manu Gestans aëna*] Stabilitatem ac firmitatem notat *manus ahena*, item *cuneus* ferreus, quo solebant stringi compedes, manicæ, et pedicæ. Duobus etiam cuneis simul adactis aliquid magis astringitur. Unde Plant. Stich. Scen. 9. ‘vel inter cuneos ferreos,’ scilicet in arcto, parasitus ait accumbere se posse. Cuneis præterea res finduntur ac sciunduntur: his etiam rei velut clavis affiguntur cruci. Sic apud Cicer. Tuscul. II. 22. Prometheus a Vulcano se affixum Caucasio queritur: ‘Jovisque nomen Mulcibri ascivit manus. Hos ille cuneos fabrica crudeli inserens, Perrupit artus,’ &c. Clavi nimirum ad crucem ligneam, cunei ad lapideam, inquit Theodor. Marcellus.

20 *Uncus*] Seu quo rei trahebantur ad scalas Gemonias, seu quo annecti ac teneri firmiter aliquid solet.

*Liquidumque plumbum*] Hoc notum est et affuso cruciatos aliquando reos; et ferreas manus, uncus, cu-

neos arctius alligari, tenaciusque adherere. Arnob. contra Gentes, lib. VI. ‘Quid miserius aut infelicius his esse poterit, quam si eos in basibus ita nunci retinet, et plumbeæ nctiones?’

21 *Te Spes, &c.*] Hæc solet afflictos sustentare, et solari adversis pressos. Hi enim sperantes meliora, Fortunamque rotæ conversione benigniorem fore, præsentis ærumnas æquioriter ferunt animo.

*Et albo rara Fides colit Velata panno*] Licet enim rari sint in adversis amici, aliqui tamen reperuntur interdum fideles usquequaque. Sic *fides colit* Fortunam, *nec* adversanti refraganti-que se *comitem negat*. Et ob hoc forte dicitur *albo Velata panno*; id est, simplex, sincera, non fallax: vel quod albo velabant panno caput, qui fidei sacrificabant. Alii locum hunc interpretantur de Candidatis, adepta dignitate parum curantibus ea persolvere quæ tum maxime promiserant, cum magistratum ambirent. Quod mihi quidem longe petitum videtur. Tuum esto iudicium, lector sagax et erudite. Virgil. Æneid. I. 296. ‘Cana fides.’ Quo tamen loco significare videtur antiquam fidem.

22 *Nec comitem abnegat, Utcumque mutata, &c.*] Id est, non deserit fides amicos, etiam cum ab eis recedit Fortuna, mutata cum vestibus mente;

Utcumque mutata potentes	
Veste domos inimica linquis.	
At vulgus infidum et meretrix retro	25
Perjura cedit: diffugiunt cadis	
Cum fæce siccatis amici,	
Ferre jugum pariter dolosi.	
Serves iturum Cæsarem in ultimos	
Orbis Britannos, et juvenum recens	30

*magnatum adversa deseris: plebs autem instabilis, et meretrix perfida contra fugit: amici quoque jugum simul portare fraudantes abscedunt, post exhausta ad facem usque dolia. O Fortuna, incolumem præsta Cæsarem proficisci meditantem adver-*

\*\*\*\*\*

*get.*—24 Unus Bersmanni et Dess. 2. *linquens*; pro quo Bentl. conj. *vertis*, h. e. concutis, affligis, improbante Jani. Vide L. Bos Animadv. ad Hor. p. 32. ‘Legendum conjicio, *Te S. et a. r. F. c. V. panno; n. socium abnegat, U. m. p. Mente domos, &c.* Hoc sensu: Fides te colit, Fortuna, qualicumque fueris, sive bona, sive mala, neque abnegat socium vel amicum in rebus adversis, cum mente mutata, non amplius favens, eum deseris et destituis. ‘Abnegare socium’ est prodere, deserere, destituere; negare suum amicum esse, ut eleganter ait Ovid. II. ex Pont. vi. 24. Ad vocem *Socium* ascripta glossa, i. e. *comitem*, tandem textui irrepsit.’ *Jever ad Lucan.* 1. 681.—25 *Et vulgus* emend. Bonfin. *ut meretrix* Brod. quomodo conj. Cuning.—29. 30 Bentl. conj. *in ultimos, Oro, Britannos*, barbære putans dici: *ultimos Orbis Britannos*. Eadem de causa Cuning. emend. *in ultimi Orbis Britannos*; With.

#### NOTÆ

quando miseros reddit eos, qui beati erant; et facta jam inimica linquit domos potentium, et alio migrat.

25 *At vulgus infidum et meretrix, &c.*] Veri quidem amici in adversis perinde ac in secundis manent fidi, et juvare perseverant. At hæc paucorum virtus est. Alii enim e multis et e vulgo amicum fovent quamdiu felix est: reflante vero Fortuna protinus avolant. Inprimis autem meretrix datæ fidei immemor abscedit; et quanquam utriusque status calamitosi nimirum et fortunati ‘jugum ferre pariter’ sponderant, ‘dolosi’ tandem apparent. Nam ‘diffugiunt siccatis cum fæce cadis,’ ubi quæstus nulla spes amplius; atque ut est in proverb. ‘fervet olla, vivit amicitia.’ Et Ovid. de Pont. II. ‘Vulgus amicitias utilitate probat.’

Ecclesiastici cap. vi. ‘Est amicus socius mensæ; et non permanebit in die necessitatis.’

29 *Serves iturum Cæsarem, &c.*] Antii fortasse tum diversantem Antiati Fortunæ commendat, tunique, ut videtur, illic meditantem eam in Britannos expeditionem, de qua Dio lib. LIII.

*Ultimos Orbis*] Virgil. Eclog. 1. 67. ‘Et penitus toto divisos orbe Britannos.’ Vide infra, III. Od. 4. 33.

30 *Et juvenum recens Examen, &c.*] Apposite Marcilius observat duplicem hic ac diversum Augusti consultiu belli apparatus notari: alterum in Britanniam (Majorem nempe, sive Angliam) ductu et auspiciis ipsius Augusti: alterum in Arabiam Felicem ductu Ælii Galli: ex Dione cit. lib. LIII. Plin. VI. 28. &c. Strabon.

## Examē Eois timendum

## Partibus, Oceanoque rubro.

Eheu! cicatricum et sceleris pudet  
Fratrumque: quid nos dura refugimus

Ætas? quid intactam nefasti

35

Liquimus? unde manum juventus

*sus ultimos terræ Britannos: serves etiam novum agmen adolescentium, formidabile quidem orientalibus regionibus ac mari Erythræo. Heu pudet vulnere criminis-que, et fratrum a fratribus intersectorum. Ecquid exhorruimus nos homines sævi? quid impii dimisimus non violatum? a quo munus cohibuerunt adolcscentes ob reve-*



*in ultimos Nobis Britannos.*—33 *Heu heu omnes Torrentii* codd. præter unum, Pulmanni Gemblac. 1. Franeq. Lipss. duo, et Exc. Sax. *Heü*, quasi disyll. unus Torrent. omnes Cruquii præter unum, duo Pulmanni, Venett. et Locher. Vide ad I. 15. 9. *ac sceleris* Cuning. et Sanad. *Eheu c. heu sceleris* conj. ap. Jones.—34 Lips. 3. *dira pro dura.*—36 *Liquimus* Harl. 5. 6. Dess. 2. et Locher. *manus* Harl. 5. 6. et alii quidam codd. et Venett. 1478. 1559. unde plurimas editt. occupavit; et sic Lamb. Glarean. Fabr. Rutg. Heins. Steph. Fab. Burm. Dacer. Baxt. Bond. Schrevel. et Delph. Sed *manum* omnes Cruquii præter unum, Lipss. tres, Franeq. Mentel. Gott. Sax. Brod.

## NOTÆ

lib. II. et XVI. &c. Sensus est: Conscriptum in illa priori expeditione *juvenum Examen*, seu novum exercitum, ob Romani famam nominis jam tum *Eois timendum Partibus*, ac paulo post terrore illaturum esse, Parthis, Medis, Persis, *Oceanoque Rubro*, Arabibus nimirum illi proximis. Nam ipsa peninsula Arabia inter duo maria Rubrum Persicumque procurrit: ex Plin. mox cit. Ergo perperam alii interpretantur Oceanum Britannicæ Majori vicinum occidentis Solis rubescentem radiis: accipe vero sinum Arabicum, seu ipsum mare Rubrum, quod Græci Erythræum vocant, quoniam ἐρυθρὸς vel ἐρυθραῖος rubrum significat, scilicet ob terram rubram sive miniatam aquæ substratam, vel ab imminentibus ejusdem coloris montibus; unde Sole affulgentē species rubra præbetur mari. Aliis ab Erythræo rege factum nomen placet. Eustath. in Perieges. Dionys.

Delph. et Var. Obs.

33 *Eheu! cicatricum et sceleris pudet*] Inhonesta quippe sunt vulnera in bellis civilibus accepta; et quicquid adversus cives perpetratur, flagitiosum est ac pudendum. *Pudet* igitur et *Fratrum*, in contrariis, ut fit, militantium partibus, atque ita sæpius a consanguineis trucidatorum.

34 *Quid nos dura refugimus Ætas?* &c.] Nos hac ætate ferrea odiisque plusquam civilibus infesta viventes, armaque in propinquorum corpora immaniter exacuentes, quid mali ac scelesti patrare detrectavimus! quid infandi non attentavimus?

35 *Nefasti*] Execrandi, conscelerati, nefarii. Cic. de Legib. II. n. 21. 'Quæ augur injusta, nefasta, vitiosa, dirave dixerit, irrita infectaque sunt.'

36 *Unde manum [manus] juventus Metu Deorum continuit?* &c.] Legunt alii *manum*. Quos religio cohibuit ab audendo scelere, a violandis sacris, a

Horat.

P

Metu Deorum continuit? quibus  
Pepercit aris? O utinam nova  
Incude diffingas retusum in  
Massagetæ Arabasque ferrum.

40

*rentiam numinum? Quæ non altaria polluerunt? O Fortuna hebetatos male nostros  
enses utinam nova incude fabrices contra Massagetæ et Arabas, bene.*

Pulm. Hunn. Gemblac. 1. 2. et Beller. Bentleii plurimi, Venet. 1492. Locher. Ascens. Flor. Torrent. Marcell. Talbot. Pine, Bentl. Cunn. San. Jones. Gesn. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzel. Wakef. Comb. et Kidd. 'In manus juvenus homœoteleuton etiam jure displicet.' Jani.—39 'Vexatissimus a criticis versus! *diffingas retusum* haud dubie auctoritate maxime valet; sic enim omnes prope libri Mss. et edd. e. g. omnes Lamb. præter unum, Pulm. Hunn. Gemblac. 1. 2. et Beller. duo Blandd. Div. et Sil. ap. Cruq. omnes Torrent. Lipss. tres, Altt. 1. 2. Dess. 2. Franeq. Mentel. plerique Bentl. Locher. Venett. Basill. Brut. Fabr. Rutg. Heins. Fab. Dacer. Burm. Baxt. Sanad. et Jones. *defingas retusum* quidam Mss. et vet. edd. Bentl. Leid. et Regin. et sic Bentl. Cunn. *defingas recusum* Lips. 4. *diffingas recusum* unus Bland. Cruq. et ipse Cruq. it. Marcell. h. *recudas* et *diffingas*, quemadmodum Virg. 'flexos incurvant arcus.' Sed quis ferre possit *recusum incude? defingas retusum* Mald. et Mart. Cruq. *defingas retusum* Urs. Lamb. et lib. ant. Canter. Nov. Lectt. vii. 30. *destringas* (unde alii *distringas*) *recusum* emendatio prior Lambini et in prima edit. lectio; laudato iii. Od. 1. 17. 'Diffingere' esse dissolvere, corrumpere, interimere; in quo ita argutatur, ut vix *Lambinum* agnoscas. Strenue tamen eum sequitur Bentl. *defingas recusum*, posterior lectio Lambini, *diffindas*, h. e. deducas, refabrics, et exacuas, emend. Cnjac. Obs. xii. 18. *refusum* vir doct. in Obs. Misc. Burni. tom. iv. p. 381. *recocum* conj. Bentl. h. e. denuo liquefactum, ut recudatur; uti Virg. *Æn.* vii. 636. &c. Audacter sane! Cf. Cuning. Animadv. cap. xviii. p. 344. Vulgata lectio optimum aptissimumque sensum præbet, quem non agnovisse tam multos, stupendum.' Jani. *diffingas retusum* etiam Harl. 1. 2. 3. 4. 6. Bond. Schrevel. Delph. Bipont. Mitsch. Wetzel. Comb. et Wakef. *defingas retusum* Kidd. *diffingas retrusum* Harl. 5. *diffingas recusum* Vet. Comb.

## NOTE

templis atque aris violandis, impie-  
que diruendis.

38 O utinam nova Incude diffingas  
*retusum*, &c.] Quidam legunt *distringas*,  
et, *recusum*. Sensus est: O Fortuna,  
finge de novo et fabrica nobis gladios,  
gloriose quidem in hostes Imperii  
Romani stringendos: nam illi prius  
a nobis male *retusi* sunt adversus  
fratres, cives, propinquos: civiles  
discordias extingue semper fœnestas,  
ut externa duntaxat bella deinceps  
moliamur signaque Romana cum deco-  
re et gloria inferamus in Massagetæ,  
Scythiæ populos, ubi nunc pars Aus-

tralis Tartariæ; aliis autem, Pal-  
dem Mæoticam incolentes; quasi gra-  
ves Getas appellatos: 'massa' enim,  
Scythica lingua, grave significat, ex  
Isidoro Origin. 9. Claudian. 'Massa-  
getæque truces, duro gens aspera  
bello.' Item in Arabes gazis ac di-  
vitiis famosos. Arabia inter præci-  
piuas Asiæ partes censetur. Termi-  
nos habet a Septemtrione Syriam et  
fluvium Euphratem, ab Oriente si-  
num Persicum, ab Occidente sinum  
Arabicum, a Meridie mare Arabi-  
cum, sive partem Indici Oceani. Por-  
ro ad rem præsentem facit quod ha-



## NOTÆ

bet Strabo lib. vii. 7. 'Eo tempore,' struxit exercitum: et quod Ammi-  
inquit, 'Byrebistas Getarum tenebat an. Marcellin. Arabiam vocat 'Ge-  
Imperium, adversus quem Cæsar in- tarum desertum.'

## ODE XXXVI.

Gratulatur amico suo Plotio Numidæ ob reditum in patriam. Verisimile est eum fuisse Pompeianum, et Augusti gratia ab exilio rediisse; ob enormem Horatii lætitiã.

Et thure et fidibus juvat  
Placare, et vituli sanguine debito  
Custodes Numidæ Deos;  
Qui nunc Hesperia sospes ab ultima  
Caris multa sodalibus,  
Nulli-plura tamen dividit oscula

5

*Et thure, et Lyricis carminibus, et debito cruore vituli expedit litare Numinibus servatoribus Numidæ, qui jam incolumis ab extrema rediens Hispania, dilectis sociis oscula plurima, at nemini plura quam suavi Laniæ partitur, recordatus adolescentiæ*

Ode decima septima Libri tertii in Ed. Sanad. *De reditu Pomponii Numidæ* inscribitur in edd. vett. et sic Schol. Sed Cruquius ex vetust. Bland. restituit, *De reditu Plotii*, vel *Plautii Numidæ*. Pomponia gens cognomen Numidæ non habuit.—2 Veteres quædam membranæ *Pacare*: sed hæc duo verba

## NOTÆ

Metrum idem quod supra Ode III.  
Ad Plotium, vel, ut aliis placet, Pomponium, inscribitur Ode hæc. *Numida* vero cognominari videtur ab illa regione Africæ Libyæ interiori et Mauritanicæ finitima, in qua militaverat.


1 *Et thure et fidibus juvat, &c.*] Æquum est sacrum Diis facere, adhibitis, ex more veteri, thure et musica, vitulumque mactare Diis, ex voto pro felici reditu facto ab amico nostro Numida.

3 *Custodes*] Castorem et Pollucem navigationis, vel Mercurium peregrinationis, præsides. Unde hic sub nomine *Εὐοδίου* colebatur, teste Hesychio.

4 *Qui nunc Hesperia sospes ab ulti-*

*ma*] Qui salvus rediit a bello Cantabrico. In ea Hispaniæ regione Oceano Septemtrionali proxima ab Augusti ducibus gestum est non semel nec valde feliciter bellum. Quo magis mirum, inde sospitem Numidam rediisse *Hesperia ab ultima*. Quod addit, *ultima*, Hispaniam clare designat: alias enim Italia quoque Hesperia dicitur; ut supra notavi ad Od. xxviii. vs. 26. Vide ibi Not. Strabo lib. i. Hispani ad Occidentem vergunt maxime, *μάλιστα Ἑσπέριοι*, inquit.

6 *Dividit oscula*] Quotidiana quidem obviis familiaribus dabantur: at præcipue vel proficiscentibus, vel e peregrinatione redeuntibus. Cic. Epist. Fam. xvi. 27. ita scribit Tironi



Quam dulci Lamiae, memor  
Actæ non alio rege puertiae,  
Mutataeque simul togæ.

Cressa ne careat pulchra dies nota;

10

*non alio ductore transactæ, et mutatae pariter togæ. Ne latæ diei signum desit*

sæpissime confunduntur in antiq. scriptis.—7 *Arctæ* codex H. Steph. et Ed. Muret. improbante Jani: *pueritiæ* scribi vult Cruquius, nam non nisi in scansione esse Synæresin; et sic duo codd. Dorvillii ad Charit. p. 382. et duo Lipss. ap. Jani, qui putat recte etiam scribi *puertiae*; esse enim Syncopen, ut in ‘porgite,’ ‘surpuerat,’ ‘lammæ.’—10 ‘*Thressa* emend. Jac. a Cruce Bonon. et amplexi sunt Erasm. Glarean. Marmell. Hermol. Barb. Cæl. Cur. Bonfin. quod Thracum potius mos fuerit, albis calculis notare dies felices; Plin. vii. 40. Sed cum recte vidit Bentl. notam Thressam tunc ambigue dici, et posse etiam nigram esse, tum omnium libb. lectio non deserenda, et modo recte explicanda.’ Jani. *Pressa* conj. ap. Jones.—11 Harl. 1. 5. Lips. et

## NOTÆ

suo: ‘Oculos tuos, etiamsi te veniens in medio foro videro, dissuaviabor.’ Sueton. Tiber. cap. 10. ‘Pancos in digressu osculatus.’ Et cap. 34. ‘Quotidiana oscula prohibuit edicto.’ Neron. cap. 37. ‘Certe neque adveniens neque proficiscens quenquam osculo impertivit, ac ne resalutatione quidem.’ Sic et sacræ litteræ: ‘Salutate invicem in osculo sancto.’ D. Paul. Rom. cap. xvi. vs. 7. ad 1 Cor. cap. xvi. D. Petr. 1 Epist. cap. v. vs. 14.

7 *Lamiae*] De Ælio Lamia, supra, Od. xxvi.

*Memor Actæ non alio rege puertiae, &c.*] Magnam animorum conjunctionem gignere hæc solent. Lamia et Numida, eodcm pædagoگو sen rectore usi, pueritiam simul exegerant; prætextam quoque deponentes pariter circa annum 17. togam virilem una sumserant, tum ex more, ‘tandem custode remoto,’ ut ait Noster ad Pisones. Sunt qui *puertiae regem* interpretentur patronum potentem: sed quid hoc ad pueros? Alii creatum sorte regem inter pueros colludentes in βασιλινδα, de qua Plato in Theæteto, Jul. Pollux lib. ix. cap.

de Convivalibus Ludis, et nos postea 1 Epist. i. 59. ubi, ‘At pueri ludentes, Rex eris, aiunt,’ &c. Melius certe alii intelligunt magistrum, sive inspectorem et curatorem, qui duobus aut pluribus pueris nobilibus instituendis præficietur: παιδῶνας, quasi παιδων ἄναξ.

8 *Puertiae*] Syncope. Sic ‘lammæ’ pro ‘laminæ.’ Sic ‘porgite’ pro ‘porgigate.’ Virgil. Æn. viii. 274. ‘surpitate’ pro ‘surripite.’ infra, ii. Sat. 3. et iv. Od. 13. ‘porgam’ pro ‘porgigam,’ teste Festo; et Sil. lib. ix.

10 *Cressa ne careat, &c.*] Dies ista, qua redditus mili es, notetur læto signo, vel creta, albo nempe lapillo seu Cretensi; ex more apud Thracas instituto, lætas dies ac felices candido notandi calculo. Plin. vii. 40. Hinc legendum quidam putarunt, *Thressa*; sed male, ut notavi ad Pers. Sat. ii. 1. Nec enim de consuetudine Thracum hic agitur, sed de Cretensi nota felicitatis indice, candida nimirum. Sic postea ii. Sat. 3. 246. ‘Creta an carbone notandum?’ Et Pers. Sat. v. 108. ‘Illa prius creta, mox hæc carbone notasti.’

11 *Neu promptæ modus amphoræ*] Ad

Neu promptæ modus amphoræ,  
 Neu morem in Salium sit requies pedum ;  
 Neu multi Damalis meri  
 Bassum Threicia vincat amystide ;

*Cretense ; neve prolato cado parcatur ; neque sit pedum cessatio ad ritum Saliorum. Neve Damalis plurimi vini bibax certet cum Basso poculis Thracibus : neve convi-*



alii codd. cum Locher. et Venett. *Nec promptæ* ; Harl. 2. 3. 4. 6. Ascens. ceteri, *Neu promptæ*.—12 Harl. 1. 5. Lips. Locher. Venett. al. *Nec morem*.—13 Iidem codd. et Ascens. *Nec multi* ; Harl. 2. 3. 4. 6. aliique, *Neu multi*. 'Metuo ne hoc *neu* transponendis versibus occasionem dederit. Melius enim et aptius esset, si post vs. 10. sequerentur vs. 15. 16. quia tunc idea versuum 13. 14. naturali continuatione ducit ad vs. 17—20. Nisi putare malumus, talem perturbationem idearum lyricum poetam decere.' *Jani*. Idem sentit J. Varlet.—13 Ab hoc versu nova Ode incipit in Ed. Sivriana, ubi legitur da-

#### NOTÆ

plenæ significationem lætitiæ, large bibendum ait ; simul et veterum tantig morem, quo amicos vel proficiscentes, vel e peregrinatione reverentes convivio excipiebant. Quæ quidem epulæ dicebantur viaticæ et adventitiæ.

12 *Neu morem in Salium sit requies pedum*] *Nec* omittantur tripudia et saltationes iis similes, quas exercent Sali Martis Sacerdotes a Numa Pompilio instituti, numero duodecim, e Patricio genere : a Tullo deinde Hostilio duplicati. Hi, ænea galea, baltheo, ac thorace armati, per urbem incedebant, gradu composito, atque ad tibiæ modulos subsilientes : unde nomen. Sacra illa cœnis quoque sumtuosis, cantibus, et symphonia opipare celebrabant. Vide plura apud Liv. 1. 20. Jul. Poll. 1. 14. maxime vero Alex. ab Alex. 1. 26. &c. Dionys. Halicarn. lib. 11. sic habet : ' Hi autem Sali omnes saltatores sunt, et laudatores armatorum Deorum,' &c. Varro de Ling. Lat. lib. 4. sic habet : ' Sali a saltando, quod facere in comitio quotannis in sacris solent et debent.'

13 *Neu multi Damalis meri Bassum, &c.*] Ad convivium amica Numidæ Damalis invitata cum novo sic amatore consuescat, ut relicta veteris amici familiaritate, Bassi videlicet, non amplius cum eo certet bibacitate vinosa quidem mulier.

*Multi meri*] Cic. Fam. 1x. 26. ' Non multi cibi hospitem accipies, sed multi joci.' Alii sic interpretantur : Bassus et Damalis certent poculis, nec in pergræcatione huic ille cedat.

14 *Bassum*] Is forte est Iambicus ille Poëta ad quem est Propert. 1. Eleg. 4. et Ovid. Trist. 4. Eleg. 10. Ubi male *Battus* legitur ; Bassus enim vocatur apud antiquiores vitæ Ovidii scriptores : testis Scaliger.

*Threicia amystide*] Vel poculo valde capaci ; vel bibendi genere apud Thracas et Scythas usitato ἀμυστι, sine respiratione, ἀμυστι, hiante et patente ore et rictu : unde ἀμυστιζειν dicitur is qui sic vinum ingurgitat, largo haustu, ductim, confertim et confestim ; non autem sorbillando, vel lento ductu. Vide Plutarch. Sympos. Cæl. 4. 26. et xv. 6. Turneb. xviii. 27.

Neu desint epulis rosæ, 15  
 Neu vivax apium, neu breve lilium.  
 Omnes in Damalin putres  
 Deponent oculos; nec Damalis novo  
 Divelletur adultero,  
 Lascivis hederis ambitiosior. 20

*vium rosis carcat, nec apio constanti, nec fugaci lilio. In Damalin cuncti defigunt aspectus lascivos: at Damalis ab novo non abstrahetur amatore, hederis hærentibus tenacior.*

*malis, litera prima minore. Vide ad vs. 17.—17 Damalin Venet. 1477. 1478. 1479. 1492. Locher. Glarean. Wechel. Lamb. Cruq. Torrent. Schrevel. Bond. Delph. Baxt. aliæ edd. et vet. et recentt. Damalin; sed Rutgers. Fab. Cuning. Bentl. Jones. Jani, Mitsch. Bipont. Wetzel. Wakef. et Kidd. Damalin. Ed. Sivriana damalin, nam pro appellativo accipit δάμαλις, juvenca, hic et vs. 13. 18.—18 Deponunt unus Bersmanni, Lips. 4. Locher. Ascens. et Venet. 1492.—19 Divellatur Lips. 4.*

## NOTE

15 *Neu desint epulis rosæ]* Ad collaras nempe texendas ex epulantium more veterum, tum ad delicias, tum ebrietatis coercendæ causa, ut notavi jam alibi, et mox dicam Ode XXXVIII.

16 *Neu vivax apium]* Diu virens, quodque μένεν propterea dicitur, ac inter coronarios flores censetur apud Athen. lib. xv. Vide II. Od. 7. 24.

*Neu breve lilium]* Brevi durans.

17 *Omnes in Damalin putres Deponent oculos]* Omnes in Damalin oculos amore languentes defigunt, condent, ac veluti sepelient. At illa, contemptis amatoribus ceteris quidem omni-

bus, uni se addicet Numidæ.

*Putres]* Lascivos, libidine fractos. Pers. Sat. v. 58. 'Ille in Venerem est putris.'

*Deponent]* Timentium et languentium oculi dejecti ac depositi: contra securorum elati et recti. Propert. 1. 1. 3. 'Tum mihi constantis dejecit lumina fastus, Et caput impositis pressit Amor pedibus.'

18 *Nec Damalis novo Divelletur, &c.]* Damalis in amore constans et fida non recedet ab unius Numidæ complexu, ei tenacius adhærens, quam hedera muro vel arbori.

## ODE XXXVII.

Alcæum imitatus publicam lætitiã indicit ob voluntariam Antonii et Cleopatræ necem, quæ cruento bello finem imposuit.

NUNC est bibendum, nunc pede libero

*Jam compotandum est, o socii; jam planta levi terra percutienda est: jam tem-*

Ode decima quinta Libri secundi in Ed. Sanadoni. Libri quidam autt. inscribunt *De Victoria Cæsaris*; Locher. *De Augusti Victoria*; Venet. 1492. et Ascens. *De Augusti Victoria lætitia*; Fabric. ex codd. antiqq. *De Victoria*

Pulsanda tellus; nunc Saliaribus  
 Ornare pulvinar Deorum  
 Tempus erat dapibus, sodales.  
 Antehac nefas, depromere Cæcubum  
 Cellis avitis, dum Capitolio

5

*pus adest epulis Saliaribus decorare Numinum lectos. Non licebat antea Cæcubum vinum proferre e cellis vetustis, dum Capitolio excessionem, et exitium Imperio Ro-*

*Alexandrina.*—4 Quidam codd. Lambini, duo Lips. Locher. Venett. 1492. 1509. et Ascens. 'Forte punctum ponendum est post *tempus*, non vero post *sodales*, et erat cum *nefas* coniungendum.' Ita Dr. Parr, qui hanc conjecturam postea damnat.—5 *Ante hoc* Locher.—7 *Regina demens et ruinas conj.*

## NOTÆ

Metrum idem quod supra Od. ix.

1 *Nunc est bibendum, &c.*] Post insignem illam ad Actium Augusti victoriam, superatumque Antonium cum sua Cleopatra, quæ Romanis dominari stulte appetebat, libere jam tripudiandum, hilariter epulandum est. De his Flor. iv. 11. Liv. lib. cxxxii. et cxxxiii. Plutarch. in Vita Antonii. Sueton. Oros. &c. Scilicet Imperio Romano Triumviris partito, Augusti sorori Octaviæ, quam duxerat uxorem, repudio remisso, Cleopatram se amoribus immersit Antonius. Hinc iratus Cæsar bellum ei molitus, in Epirum copias transportavit, navali, que prælio ad Actium Epiri promontorium commisso, Antonium et Cleopatram tam gloriose vicit, ut victos ad fugam, indeque ad ultimam rerum ac ipsius vitæ desperationem adegerit. Ob res tam præclare gestas, supplicationes etiam, ut videtur, ad pulvinaria Deorum institutas, indictaque lectisternia, gratulatur Augusto Romanisque Horatius hac Ode, ut et Epod. ix. Vide ibi.

2 *Nunc Saliaribus Ornare pulvinar Deorum, &c.*] *Tempus erat* vel enalage, pro, *tempus est*; vel, destinatum fati hoc erat tempus, ad gratias Diis agendas, nostramque lætitiã

exhibendam, tum lectos ac pulvinos in templis numinibus sternendo, tum opiparas celebrando cœnas et epulas, quales Saliis consuetæ et solennes, ut locum dederint proverbio: 'Saliare cœnæ,' id est, sumptuosæ. Vide supra Not. Od. xxxvi. ad vocem 'Saliarum.' Turneb. vii. 17. Alex. ab Alex. v. 27. Liv. passim de lectisterniis, quorum superstitionem insectatur Arnob. lib. vii. contra Gentes, his verbis: 'Lectisternium Cereris erit Idibus proximis. Habent enim Dii lectos, atque ut stratis possint mollioribus incubare, pulvinorum tollitur atque excitatur impressio.'

5 *Antehac nefas, depromere, &c.*] Laborante civilibus discordiis antea Republica, et fœmina jugum Romanis intentante, lætari non licebat, nec e cellis promere vina generosa, quale Cæcubum e Campania fertilibus agris, prope Fundos et Amyclas urbes. Martial. xiii. 115. 'Cæcuba fundanis generosa coquantur Amyclis.'

6 *Dum Capitolio Regina, &c.*] Dum Romano Imperio cladem moliretur Cleopatra Ægypti Regina, furiosa ambitione acta, solitis cubiculariis stipata, eunuchis nimirum, omnia sibi spondens, atque ob aspirantem fortunam animo impotenter elata.

Regina dementes ruinas,  
 Funus et Imperio parabat,  
 Contaminato cum grege turpium  
 Morbo virorum, quidlibet impotens 10  
 Sperare, fortunaque dulci  
 Ebria. Sed minuit furorem

*mano moliebatur Regina insaniens cum turba fœda hominum lue inguinatorum, nihil non sibi temere promittens, fortuna favente dementata. Verum fastum ejus*

\*\*\*\*\*

With.—9 Scaliger ad Anson. Idyll. xi. 48. Ed. Toll. p. 465. conj. *Contaminato congrege*, et sic edidit Cruquius ex tribus codd. manuscriptis, probante Barthio in *Advers.* lxx. 9. ut sit, *congrege morbo cont. turp. virorum*, i. e. congrege sibi habens morbosos contaminatos turpes viros: sed hanc conjecturam damnant Bentl. H. Steph. et Jani. *Imperio parabat Contaminato* jungit Marcilius.—10 *Pro Morbo virorum* Bentl. conj. *Opprobriorum*, h. e. hominum, qui humani generis opprobria sunt. Bentleii *Insector*, qui Bentleianas *Notas* Anglice reddidit, (Lond. 1713.) ad ‘*luem veneream*’ h. l. alludere facit Bentleium. *Orbo virorum*, h. e. sine viris, conj. Bos Anim. ad Horat. p. 34. *Morbo Syrorum* conj. With. et sic Jones. in *Var. Lect. Semivirorum* codex Vossianus. Cf. Juvenal. iii. 62. viii. 159. Casaub. ad Pers. v. p. 185. Burm. et Heins. ad Ovid. *Fast.* ii. 472. *quodlibet* Locher. Venett. et Fabric.

#### NOTE

7 *Regina dementes ruinas, Funus et Imperio parabat, &c.*] Recte observant docti Interpretes, mentionem hic Antonii fieri nullam, sed Cleopatrarum duntaxat; tum quod e civili bello nulla triumphum manet gloria, tum quia vulgo dicebatur mulier Ægyptia Romanum affectare Imperium. Flor. iv. 11. ita scribit: ‘Furor Antonii, quatenus ambitu non interiret, lnxu et libidine extinctus est. Quippe post Parthos, cum exosus arina in otio ageret, captus amore Cleopatrarum, quasi bene gestis rebus, in regio se sinu reficiebat. Hæc mulier Ægyptia ab ebrio Imperatore pretium libidinum Romanum Imperium petit; et promisit Antonius: quasi facilius esset Partho Romanus. Igitur dominationem parare, nec tacite; sed patriarum, nominis, togarum, fascium oblitus, totus in monstrum istud ut mente ita animo quoque et cultu desciverat,’ &c.

9 *Contaminato*] Ex Donato, ‘contaminare’ est rem rei sic miscere, ut

corrumpatur utraque, neutra permaneat; quod quidem spardonibus competit. Nam ex Greg. Nazianz. in Epitaph. Basillii Magni, inter mulieres viri esse videntur, inter viros autem sunt mulieres, ad obscœna vero quælibet paratissimi. Hinc sequitur, *cum grege turpium Morbo*. Quidam legunt *congrege*. Porro contaminati turpesque morbo, sen ob emasculationem, sen ob cinædicam fœditatem. Juvenal. Sat. ii. 50. ‘Hispo subit juvenes; et morbo pallet utroque.’

10 *Quidlibet impotens Sperare*] Sunt qui interpretentur, valde potens; sed alii melius; impar et impotens ambitionem frænare, quidlibet temere sperabat. Sic enim qui se continere ab illicitis nequit, sui dicitur non compos, et animi impotens; quoniam affectus, motus, cupiditates non valent coercere, immo ab iis victus, huc illuc ut servus trahitur.

12 *Sed minuit furorem Vix una, &c.*] Bene scripsit quidam: ‘Fortuna vi-

Vix una sospes navis ab ignibus ; Mentemque lymphatam Mareotico Redegit in veros timores	15
Cæsar, ab Italia volantem Remis adurgens, (accipiter velut Molles columbas, aut leporem citus Venator in campis nivalis Hæmoniaë,) daret ut catenis	20

*imminuit unica navicula vix ab incendio salva: et animum Mareotico furentem ad veros metus compulit Augustus, quando fugientem ab Italia persecutus est remigatione, (tanquam accipiter teneras columbas, aut leporem velox insecutor per agros*

—————

—14 *Meroëtico* conj. Guyetus ad Lucan. x. 117.—15 Bentleius, nulla auctoritate, præfert, *ad veros timores*.—18 Venett. 1492. 1509. Ascens. et Locher. *ac leporem*; unus Bersmanni, *ut leporem*, uti conj. Cuning.—19 *Venatur* emend. With.—20 *Æmonia* multæ edd. vett. et sic Heins. Steph. Minel. Delph. Bond. Schrevel. Torrent. Cruq. Baxt. Gesn. et Wakef. *Hæmonia* Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Venett. et al. item Jani, Mitsch. Bentl. Bipont. Wetzel. Comb. et Kidd. et sic etiam multi codd. Propertiani et Burm. Vulp. et Lachman. ad Propert. II. 10. 2. et in optimis codd. Strab. IX. p. 444. legitur *Αἰμονία*.—

#### NOTE

trea est; cum splendet, frangitur.' Itaque spes insanas, superbos fastus, et arrogantes animos tandem Cleopatra fregit, quando è classe tam numerosa vix ab incendio Romanorum navim unameripuit, qua fugeret. Subtiliter hic a nonnullis intelligitur Augustus, qui fuerit unus sospes ab impuris illis Cleopatrx ardoribus, quibus deflagrarant Julius quidem Cæsar primum, ac subinde Antonius. Flor. cit. 'Prima dux fugæ Regina, cum aurea puppe, veloque purpureo se in altum dedit: mox secutus Antonius: sed instare vestigiis Cæsar, &c. . . . prope manu tenebatur. Prior ferrum occupavit Antonius. Regina ad pedes Cæsaris provoluta tentavit oculos Ducis frustra. Nam pulchritudo intra pudicitiam Principis fuit.'

14 *Lymphatam Mareotico Redegit, &c.*] Vel exquisito vino ex illa Ægypti regione, Mareotidi paludi vicina, apud Alexandriam; quod laudant Colu-

mella, Athenæus, Strabo, &c. et meminit Virgilius Georgic. II. 91. 'Sunt Thasiæ vites, sunt et Mareotides albæ.' Eo nempe, cum suo Antonio frequenter epulata, animum exhiberabat. Vel, regni Mareotici, id est, Ægyptii opibus nimium confisa, indeque velut cæco animi impetu abrepta ad quandam insaniam, cum jam sibi arrogat aliena, de propriis laboravit, sibi que timuit, ne hostium præda fieret: quod revera contigit.

16 *Ab Italia volantem Remis adurgens, &c.*] Addense alas timore fugiebat celeriter Cleopatra: sed institit Augustus (teste Floro cit.) navibus Liburnis, quæ velocissimæ sunt, ut postea dicitur: hinc accipitri citoque venatori comparatur. *Ab Italia*] Porro illa abhorrebat, eo timens abduci ad hostilis triumphii pompam suo dedecore exornandam.

20 *Hæmonia*] Vel Thraciæ: sic dictæ ab Hæmo, seu Æmone nivoso

Fatale monstrum, quæ generosius  
 Perire quærens, nec muliebriter  
 Expavit ensem, nec latentem  
 Classe cita reparavit oras :  
 Ausa et jacentem visere regiam  
 Vultu sereno, fortis et asperas

25

*(Æmonia nivosæ,) ut in vincula conjiceret funestum portentum. Illa vero strenue mori volens, haud gladium exhorruit more fœmineo, nec reconditus celeri navigio terras requisivit. Sed fronte læta desperatum etiam regnum adire non verita est ;*

//////////

24 Bentleius, verbo 'reparare' offensus, conj. *penetravit oras*, ex Virg. *Æn.* 143. *ire paravit*, ingeniosius et elegantius Jani iudice, conj. Bos Anim. p. 36. ut 'ibimus Afros' Virg. *Ecl.* 1. *reservavit oras* conj. With. et Jortinus ; Wakef. vero, *repedavit oras*, cum hac Annotatione : 'Vulgatam lectionem quis audebit in se suscipere defendendam ? De nostra adi Titium ad Scriptt. Venat. p. 176. Ed. Burm.'—25 *Ausa at Var.* Lect. ap. Jones. *vacantem pro jacentem* ibid. *tacentem*, h. e. desolatam, vacuum, conj. Bentl. et sic unus Bersmanni.—26 *Vultu s. fortis, et, &c.* distinguunt quædam edd. vett. Lamb.

## NOTÆ

monte ; vel potius, Thessalicæ regionis Macedonibus proximæ ab Æmone Dencalionis filio nuncupatæ.

*Daret ut catenis Fatale monstrum]* Ut captivam aveheret Cleopatram Reipublicæ Romanæ fatalem et exitiosam ; vel suæ gloriæ ac triumpho fatis reservatam. Addunt alii, thesauris ejus potiundi spem, insequendæ causam fuisse.

21 *Quæ generosius Perire quærens, &c.]* Haud muliebrem animum sed virilem potius gerens in corpore muliebri, nequaquam more fœminarum ensis aciem expavit. Nimirum cum Augustus Alexandriam, obsessosque ibi Antonium et Cleopatram redigisset in suam potestatem ; se quidem interemit Antonius ; arripuit et Cleopatra gladium, quo sibi mortem inferret : sed prohibita est a Proculeio intra sepulcrorum claustra misso a Cæsare, qui vivam servare ad sui triumphii decus exoptabat. Plutarch. in Vita Antonii. Livius lib. cxxxiii. cit.

23 *Nec latentem Classe cita repa-*

*vit oras]* Nec in remotas Ægypti regiones clam aufugit, aut usquam latere voluit, sed Alexandriam recto cursu contendit.

*Latentes]* Cic. Agrar. ii. n. 43. 'Quid Alexandria, cunctaque Ægyptus ? ut occulte latet, ut recondita est ?' Suum tamen postea damnavit errore : intellexitque satius futurum fuisse cedere tempori, et in tutum aliquem locum se recipere, dum bellum repararet ; conspirante præsertim in ejus auxilium tota Ægypto. Vide Virgil. *Æneid.* viii. 707. et seq. et Servium in eum locum. Vide et Plutarch. Dionemque, tentatam ab ea fingam per sinum Arabicum, contra narrantes.

25 *Ausa et jacentem visere regiam, &c.]* Desperatum licet regnum ingressa nihil de superbia remisit : vultu sereno regiam adit, ibique in omni luxu versatur, teste Plutarcho.

26 *Fortis et asperas Tractare serpentes]* Cum in victoris potestate esset, morique constitisset, secretum mortis genus tentavit. Flor. iv. 11.



Tractare serpentes, ut atrum  
 Corpore combiberet venenum ;  
 Deliberata morte ferocior :  
 Sævis Liburnis scilicet invidens, 30  
 Privata deduci superbo  
 Non humilis mulier triumpho.

*et constans sævas aspides attraxit, ut nigrum virus corpore hauriret, morte constituta audacior. Nempe fœmina hand ignobilis ad magnificentum Augusti triumphum Liburnis ferocibus velut privata devehit abhorrebat.*

Cruq. Torrent. H. et R. Stephh. Heins. Fabric. Fab. Dacer. Burm. Cun. Baxt. Bond. Delph. Schrevel. et Comb. Sed *vultu sereno, fortis et Venett.* Asc. Locher. Bentr. San. Jon. Mitsch. Bipont. Wetzcl. Wakef. et Kidd. Vide Wakef. ad Virg. Geor. III. 30. 'Et sic recte dispungi, quomodo non viderint tot editores ex totius sententiæ structura, non assequor.' *Jani. fortis et aspides* Var. Lect. ap. Jones.—28 *Mentel. Pectore combiberet.*—29 *Delibuta m. ferocior Sævis Liburnis* jungunt Scholl. et edd. fere omnes vet. item Marcil. Nostram distinctionem servant Lamb. Cruq. Torrent. et recentt. et vindicat P. Victorinus Varr. Lectt. x. 9.

## NOTÆ

10. 'Cleopatra,' inquit, 'non jam de vita, quæ offerebatur, sed de parte regni laborabat. Quod ubi desperavit a Principe, servarique se triumpho vidit; incautiorem nacta custodiam, in Mausoleum se (sepulcra regum sic vocant) recepit: ubi maximos, ut solebat, induta cultus, in differto odoribus solio, juxta suum se collocavit Antonium, admotisque ad venas serpentibus, quasi somno soluta.' Similiter Plutarchus refert, omnium genera venenorum in damnatis expertam: anxiam autem fuisse, quod quæ cito extinguere, crearent dolorem: quæ vero sine dolore essent, celeritate carerent: tandem vero deprehendisse aspidis morsum et cito et sine dolore enecare, gravato ex somno capite, et leni sudore per vultum diffuso. Ceterum nemini compertum est quo mortis genere Cleopatra obierit: puncturas tantum in brachio constat exiguas apparuisse. Hinc Augustus ejus simulacrum in triumpho duxit, admorso aspidibus brachio. De quo Propert. III. 10.

53. 'Brachia spectavi sacris admorsa colubris, Et trahere occultum membra soporis iter.'

29 *Deliberata morte ferocior*] Eo ferocior, quod mori quoquo modo statuerat. Adverte pluribus extolli Cleopatras generositatem supra muliebrem sexum, ut hinc victori accedat et crescat gloria. Alias enim habere locum potuisset, quod scribit Virgil. *Æneid.* IV. 93. 'Egregiam vero laudem . . . si fœmina victa est.'

30 *Sævis Liburnis*] Non parum juberant Augustum in reportanda navali victoria Liburni Illyrii populi, Liburnæque naves celeritate insignes. Ex quo patet non cymbas quasdam aut naviculas bello ineptas fuisse, ut putarunt quidam: Suidas certe rostratas et constratas exitisse tradit, alia tamen quam triremes forma. Vide Veget. de Re Milit. lib. IV. Appian. lib. IV. &c.

*Sævis*] Si quidem Romam deportassent vivam ad hostis triumphum.

*Scilicet invidens, Privata deduci superbo Non humilis mulier triumpho*]

## NOTÆ

Dio cit. lib. LI. ita scribit: 'Tantas inter calamitates regni memoriam retinebat, ut mallet nomine et ornamentis ejus retentis mori, quam, privata, vita frui.' Nihil itaque magis Cleopatra formidabat, quam triumphari, invidens Augusto illum quem tantopere anhelabat honorem, vic-

tam et vinctam scilicet Reginam per urbem Italiamque circumducendi in suo triumpho. Hinc aiunt, cum capta ab Augusto clementius de industria tractaretur, qua vero mente et consilio satis intelligeret, dicere solitam: 'Non triumphabor.'

## ODE XXXVIII.

## AD MINISTRUM.

Sumtuosa convivia Horatio minus arident.

PERSICOS odi, puer, apparatus;  
Displicent nexæ philyra coronæ:

*O Famule, aversor Persarum sumtus. Non placent corollæ philyra colligatæ:*

//////////

Ode decima Libri secundi in recens. Sanad.—1. 5 Marcilius ita distinguit:

## NOTÆ

Metrum idem quod Od. II.

1 *Persicos odi, puer, apparatus*] Persarum luxus passim famosus ex Herodoto, Xenophonte, Plinio, Athenæo. Illi nempe vasa pretiosa in convivii, lectos etiam discubitorios aureos et gemmeos requirebant. Patet ex Herodot. lib. IX. unguenta et odores amabant. Testis Plin. XIII. 1. obsonia exquisita, tibicines, ministros succinctos adhibebant. Ex Plutarch. novæ alicujus voluptatis inventoribus præmia dabant. Valer. Maxim. IX. 1. Cæl. Rhodig. VIII. 2. &c. 'Persæ et Medi omnium hominum maxime voluptatem ac delicias colere;' et paulo post: 'Omnium primi luxu celebres fuisse Persæ,' referuntur ab Athen. XII. 1. et IV. 10. Ex Theophrasto: 'Persarum Reges luxu effæminati ingentem pecuniæ summam per præconem iis pollicentur, qui novum voluptatis genus excogitarint.' Item ex Heraclide

Cumano: 'Qui cœnanti Regi Persarum ministrant, loti omnes, pulchris induti vestibus assistunt, ac diei parte dimidia circa cœnæ apparatus occupantur.' Denique ex Xenophonte in Agesilao, sub finem: 'Apud Persas sunt qui totum orbem circum-eant quæritantes quid Regi sit potu gratissimum; alii solerter inquirunt quid libenter edat, ubi et quomodo suaviter dormiat. Neque est facile dictu, quam anxie talia procurent.'

2 *Displicent nexæ philyra coronæ*] Coronatos epulari veteres assuetos constat: sed et luxum in texendis arte et labore corollis istis fuisse non minus certum est. Ait vero Horatius odisse se sumtuosas ac operosas has etiam coronas, quæ vel texerentur e floribus ac foliis inventu difficilibus, vel necterentur magno labore et apparatu.

*Philyra*] Tenui membrana, quæ corticem inter et lignum tilix arboris

Mitte sectari, rosa quo locorum  
Sera moretur.

*omitte perscrutari quibus in regionibus durent rosæ serotinæ. Inprimis studeo, ne*

## NOTE

succrescit. Hac utebantur tum ad uectendos flores, tum ad lemniscos appendendos. Plin. xvi. 14. 'Inter corticem et lignum tenues tunicæ, multiplici membrana, e quibus vincula tilix vocantur: tenuissimæ earum philyræ, coronarum lemniscis celebres, antiquorum honore.' Et xxi. 3. 'Crassus dives, primus argento auroque folia imitatus, ludis suis coronas dedit. Accesserunt et lemnisci, quos adjici ipsarum coronarum honos erat. . . Claudius Pulcher bracteas etiam philyræ dedit.' Angel. Politian. Miscell. cap. 72. ita scribit: 'Philyræ usus percelebris olim in texendis coronis: e philyris etiam fiebant lemnisci, id est, fasciolæ e coronis pendulæ.'

*Coronæ*] Hæ fiebant e frondibus ac floribus hederæ, rosæ, violæ, lauri, lili, narcissi, myrti, &c. hisque discuti ebrietatem, et capitis dolores credebant, seu constringendo, seu refrigerando. Plutarch. Sympos. iii. 1. 'An inter potandum coronis floreis ac sertis utendum sit,' multis disputat: ait vero, 'Hedera crapulam restingui . . . amethysto herba sicut et gemma vinolentiam retundi . . . vinum si quando caput tentaverit, florum auram auxiliari, et munire adversus crapulam; eo quod flores calidi leniter spiramenta laxantes spiraculum vino præstant: frigidi vero modice stringendo repellunt inhibentque evaporationes: ceu viola, et corona ex rosis,' &c. Et ex his aliisque ibidem compluribus concludit, coronis floreis inter pocula usos propterea veteres. Athen. iii. 21.

jubet ex Archestrato, 'perpetuo coronis inter cœnam caput omnifariis redimiri.' Sed xv. 5. ex Aristotele et Aristone, affirmat: 'Antiquos ob capitis gravitatem et dolorem a vini potu vinculum temporibus adhibuisse, quod eam ligaturam prodesse crederent: posteros autem, ornatus et oblectamenti gratia, coronas in computationibus excogitasse.' Et paulo post, ait: 'capitis dolori florum fasciculos acserta mederi suo compressu et vinculo.' Plin. xxi. 3. jam cit. sic habet: 'Apud Græcos de coronis scripsere Mnestheus et Callimachus Medici, quæ nocerent capiti: quoniam et in hoc est aliqua valetudinis portio; in potu atque hilaritate præcipue, odorum vi repente fallaciter,' &c. ubi etiam refert Cleopatram per illitas veneno coronas Antonio insidiatam. Ex illis vero quæ ante dicta sunt, Ovid. Fast. v. 337. ita canit: 'Ebrius incinctis philyra conviva capillis Saltat, et imprudens utitur arte meri.'

3 *Mitte sectari, rosa quo, &c.*] Ne labores ad investigandas rosas extra tempus, texendasve e raris floribus coronas. Athen. cit. in conviviis roseas coronas commendat. At eas, cum natura negat, luxuriose sectantes ita corripit Seneca Epist. 122. an vivunt contra naturam, qui hyeme concupiscunt rosam? Et qui aquarum fomento calentium, et calorum apta mutatione (vel potius, 'imitatione,' id est, imitando calorem æstivum, qui a natura est, ex Lipsio ibid.) bruma liliam florem vernum exprimunt?

Simplici myrto nihil allabores  
 Sedulus, curo: neque te ministrum  
 Dedecet myrtus, neque me sub arcta  
 Vite bibentem.

5

*quicquam laboriose adhibeas al myrtum solam. Neque vero tibi famulo myrtus in-  
 decora, nec mihi subter densam vitem perpotanti.*

//////////

HOR. *Persicos odi . . . moretur.* PUER. *Simplici myrto?* HOR. *Nihil allabores.* PUER. *Sedulus curo, i. e. curabo, ut jubes.* HOR. *Neque te, &c.* Unus codex Bersmanni, *nihil ad labores.*—6 Bentr. emend. *Sedulus cura, i. e. cave: quod placet Klotzio Lectt. Venus. p. 236. sed pro ablativo. Sedulus curæ Harl. 2. et Bodl. ap. Bentr. et sic Cuning. Sanad. Jones. et Francis; Sedulus coro codex Vossianus; et Sedulus oro Petrensis. Sedulus; ruri neque te emend. With. Sedulus cur o, &c.? alia conj. With.*—7 Alt. 1. *neque me bibentem Vite sub arcta; alii codd. sub arta; et sic Vet. Comb. Venett. Bentr. Jani, Mitsch. Bipont. Wetzel. et Kidd. Vide Bronkhns. ad Tibull. 1. 5. 53. Drakenb. ad Sil. Ital. VII. 280. Stoëber. ad Manil. p. 525.*

#### NOTÆ

5 *Simplici myrto nihil allabores, &c.]* Nihil volo præter myrtum, itaque ne quid ultra quærere ad convivii hilaritatem satagas. Intelligit autem vel myrti ramum, quem olim convivæ alter alteri porrigebant, suam quisque edendo cantilenam: ex Plutarcho in Sympos. et Victorio XVI. 2. ubi sic scribit: 'Qui in conviviis olim carmina cantabant, myrtum laurumque manu tenebant; laurum, qui versus Homericos recitarent; myrtum, qui Æschyli, Simonidis, Stesichori.' Vel implexam simpliciter e myrti sunculo coronam. Athen. cit. xv. 5. 'Jam inde voluptatibus illecti homines, præter eam vim, qua ebrietatis incommodis medetur corona e floribus, oculorum quoque et narium delectationem expetiverunt: ac tum maxime coronam myrteam, quæ astringit, et vini arcet exhalationes; tum etiam e rosis, quæ gravitatem capitis sedat, et æstuantes potionem refrigerat, usurparunt.' Et cap. 6. 'Herostratus myrtos extemplo virentes consecravit in æde Veneris, ejusque dicata imagine, spectatissimos civium ad epulum vocavit in delubrum, cornu-

que singulos corona donavit myrtea, quam Nancratiten appellarunt.' Ad ditque, nihil aliud esse coronam illam ab Anacreonte gestatam, præter myrteam adjectis rosis: verumque se arbitrari, quod prodidit Philænides, e myrto coronam meri vapores prohibere; e rosis autem, refrigerando vim habere leniendi capitis dolores.

6 *Neque te ministrum Dedecet myrtus]* Tu quoque satis decorus et ornatus mihi videbere simplici myrto, cum mihi potanti ministrabis. Persæ contra more suo luxuriosi pueros seu ministros in conviviis optabant succinctos et lemniscatis coronis exornatos. Alex. ab Alex. v. 21. ait pariter; 'Festis diebus coronatos cum lemniscis veterês epulari consuevisse; fercula quoque lautiora a coronatis item ministris afferri solita cum cantu et tibicine.' Athenæus autem xv. 10. ex Philoxeno sic refert: 'Aqua lavandis manibus allata est: molliusculus puellus argenteo gutto quem tenebat affudit: deinde coronas advexit tenues e puris myrti ramis, magno labore contextas.'

7 *Neque me sub arcta Vite bibentem]*

## NOTÆ

Mihi pariter sufficet myrtus simplex et areta vite, id est, sub palmitibus et  
 considenti quidem et hilariter bibenti, pampinis pergula intextis et suffultis :  
 non ut Persæ sub lacnari splendido, *sous la treille.*  
 sed sub vitis umbraculo, sub humili

## EXCURSUS

### AD CARMINUM LIB. I.

[EX EDIT. JANL.]

## EXCURSUS I.

AD I. OD. 1. 3—28.

CONSTITUTUM est, statim ad primum Carmen, quæ attendere debeat in elegantissimis illius imaginculis, pluribus docere adolescentem, quo et, quæ de picturis lyricis diximus, planius intelligere, et omnino acnere suum de pulchritudine iudicium discat: quod et ad ceterorum Horatii Carminum virtutes recte sentiendas adjumento ei fore arbitror.

Primum advertat animum, quanto cum dilectu in quamvis picturam, speciali fere notione quadam, tanquam linea, adumbratam, eos tantum colores Poëta intulerit, quos maxime nitere intellexisset; ut in suavissima eademque fortissima brevitate, quæ picturarum lyricarum prima virtus est, coram intueri omnia videamur. Deinde, quam exquisitis ntatur verbis, reique, quam ante oculos habet, accommodatis, nunquam vel humilioribus vel elatioribus; quomodo pro rei subjectæ natura nunc magnifice, vs. 6. 8. nunc molli-ter, vs. 19. 26. nunc horrende, vs. 15. 24. nunc heroice, vs. 23. loquatur. Tum magna Carminis virtus cernitur in varietate et copia: dum illud, unice amare, beatissimum se credere, quod toties erat exprimendum, nova semper, cuius studio propria ratione Poëta extulit, atque omnino ita variavit conversiones structuramque verhorum in quavis pictura, ut et sine fastidio, et maxima cum voluptate novitatisque admiratione, earum seriem satis longam contueamur. Denique semper cuiusvis studii vel vanitatem, vel molestiam, uno alterove verbo molli-ter tetigit quasi subridens Poëta, ut vs. 7. 18. 20. 24. 26. 27. non, quo contemneret ea omnia, quibus alii beati essent, sed ut et, quanta vis esset cuiusque studii in homines, et, quanto superior esset sua ex ingenio poëtico voluptas et gloria, eluceret.

## EXCURSUS II.

AD I. OD. 4. 7—12.

Vix potest exprimi, quantopere argutati sint in his versibus explicandis Intpp. dum vel omnia allegorice, aut, Baxteri verbo, διλόγως exponere studuerunt; vel nimia doctrina facillimum sensum obruerunt. Facile corrumpuntur atque abripiuntur tali interpretandi ratione juvenum fervida ingenia, enervantur pulcherrimi Poëtarum loci. Quare ut, si in similia inciderint, retinere discant assensum suum, quasdam super his versibus interpretum nugas illis proponere placet.

Scholiastæ per *Nymphas* mulieres, per *Gratias* virgines intelligi volunt, quæ vere redeunte in publicum prodire, ambulare, saltare, ludere, amari rursus incipiant. Sic et Lambinus, Cruquius, T. Faber, cum genero et opinionum hærede Dacerio, aliique. Cruquius adeo *graves Cyclopi officinas* de incalcescente tunc virorum adversus fœminas ardore videtur accipere. Theod. Marcilius omnia refert ad Kalendas Martias, s. Matronalia, omni genere lætitiæ a fœminis acta. Eorum gaudiorum viros severos non fuisse participes, hilariores autem et mulierosos, bellam venaturæ occasionem nactos, inter illas Veneres et Gratias partem voluptatis cepisse; et sic maritos incubuisse fere negotiis ('Vulcanum ussisse officinas'), at uxores illis cornua fecisse. Doctrinam vultis? *Inminentem Lunam* idem Marcilius ait esse *νοτιλιοντιμ, νοιμηνιαν*, i. e. Kalendas. Sic et D. Heinsius: *ισταμένης σελήνης*, i. e. *ισταμένου μηνός*, quod sit initium mensis, cum Luna inchoëtur; et intelligit Kalendas Apriles, Veneri sacras. Molestior omnibus est C. Barth. Adversar. XL. 3. ad rationes adeo phisicas et astrologicas Venerem et Lunam revocans. Quis non sentit, talibus argutiis totum venustissimum phantasma deleri, totam picturam interire? Nam utra quæso imago magis poëtica et lyrica est? fœminarum et puellarum idea, an Veneris cum Gratiis et Nymphis phantasma? Vulcanus cum Cyclopiibus, an mariti Romani? Luna supra caput lucens, an Kalendæ e fastis? At, inquis, quid? si utramque ideam, cum Venerem, Gratias, Nymphas, tum puellas mulieresque, simul cogitem? Non equidem intercedo: possunt omnino multis lectoribus in mentem venire fœminæ ac puellæ, cum de Nymphis ac Gratiis legunt. Sed velim ostendat mihi aliquis, ideo et Horatium de puellis Romanis cogitasse, et, quod caput est, ideæ ejus exprimendæ illi fuisse hoc loco consilium. Profecto tali interpretandi modo tandem ad perversissimam Baxterianarum dilogiarum rationem deferemur. Qua culpa neque ipsum Sanadonum ad h. l. eximere possum, qui, licet phantasma poëticum ipsum non subvertat, tamen simul innui læta per tres inde a Kalendis April. noctes puellarum in Veneris honorem Pervigilia arbitratur.

## EXCURSUS III.

## AD OD. X.

## DE MERCURIO.

NON est animus, ne quis erret, enarrare hoc loco omnem de Mercurio fabulam; nam ea ipsa partim satis est nota, partim peti aliunde potest. Constitutum potius est, super Mercurio philosophari, si quidem uti tam arroganti vocabulo licet, i. e. unde ductæ sint, quas de eo concepissent veteres, ideæ, suspicari, atque, unde illi tot munera sint, ut omnium Deorum maxime distractus sit ministeriis (vid. Lucian. Dial. Deor. xxiv.), investigare. Neque vero, nisi de Græco et Romano Mercurio, loquemur, missis super Ægyptio litibus et opinionibus ernditorum; quod istum inprimis, cum hujus Carminis, tum aliorum in Poëtis Græciæ et Latii locorum causa, nosse debemus: quanquam, ut fit in Mythologia, attributa plurima Ægyptii, sive is fuerit Thoth, sive Anubis, Græcia et Roma derivavit in suum.

Mercurius, eximium antiquæ Sapientiæ Mythologicæ exemplum, symbolum haud dubie fuit τοῦ Λόγου, h. e. et *Rationis* mentisque, (τοῦ νόου), et, quæ sine mente esse non potest, *Orationis*; et sic eorum omnino, quibus præstant brutis animantibus homines. Ex hac idea, ut fieri solet, omnia Mercurii attributa, unum ex altero, fluxerunt. Nam primum, cum crederent veteres, mentem humanam esse ex anima s. sensu mundi decerptam particulam, et sic ex natura divina velut emanasse (vid. Ill. Heyn. Exc. XIII. ad Æn. VI.); cum intelligerent, quantum quamque excelsum esset Λόγος beneficium sibi a Diis immortalibus tributum, cujus ope docti essent et sapientes, Artes ac Scientias indagarent, profundissimas res investigarent, Religionem voluntatemque Deorum cognoscerent, cum ipso cælo commercium haberent, meliorem et humaniorem cultum sensim acciperent; facile factum est, ut Mercurius ‘Deorum Nuntii’ et quasi μεσίτρον inter cælum terramque munere ornaretur, ut religionem et sacrificia constituisse diceretur (vid. Oisel. Tab. LXXV. n. 10. 12.), reperisse Artes et Scientias plurimas, Mathesin, Geometriam, Astronomiam (vid. Diod. Sic. lib. I. p. 14. 15.), omni denique humanitatis elegantia præesse crederetur, et ob id ipsum pulchra fere ac juvenili forma in monumentis esset. Memorandus h. l. inprimis etiam locus Ammian. Marcell. XVI. 10. ‘Julianus... occulte Mercurio supplicabat (quem mundi velociorem sensum esse, motum mentium suscitantem, Theologicæ prodidere Doctrinæ);... post quæ ut ardua et seria terminata, ad procedendum ingenium vertebatur,’ &c.

Deinde antiqua et admodum philosophica traditione Loquelæ s. Sermonis ope exculti ac formati prisci homines creduntur. Cic. de Orat. I. 8. ‘Ut vero jam ad illa summa veniamus, quæ vis alia (præter Eloquentiam) potuit aut dispersos homines unum in locum congregare, aut a fera agrestique vita ad hunc humanum cultum civilemque deducere?’ vid. et Horat. I. Sat. 3. 99. Unde intelligitur, cur ‘formasse recentes homines,’ illis sermonem, et, quibus hic exprimitur, literas scripturamque dedisse, feratur Mercurius.

Tum facile apparet etiam, cur Eloquentiæ præsit Mercurius, atque inprimis nobilissimo ejus generi, Poësi, in qua præterea summa ingenii humani gloria, antiquissimaque sapientia est (vid. 1. Od. 1. 29.). Cic. de Or. 1. 46. 'Ejus artis (Eloquentiæ) . . . cujus cum ipsa natura magnam homini facultatem daret, tamen esse Dens putatur, ut et ipsum, quod erat hominis proprium, non partum per nos, sed divinitus ad nos delatum videretur.' Et vid. Horat. 11. Od. 17. 29.

Porro, cum et Prudentiæ s. Sapientiæ civilis et vero Eloquentiæ vi, urbes ac civitates constituentur, leges, judicia, jura describantur, bella ac dissidia componantur, firmentur societates, pax quærat et conservetur; Mercurii in his omnibus insignes partes esse oportebat. Hinc 'Mercurius Pacifer' in nummis, cum caduceo, dirimendæ Discordiæ instrumento (vid. Isidor. VIII. 11.), item cum oliva (vid. Oisel. Tab. XLIII. n. 7. 8.); hinc Securitatis publicæ custos; et hinc deinceps 'viarum' ac 'peregrinantium' tutor (vid. Lippert. Dactyl. Mill. 1. P. 1. 142.).

Deinde, cum prisci homines, durum genus, bruto furore, instar belluarum, bella inter se gererent, post, cum ad humanitatem fingerentur, sensim cœperunt et dolo ac strategemate uti, et exercendo corpus fingere viresque firmare, quo essent adversariis in vera pugna superiores. Hæc origo 'Palæstræ.' Quod utrumque cum ad formandos homines pertineat, in eoque prudentia civilis cernatur, inde et doli bellici et Palæstræ inventor tutorque Mercurius est. Erant et in omnibus Græciæ civitatibus bene constitutis gymnasia, in quibus Mercurio templa et statuæ collocatæ essent.

Mercuriæ etiam, quæ et ad conjunctionem ac societatem hominum pertineat, et multa ingenii solertia opus habeat, præest Mercurius, lucri Dens. Unde in monum. occurrit rostro navali insistens (Lipp. Suppl. Dact. 1. 200.), cum Fortuna sociatur (Causei Mus. Rom. tom. 1. Tab. XLVI. p. 32.): vid. ad 1. Od. 35. 6. ejusque caduceus cum anchora jungitur (Lipp. Dact. Mill. 11. P. 1. n. 130.).

Quoniam omnino sic omnia, in quibus ingenii solertia cernitur, Mercurio tribui proclive est, hinc Deus est omnis 'doli' ac 'frandis,' in qua callidum acumen est, qua imponitur et illuditur aliis, vel prudentia civili ac bellica postulante, vel animi tantum oblectandi innocentisque joci edendi, aut ingenii ostendendi causa: quo referenda, e. g. furta jocosæ, præstigiæ, illusiones sensuum, &c. Quod universum cum Græci κλοπήν, Latini *furtum* dicant ipseque Mercurius inde ληϊστήρ, φιλητῶν ὄρχαμος, *fur, furibus aptus, &c.* audiat; fuerunt, qui, decepti vocabulorum, quorum Græcum et Latinum usum nescirent, speciali et notiori significatione, eum furum ac latronum, malo sensu, Deum facerent. Pessime hoc! Qui possit Deus tam nobilis (κόδιμος Ἑρμῆς), Deorum Nuntius, Deus Pacis ac Securitatis publicæ, qui et præest civitatibus bene constituendis ac regundis, qui auctor est Religionis, esse idem tutor tam turpis rei, tam perniciosorum hominum? Nusquam, neque in monumentis neque in Poëtis antiquis, recte quidem intellectis, hanc infamam characterem Mercurius habet: vid. Spenc. Polymet. Dial. VIII. p. 108. Omnino et in fraude mala, furtoque vetito, solertiæ locus est; sed quis tandem characterem hominum, vel præclarissimis Numinis alicujus donis abutentium, in Deum ipsum transferat? Verum idem acci-



dere etiam video, ut hoc utar, Baccho et Veneri. Non est ex antiquis ideis Bacchus ita ebriosus ac profligatus, Venus ita turpis, ita impudica ac nefanda, ut nostra ætas sibi informare solet. Vid. Spenc. Polym. Dial. IX. p. 131. Ill. Lessing. Wie die Alten d. Tod geb. p. 55. Winkelm. G. d. K. p. 166. Non possunt satis talia moneri adolescentes.

Porro cum Musicam, (cum Gymnasticæ.) maximam habere vim ad formandos homines, et necessarium esse ad salutem reipublicæ constituendam adiumentum, crederent veteres (vid. Platon. de Republ. lib. III. p. 519. sq.); illa etiam (sive proprie, sive pro Eloquentia et Poësi prisca accepta) ad Artes pulchras sit referenda, atque ad honestas oblectationes, in quas incidere necesse erat homines humaniores factos; facile lyrae inventor, et vel hinc etiam Poëtarum Deus Mercurius declaratus est.

Itaque, si quis hoc sibi proponet, omnia, quæ ad Ingenium et Eloquentiam, ad Sapientiam, Doctrinam, Solertiam spectent, Mercurio esse attributa, si, quæcumque hactenus observata sunt, mente tenebit, facillimum erit, omnia cetera declarare; v. c. cur Mercurius barbatus occurrat in monum. Etruscis (Winkel. G. d. K. p. 88.): np. ob prudentiam senilem: cur alatus sit: nam nil mente ac sermone velocius: cur Mercurius Minervam amplectens sit in monum. (Causei M. R. tom. I. Tab. XLVIII. p. 32.): cur utriusque communia fuerint sacra: cur mixtas adeo posuerint in Gymnasiis e Mercurio et Minerva statuas, 'Hermathenas' dictas (vid. Cic. Att. I. 3.): np. ob exercendas æque corporis ac animi vires: cur Veneris et Gratiarum *πάρεδρος* sit; vid. I. Od. 30. extr. cur et in monumentis bene elaboratis ipse vultus solertissimum acutissimumque Deorum prodatur.

Sed quid sibi denique vult Mercurius *ψυχοπομπὸς* et *χθόνιος* (vid. ad Nostri Carm. vs. 17. sqq.)? Una idea ex altera derivari in Mythis solet. Cum igitur Mercurius semel esset Nuntius ac Minister Deorum, proclive erat, eum illorum jussu ac voluntate animas ad Inferos ducere. Accedit, quod 'bona Mens Religioque,' (Mercurii donum!) omni memoria animæ vitam corpori superstitem promisit immortalibus. Si altius repetere rem velis, possis et sic eam expedire, quod, cum humani ingenii mentisque formam a cæli temperie solisque virtute pendere putarent, Mercurium adeo pro ea solis virtute, et vel pro sole ipso accipere interdum Theologia antiqua videatur (cf. Macrob. Saturn. I. 19.); ut e sole nunc supra caput nunc infra pedes nobis versante Mercurius *δλύμπιος* et *χθόνιος* ortus sit. Ceterum ex hoc denno Mercurii munere fluxit, quod præest Magicis artibus, et Necyomantiæ; denique quod Expiationibus aptissimus est. Vid. ad I. Od. 2. 41. et ad 10. extr.

## EXCURSUS IV.

### AD OD. XV.

#### VINDICIÆ PARIDIS ET HELENÆ.

MAGNA urgentur hodie infamia Paris et Helena, cujus si in veritatem inquiramus, longe alium utriusque nobis informare cogamur characterem. Paris quidem, ut ab hoc incipiam, jam apud Romanos Poëtas, atque in ipso nostro Carmine, est mollis homo, inbellis, turpiter effæminatus, voluptate et

luxuria prorsus diffuens. Longe diversus est Paris Homericus. Non ille caret virtute, animosus ac fortis est multis locis; v. c. in pugna cum Menelao, Il. Γ. 328. sqq. quam heroica et sanæ mentis plena oratio præcedit vs. 59. sqq. vulnerat Diomedem, Α. 368. Eurypylum, ib. 580. loquitur et agit, ut vir, N. 580. Euchenorem interficit, ib. 668. Sed est simul pulcher, formosus, elegans, amore affectus, nec tam asper, quam ceteri heroës; qui eum idcirco *παρθενοπίπαν*, *ἀναλκιν*, *γυναιμανῆ* appellant: quia alienissimum ab heroicis ac Homericis temporibus moribusque erat, delicias in amore facere, aut exquisitiorem aliquem affectum concipere.

Qui post Homerum res Trojanas tractarunt Poëtæ, lyrici inprimis ac tragici, vel minus vel magis recesserunt ab Historiæ fide; nam pro suo quicquid consilio ingenioque characteres Homericos et omne Iliadis argumentum ornarunt, variarunt, inflexerunt: et in quamcumque formam diffinierunt: quod illi, qui Heynianum Virgilium, ut par est, edidicit, ex Excursu 1. ad Æn. II. notissimum esse debet. Itaque ab illorum Poëtarum nonnullis multo majore etiam virtute insignitus fuisse Paris videtur; quod vel ex Ovid. Her. XVI. extr. item ex Hygini, (qui ex veteribus Tragædiis plurima decerpit,) Fabula XCI. et CCLXXIII. colligas: alii vero, et tragici et lyrici, ita ejus characterem diffinierunt, ut mollissimus Asiaticus homo exiret. Sunt ex talibus exemplis plurima Poëtarum Latinorum loca expressa (vid. Virg. Æn. IV. 215. XII. 99.), et haud dubie Nostrum etiam Carmen. Quo pertinent quoque perpetua in universos Trojanos, ut molles et effæminatos, conjecta probra, orta cum ex fama de eorum opulentia, tum ex Phrygum cum illis permutatione, qui luxu et mollitie infames erant, quod primi in Minore Asia opibus excellerent.

In Helenam multo etiam injustiores hodie sunt. Impudicam sibi illam, impuram, abjectamque ac protervam fingunt, quæ animo levi ac in maritum perfido statim ultroque secuta sit Paridem abducturum. Plane hoc repugnat illi ejus characteri, quem ex antiquis scriptoribus nobis fingere debemus. Ibi enim eam agnoscimus pulcherrimam non solum, sed et honestam, verecundam, ac nobilis animi fæminam, quæ Menelaum constanter amaret, quæ diu reluctata cederet tandem formosi blandique Paridis illecebris, invitoque et attonito potius, quam læto animo, ab eo abduceretur. Cf. Ovid. Her. XVII. Hinc plurimæ illæ lacrymæ, hinc illa pœnitentia, ille pudor, illud insuperabile prioris viri desiderium, quod in Helena Homericæ et Euripideæ observatur: vid. Homer. Il. Γ. 140. 172. et nobilis locus vid. 399. sqq. item Euripid. Troad. 919. sqq. Idem Euripides Helenæ innocentiam Fabula, quæ ejus nomen præfert, declaraturus, toto quidem cælo ab Homericæ narratione aberat, sed tamen non potuisset sic eam describere, nisi verecundiæ nomine nota fuisset. Neque alii Poëtæ talem ejus vituperationem habent, nisi, quod causam fatalem fuisse dicunt eversæ Trojæ. In ipso nostro Carmine nihil cum invidia aut contemtu adversus illam dictum reperias. Denique, si quid in se admisit vitii, illud omne ad muliebrem imbecillitatem referendum erit.

## EXCURSUS V.

AD OD. XXXV. Vs. 17. Sqq.

Locus nuperis virorum doctorum disputationibus nobilissimus; in quo nos ita h. l. versabimur, ut primum, quam in Observatt. posuimus explicationem, amplius illustremus et confirmemus, deinde attingamus super ipso loco Summorum Criticorum iudicia.

*Clavos, cuneos, uncum, liquidumque plumbum*, firmitatis et immutabilitatis, *clavos et cuneos* etiam violentiæ symbola antiquis fuisse diximus. Id nos sermo priscus docet. Apud Platonem (Phædon. p. 63. Francof.) quæque voluptas, quisque dolor 'clavum' habere dicitur, quo corpori animum affigat: 'Ἐκάστη ἡδονὴ καὶ λύπη, ὥσπερ ἦλον ἔχουσα προσηλοῖ αὐτὴν (ψυχὴν) πρὸς τὸ σῶμα καὶ προσπερονᾷ, h. e. arctissime annectit eam corpori, impresso non evitabili sensu eorum, quæ in corpore fiunt. Eandem animæ cum corpore conjunctionem ἐξ ἀνάγκης esse dixerat in Timæo p. 1054. in quo eodem p. 1055. Δαίμονες inferiores corporis humani particulas colligant ἀοράτοις πυκνοῖς γόμοις, quod Cic. de Univers. 13. transtulit: *crebris tanquam cuneolis insertis*. 'Clavo trabali figere' antiquo sermone Latino erat firmum et immutabile efficere. V. c. Cic. Verr. v. 21. 'Ut hoc beneficium trabali clavo figeret.' Petron. 86. 'Nosti, quod simul destinavi, clavo trabali fixum est.' Animum Hectoris indomitum, cuius violentiæ nil potest resistere, comparat Paris ap. Homerum cum 'securi,' omnia penetrante, Il. Γ. 60. sqq. De *liquido plumbo* memorabilis locus Eurip. Androm. 265. Κάθησ' ἐδραία, καὶ γὰρ εἰ περίξ σ' ἔχει Τηκτοὺς μόλυβδος, ἐξαναστήσω σ' ἐγώ. Tum et de Fati s. Necessitatis vi et insuperabili *clavi et cunei* obvii sunt in prisco sermone poetico. Pindar. Pyth. Δ. 125. Τίς δὲ κίνδυνος κρατεροῖς ἀδάμαντος δῆσεν ἄλοις; θέσφατον ἦν, κ. τ. λ. *Quod vero periculum validis ex adamante eos (Argonautas) sibi alligavit s. affixit clavis? Erat in fati, &c.* h. e. quæ Necessitas eos ad hanc periculosam expeditionem faciendam vi ineluctabili adegit? Similis Horatii locus est III. Od. 24. 5.

Fuerunt multi Intpp. qui ad suppliciorum cruciatus, s. tormenta referrent instrumenta, quæ gestat Necessitas. *Clavos trabales* aiunt esse σφήνας, s. γόμοις, qui per corpus damnatorum adacti, vel quibus cruci affixi sint: *cuneis* Caucaso affixum esse Prometheum (Cic. Tuscul. II. 9.): *uncu*, gutturi infixu, tractos esse nocentes in ignem, ad scalas gemonias, in Tiberim, (Cic. pro C. Rabir. 16. Philipp. I. 2. Juvenal. I. 156. &c.) *liquefacto plumbo* reos esse punitos. Sed hoc ultimum non nisi ex Acrone et Martyrologiis sumunt, Romæ usitatum supplicium fuisse, non possunt ostendere; quemadmodum et illud de cuneis Promethei paulo altius est repetitum; quæ res jam admodum suspectam hanc explicationem reddit. Sanadonus eam accipit quidem, sed gravem reprehensionem poetæ addit: 'Je ne puis souffrir,' inquit, 'cet attirail patibulaire de clous, de coins, de crocs et de plomb fondu. J'ai cru en devoir décharger la traduction, en substituant les idées générales aux

idées singulières. C'est dommage, que le Poète ait en besoin de ce correctif.' Male hoc! Vera ratio est, quod Necessitati non convenit talis apparatus carnificis; qui, si Horatio Nemesis aut Ate fuisset exprimenda, in ea non solum ferendus esset, sed etiam magnificam ideam præberet. Tunc ipse etiam Sanadonum delicatum hominem et venustulum cum Klotzio (Lectt. Venus. p. 233.) vocarem, qui offenderetur illa imagine. Intneantur enim studiosi Aten Ramlerianam, Carm. xxv. 5-8.

Jam de universo loco nostro quomodo judicandum sit, moneamus adolescententes. Nimirum vix hac Necessitas imagine ulla ab attributis copiosior est in omnibus antiquis Poëtis, inquit Ill. Lessing. Laoc. x. p. 118. Sed primus Sanadonus, recti vir acutique judicii, ausus est dicere, hanc ipsam imaginem pulchriorem fore in tabula picta, quam in tam magnifico carmine: 'J'ose dire, que ce tableau pris dans le détail seroit plus beau sur la toile, que dans une Ode héroïque.' Bene hoc, ut videbimus; sed non addit veram rationem, dum illud de apparatu carnificis subjicit, quod supra posuimus. Excellenter potius Ill. Lessing. l. l. ideo elegantiae sensum offendi hac imagine ait, primum, quod nimis cumulata sint attributa, minus ejusdemque rei significandae causa; deinde, quod omnia attributa talia proprie destinata sint oculis, non auribus, et sic multum lucis et claritatis describendo amittant. Nam cum ideae abstractae persona induuntur, artificem quidem, qui solis oculis tales figuras subjicere potest, oportet attributa allegorica illis affingere, e quibus agnoscantur (v. c. Temperantiae frænum, Constantiae columnam): sed Poëta, non in eadem necessitate constitutus, vitium in se admittit, si attributis talibus enumerandis, nec potius actione, talem figuram symbolicam declarat. Vid. Ill. Lessing. l. l. p. 116.

Quod quo accuratius ad Horatianam Necessitatis imaginem applicari possit, observandum est, quod et in Obs. jam monuimus, e pictura symbolica, quae in templo Fortunae Antiatis esset, eam haud dubie a Poëta esse expressam. Quod licet ad excusandum Horatium valere possit, quem oportuerit, ut individuum Hymnum efficeret, ita rem instituere, et veluti vinculis ingenium astringere; licet vel haec laudem mereatur, quod tam nobilem tabulam consecraverit aeternae memoriae; tamen in eo reprehendendus est, quod non alio modo eam expressit. Pinxerat artifex Necessitatem, gestantem una manu *clavum* et *cuneum*, altera *uncum* et *liquidum plumbum*.† Clarissima sane erat, vividissima eadem ac pulcherrima Allegoria, cum oculis subjiceretur; nam neque poterat aliter artifex, et cum uno obtutu omnia attributa simul cernerentur, oculos animumque summa vi feriebat. Sed dum Horatius non nisi enumerat ea attributa, unumque post alterum nobis ostendit, frigemus sane, et ante tabulam vitae expertem nobis stare, ac ne hoc quidem, sed fragmenta tabulae intueri nobis videmur, unde imaginem componere nobis ipsis relictum sit. Quod sane nemo vult, dum Carmen lyricum legit. Oportebat Necessitatem ejusque vim, a Poëta expressam, vivere et agere, participem esse actionis, quae in Carmine regnat; oportebat lectorem

† Sed quomodo piugi potuit *liquidum plumbum*? Scilicet vel vasculo certae alicujus figurae id significare, vel metallo exprimere potuit pictor.

intelligere, quid sibi vellet hæc figura armata; quæ nunc tam iners est. Quanto præstat Ate Ramleriana, non solum pauciora gestans attributa, sed etiam ipsa animata, agens, declarans nobis, cur adsit! Cum Horatius Fortunam ipsam, tum vero Spem et Fidem tam præclare animarit atque ad actionem deduxerit; sane, qui factum sit, ut Necessitatem ita negligeret, mireris. Cf. etiam Auctoris Sylvarum Criticarum, Summi Viri, docta super hoc loco disputatio (Erstes Wäldchen, p. 142. sqq.): item Klotzii Lectt. Venus. p. 233. sq.

# Q. HORATII FLACCI

## CARMINUM

### LIBER II.

---

---

#### ODE I.

AD C. ASINIUM POLLIONEM.

Horatius Cæsarianarum et Pompeianarum partium medius Asinium Pollionem, Consularem virum et Augusti gratia potentem, a stringendo stylo in Pompeianos deterret, ac magis eum ad suaves mores et miserationem tot illustrium virorum adducit. (Summa videtur esse hæc: Tu, Pollio, scribis Historiam bellorum civilium, opus arduum ac difficile: ego vero tantum Carmina meditari possum leviora et amatoria. *Zeun.*)

#### MOTUM ex Metello consule civicum,

*Bella civilia a Metelli consulatu, et discordiarum origines, criminaque, et ra-*

//////////

Hæc Ode decima septima est Libri secundi in Ed. Sanad. Inscriptur in vet. cod. Torrentii, *Ad Asinium Pollionem, virum Consularem, ut intermissis Tragædiis belli civilis describat Historiam; multi codd. recentt. ap. Jani, Ad Pollionem Asinium, qui primum movbat civile bellum.*—1 Exc. Sax. *Motum e. M.*

#### NOTE

Metrum idem quod 1. Od. 9.

1 *Metello consule*] Plures hujus nominis cum fuerint Consules, ambigitur sane, de quo potissimum loquatur Horatius. Verum ex adjunctis tamen intelligendus maxime videtur Q. Metellus Celer, qui consulatum gessit cum L. Afranio, anno ab urbe condita 690. vel, ut aliis placet, 693. Sub his enim bellum exarsit Cæsarem inter et Pompeium, ut fuse narrat Florus IV. 2. Res itaque per annos

circiter viginti, civilibus dissidiis gestas, hoc est, ab eo, quod notavi, tempore ad suum usque consulatum Pollio persequabatur, cum Poëta noster ab instituto cursu illum revocare nitentur hac Ode; forte ne excitata bellorum istorum recordatio asperior sibi faceret Augustum, contra quem militarat; ut explicatur Ode VII. sequenti. Pollionis Historiam altius repetitam volunt alii, nempe a consulatu Q. Metelli Numidici, qui

Bellique causas, et vitia, et modos,

NOTÆ

fuit Consul cum M. Junio Silano, ann. U. C. 641. vel 644. secundum alios : afferuntque testimonium vetustissimi codicis, in quo sic annotatum legitur: *Ex Metello*, id est, ex eo tempore quo Metellus fuit Consul contra Jugurtham. Sed quæ fides? Certe negotium mihi facessit majus eorum sententia qui, Torrentio duce, intelligunt Q. Metellum Scipionem a Pompeio tertium Consule in Collegam adscitum, anno U. C. 701. quoniam lata est tunc ea lex, qua a petitione Magistratum absentes arcebantur, ne excepto quidem Cæsare: Sueton. Jul. Cæsar. cap. 28. nam et cap. seq. 'commotum his Cæsarem,' et paulo post, 'prætextum quidem illi civilium armorum hoc fuisse,' idem testatur. Non moror Q. Metellum Pium cum Sylla Consulem : an. 673. quem afferunt quidam nullo certe aut levi admodum fundamento.

2 *Bellique causas*] Aliæ fuerunt simulatæ; aliæ veræ: hæ profecto erant odium et invidia partium, Ducum autem superbia, avaritia, ambitio, dominandi cupiditas. Lucan. i. 126. 'Nec quenquam jam ferre potest Cæsare priorem, Pompeiusve parem.' Alias vero Principes ipsi obtendebant, Pompeius defensionem libertatis publicæ: Cæsar factam sibi contumeliam, &c. Vide Sueton. Jul. Cæsar. cap. 28. 29. 30. Flor. iii. 23. et iv. 2. et seq. Plutarch. Appian. Oros. Dion. Cæsaris etiam de Bell. Civil. i. 4. ubi sic habet: 'Neminem dignitate secum exæquare volebat Pompeius: simul infamia legionum permotus, quas ab itinere Asiæ Syriæque ad suam potentiam dominatumque converterat, rem ad arma deduci studebat,' &c. De seipso vero scribens, ita queritur: 'Novum in Republica introductum exemplum, ut Tribunitia

intercessio armis notaretur atque operimeretur, quæ superioribus annis esset restituta . . . . sibi semper Republicæ primam dignitatem, vitæque potiorum: doluisse se quod Populi Romani beneficium sibi per contumeliam ab inimicis extorqueretur, ereptoque semestri Imperio, in urbem retraheretur,' &c.

*Et vitia, et modos*] Vitiosos modos, improbas agendi rationes. 'Jus datum sceleri,' quod ait Lucanus. Florus cit. iv. 2. 'Marianam Cinnanamque rabiem, Syllanamque tempestatem, Cæsaris furorem atque Pompeii' vocat. Et paulo post, 'Non recte civile tantum, nec sociale, aut externum' dici bellum oportere, ait, 'sed commune quoddam ex omnibus, et plusquam bellum. Quippe si duces ejus inspicias, totus Senatus in partibus: si exercitus, hinc undecim legiones, inde decem et octo, flos omnis et robur Italici sanguinis: si auxilia sociorum, hinc Gallici Germanique delectus; inde Dejotarus, Ariobarzanes, &c. . . . si moram belli, quatuor anni, et pro clade rerum breve tempus: si locum intra Italiam, inde se in Galliam Hispaniamque deflexit: reversumque ab Occasu, totis viribus in Epiro Thessaliaque consedit: hinc in Ægyptum, inde in Asiam; rursumque in Africam, postremo in Hispaniam remigravit. Nec vero prius quievit, quam in urbe ipsa, medio Senatu, eorum qui victi erant, odia victoris sese cæde satiarent,' &c. et hi quidem 'modi,' hæc belli 'vitia.' Ducum autem pravæ affectiones quis non intelligebat? Flor. iv. 2. 14. 'Pompeio suspectæ Cæsaris opes, Cæsari vero Pompeiana dignitas erat gravis. Nec hic ferebat parem, nec ille superiorem. Nefas! Sic de principatu laborabant, tanquam duos tan-

Ludumque Fortunæ, gravesque  
Principum amicitias, et arma  
Nondum expiatis uncta cruoribus,

5

tiones, et Fortunæ jocum, et Ducum consensiones Reipublicæ damnosas, et arma nondum lustrato sanguine conspersa describis; argumentum sane periculosum et

//////////

c. civium.—5 Bentl. emend. *tinctu cruoribus*, Schradero minus probante; nam contra illum faciunt non modo codd. omnes, sed etiam mos librariorum trita

## NOTÆ

ta Imperii fortuna non caperet,' &c. et paulo post: 'Pompeius ab Italia, Senuat ab urbe fugatur: quam pæne vacuum metu Cæsar ingressus, Consulem se ipse facit. Ærarium quoque sanctum, quia tardius aperiebant Tribuni, jussit effringi: censumque et patrimonium Populi Romani ante rapuit quam Imperium.' Hisce tamen tam violentæ cupiditatis conatibus Juris speciem prætexebat Cæsar, de Bello Civili 1. 22. scribens: 'Se non maleficii causa ex provincia egressum, sed uti se a contumeliis inimicorum defenderet; ut Tribunos plebis ea re ex civitate pulsos in suam dignitatem restitneret; ut se et Populum Romanum paucorum factione oppressum in libertatem vindicaret.' Et apud Sueton. Jul. cap. 30. Asinius ipse Pollio testatur Cæsarem, Pharsalica cæsos acie cernentem adversarios, in hæc erupisse verba: 'Hoc volnerunt: tantis rebus gestis C. Cæsar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petissem.'

3 *Ludumque Fortunæ*] Quæ gaudet res quietas miscere; hos attenuare, illos imo tollere de gradu; vertere funeribus triumphos. Vide supra 1. Od. 34. et 35. et Flor. ante cit. 'Turpe dictu: modo princeps patrum, pacis bellique moderator per triumphatum a se mare, lacera et inermi nave fugiebat.'

*Gravesque Principum amicitias*] Triumviratum nempe, quo nihil unquam

fuit bonis ac Reipublicæ gravius. Cato dicebat non ex inimicitiiis Cæsaris et Pompeii, sed ex ipsorum et Crassi societate et amicitia, provenisse omnia Reipublicæ mala. Hos igitur Principes intellige: vel Augustum, Lepidum, et Antonium; qui certe omnes rem suam non publicam quærentes Imperii Populique Romani libertatem pessumdedere. Lucan. 1. 98. 'Tempus ad Augusti mansit concordia discors: Paxque fuit non sponte Ducum.'

4 *Arma Nondum expiatis uncta cruoribus*] Bella vixdum bene sopita, recrudescentes quotidie dissensiones, 'nec finita cum bello partium odia,' ut ait Flor. cit. Theodorus Marcellius explicat, cives armilustro nondum expiatis, nondum acto censu, nec lustrato condito: tunc nimirum cives omnes in Campum Martium armati conveniebant, ibique sacrificiis, sive Solitaurilibus lustrabantur. Dionys. Halicarn. Antiq. Rom. lib. iv. scribit: 'Servium Tullium cives omnes in maximum ante urbem campum in armis convenire jussos, et in suis quosque ordinibus constitutos, expiasset, tauro, ariete, et hirco, ter exercitum circumductis, moxque immolatis: atque censu peracto eam purgandi rationem apud Romanos hactenus observatam ab iis qui sacratissimum obtinent Magistratum, lustrumque appellatam.' Hæc vero jam potitus rerum Augustus religiose præ-



Periculosæ plenum opus aleæ,  
 Tractas; et incedis per ignes  
 Suppositos cineri doloso:  
 Paulum severæ Musa Tragœdiæ  
 Desit theatris; mox, ubi publicas 10  
 Res ordinaris, grande munus  
 Cecropio repetes cothurno,

*lubricum: et ambulat per ignes sub fallaci latentes favilla. A scena tantisper absit austeræ Musa Tragœdiæ: deinde, cum publica negotia composueris, ingens opus*



raris vix mutantium.—7 *Jactas pro Tractas* Harl. 2.—10 *Desit; theatris mox,* &c. distinguit Best. Rat. Emend. Legg. cap. 20. p. 167. probante Klotz. Lectt. Venus. p. 238. ‘Sed languet sane τὸ theatris cum sequentibus junctum, et minus poetice dicitur Musa deesse tragœdiæ, quam theatris.’ *Jani. Desit, theatri mox* (grande munus), &c. mallet Klotz. Lectt. Venus. ibid. Harl. 5. *ubi bellicus.*—12 *Cecropii r. cothurni* conj. Dan. Heinsius, ut infra ‘mu-

NOTÆ

stitit anno sui regni 16. cum anno præcedenti, celebri triumpho Romam ingressus, Cleopatræ liberos ante currum duxisset; atque Nicopoli juxta Actium condita, ibidem agonem Actiacum instituisset. Euseb. Chron. Vide Varronem de Ling. Lat. lib. v. Liv. 1. 28. et 44. Festum in Armilustrio; Asconium, Alex. ab Alex. v. 27. Horat. 1. Od. 2. ‘Cui dabit partes sceles expiandi Jupiter?’

6 *Periculosa plenum opus aleæ, Tractas*] Monet Pollionem Horatius ne properet suum de bellis civilibus opus, seu poemata seu historiam, evulgare; sed potius expectet donec compositæ res sint, cum metuenda non erit amplius cujusquam offensio.

7 *Incedis per ignes Suppositos cineri doloso*] Recenti nempe injuriarum memoria, flagrantibus adhuc discordiis, quis posset res ex fide historiæ narrare et persequi, citra plurimorum offensionem? certe ut e scintillis sub cinere latentibus incendium, ita e potentium vituperatione suboriuntur iræ, odia, ultio.

9 *Paulum severæ Musa Tragœdiæ*

*Desit theatris*] Seu Tragœdia, cui præest Melpomene, seu historia bellorum civilium res Tragicas complectens, cui præsidet Clio, ne proferatur in lucem ante commodum tempus. At ubi pro Consulibus auctoritate et diligentia res turbatas pacaveris, tum vero edes quæ a te gravi stylo scripta sunt. Certe Pollionem Tragœdias scripsisse et belle quidem, satis indicat Virgil. Eclog. VIII. 10. ubi ait: ‘Enerit ut liceat totum mihi ferre per orbem Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno?’ Nec enim de Augusti Ajace imperfecto intelligunt ea verba docti, sed de Pollionis Tragœdiis: sicut et Dalmaticum ejusdem triumphum notant aperte quæ sequuntur et quæ præcedunt: ‘Sive oram Illyrici legis æquoris, . . . hauc sine tempora circum Inter victrices hederam tibi serpere lauros.’ Horat. 11. Sat. 10. 42. ‘Pollio regum Facta canit pede ter percusso.’ Id est, Senariis versibus Iambicis, quorum usus est in Tragœdiis. Servius autem in Eclog. III. ad vs. 86. ‘Pollio et ipse facit nova carmina,’ citat hanc Hora-

Insigne mœstis præsidium reis,  
 Et consulenti, Pollio, curiæ;  
 Cui laurus æternos honores  
 Dalmatico peperit triumpho.  
 Jam nunc minaci murmure cornuum

15

*resumes stylo Tragico, o præclarum solatium tristibus reis et Senatui consilium exposcenti, Pollio, cui laurea immortale paravit decus in triumpho Dalmatico. Jam-*

~~~~~

nus nœniæ.' *Cecropios repetet cothurnos* conj. Nic. Heins. ap. Bentl.—14 Lips. 1. o *Pollio*.—15 Helmstad. a m. pr. *externos honores*.—16 *Dalmatio*

NOTÆ

tii Oden, ut Tragœdiarum scriptorem probet fuisse Pollionem.

12 *Cecropio cothurno*] Cothurnus Tragœdorum altus et sublimis calcæus poni solet pro excelsa et magnifica oratione, qualis decet Tragœdiam, cujus origo ex Athenis, ubi regnavit Cecrops: claruerunt autem primi Tragœdiarum scriptores Thespis, Æschylus, Sophocles, Euripides.

13 *Mæstis præsidium reis*] Seu quod dicendi facultate clarissimus multos in foro defenderat: seu quod Senatores aliosque proceres, qui contra Augustum steterant, ad Pollionis confugientes patrocinium, in Cæsaris gratiam redire veniamque impetrare satagebant; quibus ille opitulari, ut et Horatio Virgilioque, præsidiumque salutis esse non detrectabat, perinde ac Mæcenæ. 1. Od. 1.

14 *Consulenti curiæ*] Tum quia dare consilia laboranti Curiæ Pollio Consul debebat; tum vero maxime quod ob summam prudentiæ laudem, nec minorem apud viros Principes gratiam, de constituendæ Reipublicæ rationibus, rebusque componendis, a Patribus enixe consulebatur.

Pollio] Is orator, poëta, et historicus non vulgaris, exercituum etiam ductor non inglorius, consulatum laudabiliter gessit cum Cn. Domitio Calvino, an. U. C. 713. Ejus meminere

Quintil. pluribus locis; Sueton. tum in Cæsare cap. 30. et 55. tum de Illustr. Gramm. c. 10. Dio l. xxxvii. xlix. lv. Tacit. lib. vi. Seneca lib. de Tranquill. Animi, sub finem; et Epist. 100. Vell. Patercul. lib. ii. Plin. vii. 30. et alibi: Plutarch. in Vita Cæsaris, &c. Virgilium autem Bucolica Pollioni inscripsisse non dubitant Eruditi, ut Mæcenati Georgica, Æneida Augusto.

15 *Cui laurus æternos honores Dalmatico peperit triumpho*] Qui laudem et gloriam nactus es nunquam intermorituram tum cum lauro, ex more, coronatus triumphasti de Salona Dalmatiæ urbe a te expugnata. Inde Saloninum vocavit ille natum eo tempore filium, cujus Genethliacon canit Virgil. Eclog. iv. Fueritne Pollio Consul ante quam triumpharet, an triumphum duxerit ante consulatum, disputant aliqui, sed quid hæc ad nos, et ad hunc Horatii locum?

17 *Jam nunc minaci murmure cornuum, &c.*] Belli tumultum, prælii strepitum, clangentium et increpantium tubarum quasi minas ac terrorem sic depingis, o Pollio, ut his adesse videatur sibi quisquis tua scripta perlegit. Quod fit per hypotyposim, quam et hic Horatius præbet egrégiam, tam graphice exprimens ea ipsa quæ laudat in Pollione, ut ea

Perstringis aures ; jam litui strepunt ;

Jam fulgur armorum fugaces

Terret equos equitumque vultus.

20

Audire magnos jam videor duces

jam aures verberas minaci tubarum sonitu : jam clangunt litui : jam splendor armorum percellit equos fugientes, et equitum faciem. Jam videor audire summos Prin-



conj. Cuning. et Sanad. ad 1. Od. 1. 4.—18 Ed. Sivriana, *Præstringis*.—19 *Jam fulgur* Ascens. et Wakef. Vid. Oudendorp. ad Frontin. 11. 3. 14. et Havercamp. ad Lucr. 11. 327.—21 *Videre magnos* emend. Phil. Beroald. ad Cic. Tusc. v. 39. et sic duæ edit. Martignac. Bentl. Cuning. Sanad.—

NOTÆ

veluti ponat ob oculos, rerumque atrocitate mentem conentiat.

Cornuum] Varro de Ling. Lat. lib. IV. ‘Cornua dicuntur, quod ea quæ nunc sunt ex ære, tunc fiebant ex bubulo cornu.’

Murmure cornuum Perstringis aures] Cæsar Bell. Civil. III. 92. ‘Neque frustra antiquitus institutum est, ut signa undique conciderent, clamoremque universi tollerent: quibus rebus et hostes terreri, et suos incitari existimaverunt.’ Contra tamen alii sensere, teste Gellio, Noct. Att. I. 11. ex Homero: ‘Ast ibant taciti spirantes robur Achivi.’ Aditque: ‘Quid ille vult ardentissimus clamor Romanorum militum, quem in congressibus præliorum fieri solitum scriptores Annalium memoravere? Contrane institutum fiebat antiquæ disciplinæ tam probabile? An tum etiam gradu clementi, et silentio est opus, cum ad hostem itur in conspectu longinquo procul distantem? cum vero prope ad manus ventum est, tum jam e propinquo hostis et impetu propulsandus et clamore terreundus est?’ &c.

19 *Fugaces Terret equos equitumque vultus*] Cæsar de Bel. Civil. III. 94. ‘Cum recentes atque integri defessis successissent, alii autem a tergo adquirentur, sustinere Pompeiani non

potuerant, atque universi terga verterunt... Primum equitatus est pulsus: . . . Pompeius ut equitatum suum pulsum vidit, cui maxime confidebat. . . . protinus se in castra equo contulit,’ &c. Quare vero tacet hic Cæsar suum illud strategema, quo maxime hostium fuga, et strages, sibi que victoria contigit? Nimirum ex Plutarcho, Appiano, Lucano, aliisque, cohortibus suis mandaverat Cæsar, ut adversariorum ora, oculos vultusque gladiis peterent. Flor. IV. 2. ‘Obsequitantis Cæsaris exceptæ voces, altera cruenta, sed docta et ad victoriam efficax: ‘Miles faciem feri;’ altera ad jactationem posita: ‘Parce civibus.’ ‘Dolus an virtus quis in hoste requirat?’ Sua certe Cæsarem non fefellit callida mens. Enimvero sciebat Pompeianos omnes fere nobiles, ætatis flore orisque venustate nimium quantum affectos, nunquam laturos impetum et ignominiam istam, atque ea vultus deformatione, a qua abhorrebant, in fugam avertendos. Flor. cit. ‘Stragem fugientis equitatus levis armaturæ ruina comitata est. Tunc terrore latius dato turbantibus invicem copiis, reliqua strages quasi una manu facta est.’

21 *Audire magnos jam videor duces*] Utriusque partis Imperatores ante

Non indecoro pulvere sordidos ;
 Et cuncta terrarum subacta,
 Præter atrocem animum Catonis.

cipes glorioso pulvere squalidos ; omnemque terrarum orbem domitum, excepto Ca-

//////////

23 *En cuncta* Var. Lect. ap. Jones.—25 *Juno Deorum* Dess. 2. *quicquid ani-*

NOTÆ

prælium oratione incitantes militum animos virtutemque acuentes, pollicitis et obstestationibus adhibitis. Sueton. Jul. Cæsar. cap. 33. 'Pro concione fidem militum flens ac veste a pectore discissa invocavit. Existimatur etiam equestres census pollicitus singulis, per quos dignitatem suam defensurus esset,' &c. Vel *audire videor Duces* victæ partis, subactam deflentes causam meliorem, atque pessumdatam libertatem et Rempublicam.

Magnos duces] Pompeium in acie Pharsalica profligatum: Labienum, Afranium, Jubam, in Africa: Pompeii filium in Hispania ad Mundam urbem: ejusque fratrem Sextum Pompeium, qui Corduba in Siciliam, et hinc in Asiam fugiens tandem ab Antonianis ibi cæsus est.

22 *Non indecoro pulvere sordidos*] In ipso conflictu, mediaque acie per singulos ordines discurrunt interdum duces, hos illosque ad strenue pugnandum adhortantur non verbis solum sed et exemplo, glorioso proinde ipsi pulvere conspersi. Apud Livium passim. Flor. cit. de Philippensi certamine: 'Multus in eo prælio Cæsar fuit, mediusque inter Imperatorem et militem. Voces quoque obequitantis exceptæ,' &c. Apud Mundam vero idem Cæsar, 'ablegato equo, similis furenti primam in aciem procurrit. Ibi pensare fugientes, confirmare; per totum denique agmen, oculis, manibus, clamore volitare.' Vel, si referas ad posteriorem

interpretationem mox allatam, *pulverem* accipe, in quo volutantur occumbentes pro patria et libertate civium. Vide I. Od. 1. 3. et Ode xv. vs. 20.

24 *Præter atrocem animum Catonis*] Cato apud Uticam interire maluit, quam hostium patriæ, qui jam vicebant atque omnia pæne tenebant, faciem videre. Plutarch. de eo Cæsar dixisse narratur: 'Tuam ego tibi mortem invideo, Cato, quia tu mihi salutem tuam invidisti.' Lucan. 1. 28. 'Victrix causa Deis placuit; sed victa Catoni.' Flor. cit. 'In Africa cum civibus multo atrocius quam in Pharsalia...satis ample sonabant in Pompeiani nominis locum Cato et Scipio. Accessit copiis Mauritanix rex Juba, videlicet ut latius vinceret Cæsar. Nihil ergo inter Pharsaliam et Thapson, nisi quod amplior, eoque acrior Cæsarianorum impetus fuit, indignantium post Pompeium crevisse bellum...Cato non interfuit bello: positisque apud Bagradam castris Uticam velut altera Africæ claustra servabat. Sed accepta partium clade, nihil cunctatus, ut sapiente dignum erat, mortem etiam lætus accivit...perlecto nocte ad lucernam Platonis libro, qui immortalitatem animæ docet, paululum quievit: tum circa primam vigiliam stricto gladio revelatum manu pectus semel iterumque percussit,' &c. Bene ergo Poëta ait *cuncta terrarum subacta*, sed non subactum Catonis animum *atrocem*, id est, invictum, intrepidum,

Juno, et Deorum quisquis amicior
 Afris inulta cesserat impotens
 Tellure, victorum nepotes
 Retulit inferias Jugurthæ.

25

tonis animo inricto. Juno aliique Dii Africanis faventes demigrarant impares, terra illa non vindicata; at modo victorum posteros Jugurthæ repræsentant infe-

cias Var. Lect. ap. Jones.—26. 27 Post *Afris* comma, et post *Tellure* majorem distinctionem ponunt multæ edd. vett. cum Lamb. Cruq. Torrent. Heins. R. et H. Steph. Delph. Bond. Schrevel. Baxt. Comb. et Wakef. 'male: una sententia est.' Jani.—28 *Rettulit*, ut alias 'relligio,' 'reliquiæ,'

NOTÆ

flecti nescium, denique Portia gente ac severitate superbum.

25 *Juno, et Deorum quisquis amicior Afris, &c.*] Dii qui Numidis in bello Jugurthino faverant, cum tunc eos defendere non possent, urgentibus nimirum fati, cumque amicam ulcisci terram ac gentem modo non liceret, suum in Romanos odium distulerunt, tandemque expleverunt, quando victores ipsos aut eorum nepotes velut hostias mactarunt, atque inferias Jugurthæ et Afrorum manibus in Africa ipsa dederunt ac retulerunt; tum nempe cum ad Thapsum urbem Africæ maritimam quinque hostium myriadas interfecit Cæsar, annitente quidem Asinio Pollione, una die tribus exercitibus superatis, Consularibus ac Prætoriiis viris compluribus aut captis aut cæsis, aut ad voluntariam necem adactis; victis denique Scipione, Afranio, Juba, Catone. Plutarch. in Vita C. Cæsaris, Florus, &c.

Juno] Virgil. Æneid. I. 16. Carthaginem Junoni dilectam ostendit his verbis: 'Carthago, ... Quam Juno fertur terris magis omnibus unam Posthabita coluisse Samo: hic illius arma, Hic currus fuit: hoc regnum Dea gentibus esse, Si qua fata sinant, jam tum tenditque, fovetque.'

26 *Cesserat*] Demigrarat inde, vel-

ut resistere fati impotens. Ex veteri porro consuetudine Romanorum evocabantur ex obsessis urbibus Dii earum Tutelares. Solenne illud evocationis carmen refert Macrobi. Saturn. III. 9. 'Si Deus, si Dea est, cui populus civitasque Carthaginiensis est in tutela, teque maxime ille, qui urbis hujus populique tutelam recepisti, precor venerorque, veniamque a vobis peto, ut vos populum civitatemque Carthaginiensem deseratis; loca, templa, sacra, urbemque relinquatis, absque his abeatis: eique populo civitatisque metum, formidinem, oblivionem injiciatis; proditique Romam ad me meosque veniatis; nostraque vobis loca, templa sacra, urbs acceptior probatiorque sit: mihi quoque, populoque Romano, militibusque meis præpositi sitis, ut sciamus intelligamusque. Si ita feceritis, voveo vobis templa ludosque futurum.'

27 *Victorum nepotes*] Scipionis Africani, qui victo Hannibale vectigalem Populo Romano fecerat Carthaginem, nepos Q. Scipio primo quidem in Cæsarianos bellum non infeliciter gerens, ab iis demum profligatus occubuit; ut ante dixi. Appian. lib. II.

28 *Retulit inferias*] In mortuorum sacris olim juvenes inferebantur mactabanturque ad placandos horum san-

Quis non Latino sanguine pinguior
 Campus sepulcris impia prælia
 Testatur, auditumque Medis
 Hesperiaë sonitum ruinæ ?

30

Qui gurgēs, aut quæ flumina lugubris
 Ignara belli ? quod mare Dauniæ

rius. Quis ager pinguior Latinorum cruore non exhibet tumulis infanda certamina, et cadentis Italiaë fragorem Medis auditum? Quæ vorago, quive fluvii non noverunt pugnas funestas? Eccejus maris Apuliaë colorem non mutarunt strages?

//////////

&c. Lamb. Torrent. Crnq. Delph. Bond. Schrevel. Heins. Steph. et Wakef. Sed vide Heyn. ad Virg. Æn. v. 598.—33 *Quis ginges* Harl. 6. et Alt. 1. Locher. et Venett. 1478. 1492. 1590. *ecquæ flumina* emend. Cuning. et Sanad.

NOTÆ

guine illorum manes : postea gladiatores introducti ad tumulos defunctorum pugnantes. Cum vero dux in acie cæsus esset, capti ex hostibus ad ejus sepulcrum immolabantur ac velut inferiæ ei mittebantur. Iliad. Ψ. 175. Achilles Patrocli manibus placandis duodecim Trojanos mactat, atque in ejus pyram injicit. Virgil. Æneid. x. 517. ‘Sulmone creatos Quatuor hic juvenes, totidem quos educat Ufens, Viventes rapit, inferias quos immolet umbris, Captivoque rogi perfundat sanguine flammæ.’

Jugurthæ] Is Rex Numidarum acri vir impigroque ingenio, manu promptus, et gloriæ militaris appetens, magnum et atrox variaque victoria cum Populo Romano bellum gessit, donec missus in Numidiam Marins Jugurthæ fregit opes, ipsamque ad extrema compulit. Is enim ad Bocchum Mauritaniam regem fugere coactus, ab ipso proditus, ac Syllæ traditus est, a quo perductus ad Marium, hujus triumphum decoravit : denique trusus in carcerem, illic mœrore contabuit. Ex Sallustio.

29 *Quis non Latino sanguine pin-*

gior Campus] Istum Poëtæ nostri a Pollionis laudatione ad civilium bellorum deplorandas clades et ærumnas transitum non probat Scaliger, cum tamen Pindarus aliique insignes Poëtæ frequentius nihil habeant, nihilque ornatus quam ejusmodi digressiones, iisque summam artem exhibere soleant.

31 *Auditumque Medis Hesperiaë sonitum ruinæ*] Tantam Romanorum cladem et tam famosam, ut remotissimis usque ad Orientem populis audita sit. De Medis et Hesperia dixi lib. 1.

34 *Dauniæ*] Id est, Apuliaë, ut notavi lib. 1. Hanc vero memorat Horatius eo quod per Adriaticum mare Cæsar Brundisio profectus Pompeium insecutus sit. Vide Comment. Cæsar. de Bell. Civil. 1. 27. et seq. et 111. 2. et seq. ubi sic habetur : ‘Dictatura se abdicat Cæsar, ab urbe proficiscitur, Brundisiumque pervenit. Eo legiones duodecim, equitatum omnem venire jusserat. Sed tantum navium reperit, &c.... gravis autumnus in Apulia, circumque Brundisium,’ &c.

Non decoloravere cædes?
 Quæ caret ora cruore nostro?
 Sed ne, relictis, Musa procax, jocis,
 Cææ retractes munera næniæ;

35

Quæ regio non imbuta nostro sanguine? Verum, o Musu audacior, ne demissis



et quæ quidam codd. et edd. ap. Cuning.—35 Nec Mentel.—37 ‘Constructioni nimis incompositæ atque lianti per interpunctionem meliorem dedimus operam subvenire: Sed, ne relictis, Musa procax, jocis Cææ retractes m. næniæ, Mecum, &c. Ordo est: Sed, Musa, quære modos, ne retractes,’ &c. Wakef.—38 Multæ edd. vett. Cææ; sed Gr. est Κείος, Κήϊος. munia næniæ var. lect. ap. Jones. funera næniæ conj. Nic. Heinsius; vulnera næniæ codex ap. Cha-

NOTÆ

35 *Decoloravere cædes*] Lucan. II. 714. ‘Hic primum rubuit civili sanguine Nerens.’

36 *Quæ caret ora cruore nostro*] Vide supra Not. ad vs. 2. ubi e Floro verba hæc retuli: ‘Bellum intra Italiam, inde se in Galliam Hispaniamque deflexit; reversumque ab occasu, in Epiro Thessaliaque con-sedit: hinc in Ægyptum, inde in Asiam, rursumque in Africam, postremo in Hispaniam remigravit,’ &c.

37 *Sed ne, relictis, Musa procax, jocis, &c.*] Ad seipsum convertitur Horatius: quo vero progredieris, mea Musa? inquit. Quidve refricas obducta vulnera? Et cur ab instituto recedimus? Ne, relictis jocis mihi familiaribus, et cantilenis facietis et amatoriis, ad graviora pariter ac tristiora deflectamus. Ergo tenuiores potius modulos atque jocularia carmina more nostro consecremur. Certe leviora ista minori periculo tractabimus.

38 *Cææ munera næniæ*] Luctuosos versus velut inditos a Nænia Dea, de qua Cæl. Rhodig. XXII. 3. vel lugubre carmen, quod primus invexit Lyricus Poëta Simonides, e Cæa insula oriundus; quæ quidem e Cycladibus est. Ovid. Heroid. Epist. xx.

222. ‘Cingitur Ægæo nomine Cæa mari.’ Doricam ille secutus est Dialectum. Quintil. x. 1. sic habet: ‘Simonides tenuis, alioqui sermone proprio, et jucunditate quadam commendari potest: præcipua tamen ejus in commovenda miseratione virtus, ut quidam in hac eum parte omnibus ejusdem operis auctoribus præferant.’ Hoc idem testatur Dionys. Halicarnass. Refert Suidas Stesichoro posteriorem, Melicerten cognominatum ob suavitatem, Threnos, Eucomia, Tragædias, et alia scripsisse, &c. Meminit et alterius Simonidis Ceii, qui prioris fuerit e filia nepos, et scripserit quædam, ante bellum Peloponnesiacum.

Næniæ] Ex Non. Marcell. carmen est inconditum quod mulier dicta præfica exhibet his, quibus mortuis propinqui non essent. Ex Varrone IV. de Vita Populi Romani ad tibias et fides cantari solebat. Cic. de Leg. II. n. 61. ‘Honoratorum,’ inquit, ‘virorum laudes in concione memorantur; easque ad cantus et tibicinem prosequuntur, cui nomen næniæ, quo vocabulo etiam Græci cantus lugubres nominant.’

Mecum Dionæo sub antro
Quære modos levioire plectro.

40

lulis, Ceos luctus reponas: mecum potius sub Dionæo specu tenta modulos pectine leviori.

//////////

bot.—40 Petrens. Bentleii, *levioire lyra.*

NOTE

39 *Mecum Dionæo sub antro*] Dionæa modulemur carmina, id est, amatoria et Venerea, ut dixi; vel forte, in honorem Augusti, qui ducit genus a Venere, cujus matrem Dionem ce-

lebrat Homer. Iliad. E.

40 *Levioire plectro*] Stylo mediocri. Pollio quidem sublimes et Heroico versu Tragica describit: nos autem leviori decet canere Lyrica.

ODE II.

AD C. SALLUSTIUM CRISPUM.

C. Sallustium Crispum Historici ex sorore nepotem Mæcenatique suo Augusti gratia proximum, laute splendideque magna fortuna utentem, commendat Catonianis et Stoicis, quorum dogmata ad luxuriam vaferrime detorquet. (Laudatur Sallustius ob usum divitiarum rectum. *Zewn.*)

NULLUS argento color est, avaris
Abdito terris, inimice lamnæ

O Sallusti Crispe, qui aversaris laminas terris avaris conditas, certe pecunia non

//////////

Ode duodecima Libri tertii in Ed. Sanadoni. Vet. codex Barthii, *Crispus Sallustius liberalis*; vett. edd. *Ad Sallustium de Liberalitate et Temperantia.*—1. 2 ‘Cuning. emend. honor est, audacius. N. a. color est, avaris *Abditæ* terris *inimice* l. emend. Lamb. contra omnes codd. absurdum putans sensum prod-

NOTE

Metrum idem quod supra 1. Od. 2. 1 *Nullus argento color est, &c.*] Si quid habet pecunia nitoris, id omne mutuatur a recto usu. Quapropter, o Sallusti, jure inimicus es iis, qui opes suas terræ infodiunt et abscondunt, auro et argento non utentes, quæ tamen sunt duntaxat ad usum facta. Aristot. Ethic. lib. 1v. ‘Ο πλοῦτος δ’ ἔστι τῶν χρησίμων. Cyrus apud Xenophont. ‘Pecuniis utimini: nam in terram satis sit corpora defodi, cum quisque diem obierit.’ Cas-

siodor. Epist. 1v. 34. ‘Divitis auri vena similis est reliquæ terræ, si jaceat: usu crescit ad pretium.’

2 *Abdito* [*Abditæ*] Alii legunt *abdito*. Sed quorsum tanta ea de lectione contentio, cum par utrimque sensus exoriatur? *Abditæ* vero seu in fodinis a natura, seu in cavernis et terræ latebris, ab hominibus avaris thesauros ut plurimum defossos custodientibus.

Lamnæ] Lamina, et per syncopen ‘lamna,’ item ‘lamella,’ bractea est

Crispe Sallusti, nisi temperato
 Splendeat usu.
 Vivet extento Procleius ævo
 Notus in fratres animi paterni :

5

*habet ullum splendorem, nisi usu fulgeat moderato. Procleius vigebit ætate pro-
 rogata, conspicuus ob animum erga fratres paternum: illum fama perennis rehet*

ire e vulgata: *N. argento c. est avaris A. terris . . . nisi temperato Spl. u.* Sed quis jubet eum ita conjungere? Interim ejus exemplum secuti Venet. 1590. Barth. Advers. xxxvi. 14. Torrent. Chabot. Heins. Rutg. Desprez. Dacer. Jones. et plurimæ edit. recent. etiam Sivr. Vulgatam lectionem, antiquam illam, et quæ optimum sensum præbet, defendunt inprimis Cruq. Bentl. et Sanad. eamque retinuerunt etiam (præter edit. vett. ante Lamb.) Fabric. T. Fab. Steph. Cun. et Baxt. *abdito terris; inimica lamna* est emend. Ge. Fabric. et post eum nuper Anton. Birrius Specim. Animadv. Horat. Sed doctior et Sallustio gratior vulgata. *Jani. Abditæ terris* habent etiam Venet. 1559. R. Steph. Bond. Schrevel. et Minell. *Abdito terris* Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Brod. Mitsch. Bipont. Wetzel. Comb. Wakef. et Kidd. Post *terris* Bentl. Mitsch. et Kidd. punctum ponunt vulgo dictum semicolon. Plurimi eodd. apud Marcil. Pulm. 1. 2. Lips. 1. alii, *lanæ* vel *lammæ*. Eadem diversitas est r. Epist. 15. 36.—5 Alt. 1. *extenso P. ævo*. Mentel. *Procleius*.—6 Baxt. distinguit, *Notus, in fratres, &c.* improbante Jani; et ita tamen Wakef. Alt. 2.

NOTÆ

sen crusta exilis ex auro, argento, aliove metallo: ponitur hic pro pecunia. Sunt qui putent alludi ad 'æS Sallustianum in Centronum Alpino tractu,' a Sallustio primum effossum. Plin. xxxiv. 2. Argentum in laminis servari pridem solitum, innuit Seneca, de Vita Beata, cap. 21. scribens: 'Sæcnlum illud, in quo Censorium crimen erat, pauca argenti lamellæ.'

3 *Crispe Sullusti]* C. Sallustium Crispum rerum Romanarum Scriptorem intellexere hactenus omnes fere post Acronem Interpretes: verum bene Torrentius temporum hand rationem convenire subodoratus est. Enimvero de restituito in regnum Phraate mox Horatius; quod aliquot post Actiacam victoriam annis contigit. Non igitur scripta est hæc Ode ad illum Sallustium, qui 'diem obiebat quadriennio ante Actiacum bellum,' teste Eusebio in Chron. Quem igitur hic compellat Horatius? Accipe ex Tacit. Annal. III. 'Crispium

equestri ortum loco C. Sallustius rerum Romanarum florentissimus auctor sororis nepotem in nomen ascevit.' Hunc igitur laudat quod avaritiæ sordes aversetur; solerter autem, occulte, ac velut aliud agens docet (quod infra declaro) ne impingat in majoris avunculi vitia. Is enim, inter alia, ut Inrco, popino, et decoctor notatus. Vide Sueton. de Illustr. Gramm. cap. 15.

5 *Vivet extento Procleius ævo, &c.]* Nunquam peribit aut deficiet memoria viri liberalitate et pietate conspicui; qualis Procleius, ille Romanus Eques, Augusto sic gratus, ut ei filiam nuptui dare meditatus sit. Sororem habuit Terentiam Mæcenatis uxorem: fratres autem Scipionem et Murenam, qui Pompeianas secuti partes, victoris Cæsaris offensionem incurierunt, publicatoque patrimonio ad inopiam redacti. At Procleius iis se velut patrem exhibens, divisa, quæ sua erat, hæreditatis parte, qua

Illum aget penna metuente solvi
 Fama superste s.
 Latius regnes avidum domando
 Spiritum, quam si Libyam remotis
 Gadibus jungas, et uterque Pœnus
 Serviat uni.

10

ala dissolvi refugiente. Amplius dominaberis cupidam vincendo mentem, quam si Libyam addas longinquis Gadibus, atque uni subjiciatur gemina Carthago. Sæva

//////////

in fratres a. fraterni.—7 Porphy. Harl. 1. omnes Torrent. Bentleii Græv. Leid. Regin. et ipse Bentl. agit; sic etiam Kidd. *penna haud metuente* ed. prima Muret. unde in Venet. 1559. et alias quasdam vulgatas venit. Vide Lamb. et Muret. Varr. Lectt. t. 7. *renuente solvi* emend. Sanad.—9 *Latius regnes* unus Bersmanni et Dess. 2.—11 Schrader. emend. *uterque pontus*, Emend. cap. iv. p. 83.—12 *Serviat uni* Harl. 1.—13 Lambini codd. quidam,

NOTE

vicitarent ac sustentarentur, reconciliationem insuper et veniam procuravit. Vide Dion. lib. LIV. Plutarch. in Vita Antonii, Plin. VII. 45.

7 *Illum aget penna, &c.*] Traducet fama nomen Proculeii gloriamque ad posteros: *penna metuente solvi*, nunquam dissolvenda celebritate. Sic alibi, 'culpari metuit fides,' id est, cavet culpari, ita ut nunquam culpetur. Quintil. Declam. VI. 'In ipsa astra sublimem pennata virtus feret.' Sidon. Apoll. VIII. 11. 'Eum jure censeret post Horatianos et Pindaricos cyenos gloriae pennis evoluturum.'

9 *Latius regnes, &c.*] Tac. Annal. III. de C. Sallustio Crispo: 'Ille, quanquam prompto ad capessendos honores aditu, Mæcenatem æmulatus, sine dignitate Senatoria multos triumphalium consulariumque potentia anteit: diversus a veterum instituto, per cultum et munditias; copiaque et affluentia luxu propior,' &c. Hunc itaque monet Poëta, ambitionem frænare, avidum seu pecuniæ seu honoris spiritum domare, gloriosius esse quam dissitas regiones sub jugum

mittere. Ut ergo Sallustius ille prior, quanquam Numidiæ præfectus, nequaquam inde beator fuit, sic nec posterior ab ipso adoptatus, quamvis Libyam Africæ, et Gades Hispaniæ provincias domet, non proinde felix habendus: et si ei *uni serviat* ac subjiciatur *uterque Pœnus*, utraque Carthago, Africana quam Dido, et Hispanica, quam Hasdrubal condidit.

11 *Gadibus*] Gadira Ptolemæo, Gaddir seu Gadir apud Pœnos, hodie *Cadiz*, insula et urbs Hispaniæ Bæticæ a Tyriis condita. Ferrar. γάδειρα, quasi γῆς δειρα, *terræ cervix*. Enstath. in Dionys. Veriorem tamen etymologiam expiscatus videtur qui sic canit: 'Gadir prima fretum solida supereminet arce, Attollitque caput geminis inserta columnis. Hæc Cotinusa prius fuerat sub nomine prisco: Tartessumque dehinc Tyrii dixeret coloni. Barbara quin etiam Gades hanc lingua frequentat: Pœnus quippe locum Gadir vocat undique septum.' Idem testatur Plin. IV. 22. et Hesych. γάδειρα, inquit, Phœnices vocant τὰ περιφράγματα, *septa*.

Crescit indulgens sibi dirus hydrops,
 Nec sitim pellit, nisi causa morbi
 Fugerit venis, et aquosus albo
 Corpore languor.
 Redditum Cyri solio Phraaten,

15

hydropisis sibi largiens ingravescit, neque sitim compescit, donec e venis origo mali, et aqua ægritudo pallente corpore depellatur. Virtus populo discutiens

unus Bland. et Mald. Cruq. *durus*, et Florent. *vilis hydrops*.—17 Codd. ap. Jani variant, *Phraaten*, *Pratatem*, *Phraatem*, *Phraaten*, *Phraortem*, *Phraarten*, et *Phraartem*, ut in Florent. *Phraaten* Glarean. 1536. *Phraarten* conj.

NOTÆ

13 *Crescit indulgens sibi dirus hydrops, &c.*] Trita similitudo, quam eleganter adhibet Poëta, at sine apodosis, ut alias sæpe. Hanc vero sic licet supplere. *Hydropisis non curatur, immo irritatur aquarum potu: sic avaritia et cupiditas angescit nedum satiatur opum accessione.* Juvenal. Sat. xiv. 139. ‘Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.’ Ovid. Fast. i. 211. ‘Creverunt et opes, et opum furiosa cupido: Et cum possideant plurima, plura petunt. Sic quibus intumuit suffusa venter ab unda, Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.’

Hydrops] Metonymia, pro, *hydropicus*. Nomen a Græco ὑδρωψ, aqua: ὑδρωψ, morbus, Latinis *aqua intercus*: ejus non una species: *lencophlegmatian* indicant hæ voces: *aquosus albo Corpore languor*: quando nempe corrupto jecore vel splene non convertitur chylus in sanguinem, sed humore aqueo replentur venæ aliaque minora spatia corporis, quod eo morbo albescit. Cæli. Rhodig. xxvi. 3. ‘Hydropiseos tertiam speciem Celsus *lencophlegmatian* vocat: nos *albam pituitam* dicere possumus,’ &c. ubi et ceteras ejus morbi species, variasque affectiones fuse juxta et docte persequitur. Pariter et *Sammonicus* rite canit: ‘Corrupti jecoris vitio vel sple-

nis, acerbus *Crescit hydrops*: aut cum siccata febre medullæ Atque avidæ fauces gelidum traxere liquorem, Tum lymphæ intercus, vitio gliscente, tumescit, Secernens miseram proprio de viscere pellem.’

17 *Redditum Cyri solio Phraaten, &c.*] Ut porro ostendat non eos omnes regnare aut beatos esse qui populis præsumunt et imperant, affert exemplum *Phraatis*, qui licet in regnum sit restitutus, tamen quia sceleribus inquinat sese, minime censendus in beatorum numero. Atque hinc virtutis documenta instillat *Crispo*, ne propter summam apud Cæsares gratiam, plusculum fortunæ credat, minus autem virtuti innitatur. De eo Tacit. Annal. i. ‘Sallustius *Crispus* particeps secretorum,’ &c. Annal. ii. ‘*Tiberius* ancipiti cura distractus postremo dat negotium *Sallustio Crispo*,’ scilicet coercendi *Clementem*, servum *Agrippæ*, nomine habituque assumto res novas molientem. Annal. iii. cit. *Sallustius* ‘*incolumi Mæcenate*, proximus, mox præcipuus, cui secreta Imperatorum inniterentur; et interficendi *Postumi Agrippæ* conscius, ætate propecta, speciem magis in amicitia Principis, quam vim tenuit. Idque et *Mæcenati* acciderat; fato potentia, raro sempiternæ.’

Cyri solio] Metonymia, totum pro

Dissidens plebi, numero beatorum
eximit Virtus, populumque falsis

Dedocet uti

20

Vocibus; regnum et diadema tutum

Deferens uni, propriamque laurum,

Quisquis ingentes oculo irretorto

Spectat acervos.

e numero felicium expungit Phraatem throno Cyri restitutum; atque emendat plebem fallaci utentem sermone: securum principatum et imperium atque specialem gloriam attribuens ei soli, quicumque grandes cunulos rectis oculis intuetur.

//////////

Glarean. *Phruarten* Baxt.—18 Porphy. *Dissidens plebis numero, beatorum*, &c. omnes Bland. Bentleii Regin. Harl. 3. 4. 5. 6. Helmstad. a. m. pr. Venet. 1478. etiam *plebis*, quod Cruquio valde placet. *plebi* servant Harl. 1. 2. aliique codd. cum edd. vet. et auctoritate Prisciani, p. 1158. defenditur. Quidam codd. ut Alt. 1. Alt. 2. a. m. sec. Florent. 1482. Vet. Comb. Venet. 1483. 1486. 1490. Ascens. 1519. et Locher. *numero beatum*.—19 Baver. Epist. Sbnitar. de nonnullis Hor. loc. conj. *populique*, quia *populus* expers sit talis doctrinae, nec dedoceatur a Sapientia sic judicare. Hanc conj. non improbat Jani.—22 *Deferentem uni* conj. Birrins ap. Gesner. *Deferens una*, p. l. *Si quis*, sive *Cum quis* conj. Cuning.—24 *Sprevit acervos* conj. Crusius; *Spernit acervos* conj. With. recepit solus Kidd.

NOTÆ

parte. Parthiæ regno, quod tenuit etiam Cyrus subacto toto Oriente. Phraatis historiam narrat integram Justinus lib. XLII. sub finem: 'Fatumi Parthiæ fecit, in qua jam quasi solenne est reges parricidas haberi, ut sceleratissimus omnium, et ipse Phraates nomine, rex statueretur. Itaque statim quasi nollet mori, patrem interfecit; fratres quoque triginta trucidat. Sed nec in filiis cessant parricidia. Nam cum infestos sibi optimates propter assidua scelera videret, ne esset qui nominari rex posset, adultum filium interficere jubet. . . . cum multa crudeliter consuleret, in exilium a populo suo pellitur. Itaque cum magno tempore finitimas civitates, ad postremum Scythas precipibus fatigasset, Scytharum maximo auxilio in regnum restituitur,' &c. Phraatem ab Augusto restitutum alii referunt. Vide Dion. lib. LI. et seq. Strabonem, &c.

18 *Numero beatorum*] Versus hypermeter, cujus ultima syllaba ad sequentem versum pertinet *Eximit virtus*. *Beatum plebs* imperita vocet et dicat Phraatem, quia regno potitur; at *virtus* aliud omnino decernit, *eximit* enim et expungit *e numero beatorum* sceleratos quosque, licet opulentos.

19 *Populumque falsis Dedocet uti Vocibus*] Laborat et satagit, ut errorem hunc plebs excutiat, quo dives quisque ab ea existimatur ac prædicatur beatus; Stoicum vero dogma asserat, 'solum sapientem beatum esse, regem,' &c. Ipsa enim virtus propriam sibi laurum et gloriam, proindeque tutum diadema regnumque, veram denique felicitatem ei defert uni, qui opes contemnit, oblatisque auri argentique acervis adeo non movetur, ut nec oculos convertat. Sic Curius Samnitum et Pyrrhi sprevit dona. De quo l. Od. 12. 41.

23 *Oculo irretorto*] Rectis oculis,

NOTÆ

non obliquis, strabis, invidis, adeoque non sæpe ad id quod concupiscitur retortis. Græci, ὀρθοῖς ὄμμασι προσβλέπειν. Ovid. Met. II. 776. describens invidiam, ait: 'Nusquam recta acies.' Facit ad rem quod Nonius Marcellus in voce 'Strabones' refert ex Varone, περὶ ἐπαρχιῶν: 'Multi enim qui limina intrarunt integris oculis, strabones sunt facti: habet quiddam enim ἔλκυστικὸν provincialis formosula uxor.' Lucil. I. 27. 'Nulli me invidere, non strabonem fieri sæpius deliciis me istorum.' Vel, *oculo irretorto*, id est, aspectu simplici, nec iterato; quod

contemptum indicat, sensumque nostri Poëtæ plane assequitur, absque tot ambagibus, quibus non raro Interpretes auctoris sententiam involvunt impediuntque, dum expedire et explanare satagunt. Vox tamen sequens *spectat* aliquid amplius innuere videatur; enim nempe qui ingentes acervos contemplatur fixis, immotis, constantibus oculis, ut auri fulgore acies oculorum non præstinguatur aut retorqueri ac reflecti cogatur. Seneca beatum asserit, 'cui non magis auri fulgor quam gladii præstinguat oculos.'

ODE III.

AD Q. DELLIIUM.

Philosophia mortis meditatio. Morituro nihil admodum vel metuendum, vel expetendum. Q. Dellium Historicum gravi aliqua animi ægitudine afflictum solatur. (Homo varius, et omnium partium transfuga Q. Dellius. Vide Fabric. ad Dion. L. no. 74. *Gesn.*)

ÆQUAM memento rebus in arduis
Servare mentem, non secus in bonis

Inter adversa pariter et prospera stude animum æqualem custodire a lascivienti

Ode nona Libri tertii in Ed. Sanadoni. *Ad Q. Dellium* inscribitur in codd. Torrent. Etiam Porphyrius *Quintum* vocat. *Ad Dellium de Temperantia et Liberalitate* edd. vett. *Ad L. Gellium* Cruquius ex apicibus et litris antiquissimi Bland. et lectione *Bellium* in alio Bland. reperta. Putat cogitandum de L. Gellio Poplicola, qui e C. Sigonii Rationibus a. Urb. DCCXIV. Cos. fuit collega M. Cocceio. De varietate *Bellius* v. Prol. de Amic. Hor. Sect. de Dellio. — 2 Tres codd. Lambini, cum edd. Bond. Rodel. Marol. Chabot. Bentl. Schmid. Wakef. et Kidd. *non secus ac bonis*; Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. omnes ap. Jani, Cruq. Fabric. et Pulm. reliqui Torrent. Venett. Mediol. Ald. Ascens. Locher. Basill. Glarean. Schrevel. Heins. R. et H. Steph. Sanad. Dacer. Jani,

NOTÆ

Metrum idem quod supra I. Od. 9.
1 *Æquam*] Nec superbia elatam in secundis rebus, nec mærore fractam in adversis. Aristot. *Εὐτυχῶν μέτριος, ἀτυχῶν μεγαλόψυχος*, ad Theod. I. Eu-

ripides autem monet: Ἐνεστί πάντων πρῶτον εἰδέναι τοῦτι, φέρειν τὰ συμπίπτοντα μὴ παλιγκότως. *Primum omnium scire decet casus adversos non ægre excipere.*

Ab insolenti temperatam
 Lætitia, moriture Delli,
 Seu mæstus omni tempore vixeris,
 Seu te in remoto gramine per dies
 Festos reclinatum bearis
 Interiore nota Falerni ;

5

gaudio moderatam, o Deli moriture, sive tristem semper egeris vitam, sive genio indulseris in feriis, bibens Falernum reconditoris tituli, recumbens in herba se-

//////////

Mitsch. Wetzel. Bipont. al. *non secus in bonis.*—3 *Ab insolenti et temperatam* Lips. 4.—4 *Deli* plurimæ edd. inprimis vett. ante Lambin. qui ex libris antt. *Delli* restituit ; et ap. Plut. et Dion. semper est, Κόιντος Δέλλιος. *Delli* Mentel. ‘Post *Delli* punctum aut majorem distinctionem ponunt multi, etiam Cuning. Sed tunc sequentia carent apodosi.’ *Jani.*—6 *Ascens. Seu*

NOTÆ

3 *Ab insolenti temperatam Lætitia*] Est enim temperantia ‘commotio-
 num omnium moderatrix: quæ tum a
 libidine avocet, tum insolenti alacri-
 tate gestire non sinat.’ Cic. *Tuscul.*
 v. n. 42. ‘In alios non rectos impetus
 animi firma et moderata dominatio.’
De Invent. II. 164.

4 *Moriture Delli*] Quoniam ineluc-
 tabilis est fati vis mortisque necessi-
 tas, certe non decet eum superbire
 qui se novit morti obnoxium ; sed nec
 debet animo cadere, cum ei quidpi-
 am humanitus accidit ; nihilque hu-
 mani a se alienum homo existimet,
 æquum profecto est.

Delli] Frustra quidam Luc. Gelli-
 um hic comminiscuntur. Intelligen-
 dus certe est Q. Dellius vel Delius,
 qui primum sub Cassii militavit sig-
 nis ; ab hoc deinde transfugit ad An-
 tonium, tantaque apud eum gratia
 valuit, ut Cleopatram, quod Cassium
 in bello juvisse accusaretur, judicium
 subituram per ipsum accersiverit :
 Plutarcho teste in *Vita Antonii*. Is
 demum rebus suis maxime studens,
 paulo ante bellum Actiacum relicto
 Antonio, se contulit ad Augustum, a
 quo benigne exceptus, Cæsaris fami-

liaritate opibusque floruit. Vide Dion.
 Plutarch. cit. Senecam, &c. ita sen-
 tit Torrent. ac Theod. Marcil. contra
 Cruq. &c.

5 *Seu mæstus omni, &c.*] Quando-
 quidem mori necesse est, sive mæs-
 tus vixeris sive lætitiæ te dederis ;
 juvat, dum licet, indulgere genio ;
 neque prætermittenda ætas et occa-
 sio voluptatibus opportuna. Ergo
 ‘vina et unguenta afferri jube,’ &c.

6 *In remoto gramine*] In loco her-
 boso ab hominum frequentia ac tu-
 multu separato.

Per dies Festos] Quibus feriari im-
 pensiusque lætari apud veteres insti-
 tutum erat.

8 *Interiore nota Falerni*] Epulando
 cum amicis, et animum exhilarando
 exquisitissimi vini potu, quod quidem
 in cella interiore condi solebat ; quod
 autem erat minoris pretii et quotidi-
 ano usui destinatum, magis ad ma-
 num ponebatur. Porro vini cadis in-
 scribi solitam epigraphen ac titulum,
 quibus quo loco natum, quoque tem-
 pore conditum esset, maxime per no-
 men Consulis notabatur, nec sciolis
 latet. Indicat Tull. in *Bruto* 286.
 ‘Si quis Falerno vino delectetur, sed

Qua pinus ingens albaque populus
 Umbram hospitem consociare amant 10
 Ramis, et obliquo laborat
 Lympha fugax trepidare rivo.

nota, ubi alta pinus et candida populus gaudent umbram ramis conjungere hospitibus amœnam, et aqua saliens obliquo nititur alveo perfluere. Illuc vina et unguenta

te remoto.—9 Quo omnes Cruq. Palm. Torrent. et Bentl. duo Bersm. Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Lips. Altt. Dess. 2. Mentel. Franeq. Venett. Ascens. Locher. Baxt. Jones. Fabric. Schrevel. Delph. Minel. et Comb. ‘Sed Qua, quod e libb. antt. Lambin. restituit, haud dubie præstat; nam vereor, ut ‘quo’ pro ubi s. in quo loco sic simpliciter ullus bonus scriptor dixerit. Contra ‘qua’ usitatissimum hoc sensu, Horatio etiam, ut III. Od. 30. 10.’ Jani. Itaque sic Muret. H. et R. Stephh. Heins. Dacer. Burm. Cnn. Sanad. Bentl. Jani, Mitsch. Bipont. Wetzel. Wakef. et Kidd. *altaque populus* Venett. et multæ edd. ante Lamb. qui ex codd. edidit *albaque populus*; et sic ex optimis scriptis legit Nic. Heins. in Advers. II. 12. p. 300. Vide ad Tibull. I. 4. 30.—11 *Ramis, quo obliquo* Porphy. tres Lamb. omnes Torrent. Franeq. Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Helmstad. Pulmanni Hnnn. et Beller. Lips. 1. 2. 3. 4. Altt. 1. 2. Brod. Gott. Florent. 1482. Venet. 1478. Baxt. *qua obliquo* ceteri Lamb. et sic Heins. *quo et obliquo* unns Bersmanni; *quoque obliquo* Mentel. unns Bersm. Alt. 1. Dess. 2. Venett. ap. Gesn. et Vet. Comb. *quid? obliquo* Cruq. ex duobus Bland. antiquiss. et magnam vim inesse putat; *et obliquo* Venet. 1492. Ascens. Locher. Basill. 1527. 1531. H. et R. Stephh. Fabric. Fab. Bentl. Jones. Sanad. Bond. Delph. Mitsch. Wetzel. Wakef. et Kidd. *Ramisque et conj.* Bentl. *neque obliquo* conj. With. illud ‘laborare’ referens ad aquam turbidam in canalibus plumbeis Romæ, ex I. Epist. 10. 20. *qua et obliquo* Cuning. Jani, et Bipont. Bentleii codd. variant: *quo obliquo, quoque obliquo, quid obliquo, quo et obliquo, qua obliquo.* Schrevel. habet, *Ramis obliquo, &c.* ‘Ve-

NOTE

eo nec ita novo, ut proximis Consulibus natum velit, nec rursus ita veteri ut Opimium aut Anicium Consullem quærat. Atqui hæ notæ sunt optimæ. Credo: sed nimia vetustas nec habet eam quam quærimus suavitatem, nec est jam sane tolerabilis.’ Vide Plin. xxiii. 1. Nos etiam pridem annotavimus ad Juvenal. Sat. v. 33. ‘Cras bibit Albanis aliquid de montibus, aut de Setinis, cuius patriam titulumque senectus Delevit multa veteris fuligine testæ.’ Hic itaque *nota interior* excellentiam vini designat, seu ob vetustatem, seu ob patriam; vel utramque.

9 *Qua pinus, &c.*] Descriptio amœni loci seu villæ Dellii peramœna.

Albaque populus] Plin. xvi. 23.

‘Populi arboris tria genera, alba, nigra, et quæ Libyca appellatur, minima folio, ac nigerrima. . . . Alba folio bicolor, superne candicans, inferiore parte viridi.’

10 *Umbram hospitem consociare amant*] *Ramis* amanter junctis, insertis, consociatis umbram præbent ac velut hospitium parant eo venientibus, sedentibus, epulantibus.

11 *Obliquo laborat Lympha fugax trepidare rivo*] Ubi rivus sonorus edit murmur ob frequentiore aquarum ad ripas et lapides collisionem et conflictum, quod obliquus et flexuosus facit alveus.

12 *Trepidare*] Quasi strepitare, a strepitu pedum subito currentium: unde significat ‘motuere’ et ‘festi-

Huc vina et unguenta et nimium breves
 Flores amœnæ ferre jube rosæ,
 Dum res et ætas et sororum
 Fila trium patiuntur atra.
 Cedés coëmtis saltibus, et domo,
 Villaque, flavus quam Tiberis lavit :

15

et valde fluxos rosarum flores gratos tamen apportari cura; dum sinunt res ac tempus, et nigra stamina trium Sororum. Relinques enimvero tandem nemora pretio comparata, et ædes, et villam quam rigat flavus Tiberis. Hinc demigrabis; hæves

//////////

reor, ne qua aut quo sit glossema.' Zeun.—13 Plerique codd. Cruqii, ipse Cruq. Cuning. Sanad. Jani, Mitsch. et Bipont. *brevis*; sic etiam Venet. ap. Gesn. et Schol. Acron, qui, *brevis*, inquit, genitivus est. Placere etiam videtur Torrentio. Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. alii cum edd. Lamb. Torrent. Delph. Schrevel. Bond. Minel. Benti. Heins. R. et H. Steph. Baxt. Comb. Wetzell. Wakef. et Kidd. *breves*.—14 Cruq. Cuning. Sanad. Jani, Mitsch. et Bipont. *amœnos*; 'et sic legendum necessario est, si placuerit *brevis* vs. 13.' Zeun.—18 'Male post *lavit* majorem distinctionem plurimæ edd. ponunt, quæ demum post *Cedés* ponenda.' Jani. Wakef. interpungit, *Cedés c. s. et domo*;

NOTÆ

nare.' Ex Non. Marcello.

13 *Huc vina et unguenta, &c.*] Ista ad lætitiã adhiberi consuetã, fuse docuimus i. Od. 36. 38. et alibi.

Nimium breves Flores, &c.] Elegans Epigramma: 'Quam longa una dies, ætas tam longa rosarum, Quas pubescentes juncta senecta premit. Quam modo nascentem rutilus conspexit Eous, Hanc redicens sero vespere vidit annum.'

15 *Dum res et ætas, &c.*] Dum licet per tranquillum rerum statum, per juventutem, per vitæ usuram, quam largiuntur ac prorogant Parcæ. De his lib. i.

16 *Fila trium patiuntur atra*] Clotho, Lachesis, Atropos, sorores tres mortalium vitam et fata regere superstitiosis veteribus creditæ: prima colum gestare psumque velut materiam vitæ hominum: altera nere, ac stamen ducere seu atrum seu album prout bona vel mala dispensantur: tertia denique filum abrumpere,

vitæque terminum definire. Hinc nomen vel a partienda vita, vel a non parcendo per antiphrasin. Quid igitur Scaliger in Horatium excandescit, quod *atra* dicat *fila*, vitæ læcisque seriem trahentia, quæ 'candida' potius, inquit ille, dici oportuit? Atenim Ovid. in Ib. 246. de Clotho: 'Nevit et infesta stamina pulla manu.' Ego vero *atra fila sororum* interpretor *fila Parcarum*, quæ atræ morti præsumt, ipsæque dicuntur atræ, Erebo et Nocte videlicet natæ, ex Tullio de Nat. Deor. iii. n. 44.

17 *Cedés coëmtis saltibus*] Tandem amœna villa, nemus, ædes opulentæ ac splendidæ sunt deserenda ac hæredi relinquenda.

18 *Tiberis lavit*] Alluit, rigat, humectat, ex Prisciano: pro, *lavat*, Dixere passim veteres, 'lavere' et 'lavare.' Non. Marcell. Ennius: 'lavere lacrymis vestem sordidam.' Virgil. Georg. iii. 221. 'lavit ater vulnere sanguis.'

| | |
|------------------------------------|----|
| Cedes; et exstructis in altum | |
| Divitiis potietur hæres. | 20 |
| Divesne, prisco natus ab Inacho, | |
| Nil interest, an pauper, et infima | |
| De gente sub divo moreris, | |
| Victima nil miserantis Orci. | |
| Omnes eodem cogimur: omnium | 25 |

autem fruetur opibus in acervum a te congestis. Nullum discrimen est; sive opulentus fueris antiquo ab Inacho oriundus, sive inops atque ignobili de stirpe, sub Jove frigido mancas, prinde fies victima Plutonis nulli parcentis. Cuncti locum in



Villaque, f. q. T. lavit, Cedes; et, &c.—21 Cuning. emend. *prisco et natus*, eumque secutus est Sanad. non improbante Jani.—22 Quædam edd. ante Lamb. *aut pauper*. Alt. 1. *an infima*.—23 Codd. fere et edd. vet. *sub dio moreris*; Bentl. Baxt. Jani, Mitsch. Bipont. Wetzel. Comb. Kidd. alii, *sub divo moreris*. Vide Heyn. ad Virg. Georg. III. 435. et Interpp. ad Nepot. Pausan. in fine. *morerere* conj. Cuning. Wakef. legit, *Divesne, prisco n. a. Inacho, N. interest; an pauper, et i. De gente: sub divo moraris Victima nil m. Orci*, cum hac nota: ‘De hac literulæ unius mutatione et mutatis punctis, unde constructioni claudicanti medicinam fecimus, nihil nobismetipsis diffidimus.’

NOTÆ

21 *Inacho*] Is, Argivorum primus rex, floruit temporibus Abrahamæ et Isaac ejus filii, circa annum mundi bis millesimum centesimum. Virgil. *Æneid.* VII. 371. ‘Et Turno, si prima domus repetatur origo, Inachus Acrisiusque patres.’

23 *Sub divo moreris*] Sive tam pauper fueris, ut sine lare, sine foco, sine tecto, sub divo et aperto cælo maneas et cubes, nihilominus te prædam Orcus suam faciet: a morte victus, o Delli, victima Plutoni mactaberis: ‘victis hostibus victima propriæ cæditur.’ Festus. Ovid. *Fast.* I. 335. ‘Victima quod dextra cecidit victrice vocatur: Hostibus a victis hostia nomen habet.’

24 *Nil miserantis Orci*] Tullius de *Nat. Deor.* III. n. 43. ‘Age porro, Jovem et Neptunum Deum numeras. Ergo etiam Orcus, frater eorum, Deus. Et illi qui fluere apud Inferos

dicuntur, Acheron, Cocytus, Styx, Phlegethon; tum Charon et Cerberus Dii putandi.’ Quem vero nil miserantem hic appellat, illacrymabilem dicit Od. XIV. seq. Virgil. *Georg.* IV. 489. ‘Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere Manes.’ Est et proverb. ‘Orco implacabilior.’

25 *Omnes eodem cogimur*] Ovid. ad *Liviam* 359. ‘Tendimus huc omnes; metam properamus ad unam. Omnia sub leges Mors vocat atra suas.’

Omnium Versatur urna] Illa nempe fatalis urna, in quam omnium mortaliū nomina et sortes conjiciuntur, versantur; atque ut cujusque nomen et sors educitur, ita et mortis præda existit, fatigue legem volens nolens subit. III. Od. 1. ‘Omne capax movet urna nomen.’ Virgil. *Æneid.* VI. 432. ‘Nec vero hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes. Quasitor Minos urnam movet.’

Versatur urna serius ocysus
Sors exitura, et nos in æternum
Exilium impositura cymbæ.

eundem compellimur. Communis agitur urna. Tarde vel cito prodibit sors; nosque navigio transcehet in perpetuum exilium.

//////////

—26 ‘Post urna pessime claudant multi sententiam, tanquam esset nominativus, cum ablativus sit. Vide Rutgers. Lectt. Venns. cap. 5. p. 262. et Deus. Comment. cap. 6.’ *Jani.*—27 *Mors exitura* Lips. 1. *Sors exitura* unus Bersm. et Dess. 2.—28 *Exilium* tres Lamb. Pulm. Gemblac. 1. 2. et Hunn. plures Torrent. Mentel. et Franeq. *cymba* emend. Dan. Heins. ut sit, *et cymba nos impositura in æternum exilium.* Bentl. Cuning. et Jani, *cumbæ*,

NOTÆ

27 *Nos in æternum Exilium impositura cymbæ*] Sors educta vitæ finem imponit, ex hoc orbe ablegat animam in perpetuum, atque ad Inferos transmittit, traduceute eam per Acherontem fluvium Charonte in sua navicula, de qua Propertius, III. 18. 21. ‘Scandenda est torvi publica cymba

senis.’ Vide I. Od. 4. et hujus lib. Od. 14.

28 *Exilium*] Sunt qui legant *Exilium*. Exules, inquit Nonius Marcellus, dicuntur extra solum. Virgil. Georg. III. 225. ‘Longeque ignotis exulat oris.’ Et post, vs. 228. ‘Regnis excessit avitis.’

ODE IV.

AD XANTHIAM PHOCEUM.

Formosulam quandam captivam a Xanthia Phoceo domino suo compressam, sub pœtico Phyllidis nomine, miris laudibus effert; ut vel antiquis Heroinis eam æquiparet. (Conf. Ovid. Am. II. 8. 11. sqq. *Gesn.*)

NE sit ancillæ tibi amor pudori,
Xanthia Phoceu; prius insolentem

Ne pudeat te servam diligere, Xanthia Phoceu: ante te Achillem superbum

//////////

Decst Editioni Sanad.—2 *Xanthiæ*, i. e. Trojanæ, Venett. 1492. Florent.

NOTÆ

Metrum idem quod I. Od. 2.

I *Ne sit ancillæ, &c.*] Xanthiam Phoceum Phyllidis genere servili natæ amoribus irretitum consolatur Horatius; atque heronum exemplis expugnat eam vulgi opinionem, qua servilem conditionem sic aspernatur, ut Plautus Amphitr. scripserit: ‘Quem Jupiter odit, servum hunc

primum facit:’ et Romani per ludibrium ‘ancillariolos’ appellabant eos, qui ancillas sectarentur ac diligerent. Hinc dicaciter Martialis XII. 58. ad quandam nomine Alaudam: ‘Ancillariolum tua te vocat uxor; at ipsa Leticariola est. Estis Alauda pares.’

2 *Prius insolentem*] Interpretari

Serva Briseis niveo colore

Movit Achillem :

Movit Ajacem Telamone natum

5

Forma captivæ dominum Tecmessæ :

Briseis ancilla perculit candore suo : perculit etiam Ajacem Telamonis filium pulchritudo captæ Tecmessæ, licet ejus dominum : Agamemnon pariter inter ipsam



1482. Locher. Ascens. Mancin. et Sivr. qui explicat : flavæ, ξαυθίας.—4 *Movit Achillem* Cuming.—6 Codd. ap. Jani, *Temessæ, Tegræssæ* ; nonnullæ edd.

NOTÆ

quibusdam placuit : Non antea suctum amare ; quasi non meminissent Deidamiæ Lycomedis filiæ, susceptique ex ea Pyrrhi, qui Trojæ fatum adolescentulus implevit. Videtur itaque melius, *insolentem* vocari Achillem, id est, ferocem ; si quidem ad Pisones scribens Horatius vs. 121. ita vult ut pingatur : ‘ Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,’ &c.

3 *Serva Briseis*, &c.] Hippodamia a patre Brise sic dicta, quæ, Lyrnesso urbe capta, in prædæ partem cessit Achilli victori, cui postea ab Agamemnone erepta grave peperit dissidium, quod Trojæ fatum remoratum est, ut fuse explicui ad 1. Od. 15. 33.

Serva] Jure belli capta, adeoque in servitutem redacta.

Niveo colore] Colore candido, qui in formosis spectatur. Homerus Junonem λευκώλενον, Virgilius niveos lacertos Veneris, Propertius niveum Adonin laudat.

4 *Movit*] Ita quidem, ut ob eam sibi præreptam a bello recesserit, vixque, ut alibi diximus, redierit. Homer. Iliad. B. Ovid. Epist. III. quæ est Briseidis ad Achillem. Vide et Dictyn Cretensem lib. II. ubi scribit : ‘ Lyrnessum ab Achille paucis diebus pugnando captam : et prope inde expugnatam Pedasum Le-

legum urbem ; ubi rex Brises : abductamque filiam regis Hippodamiam.’ Dares autem Phrygius ita describit, ‘ Achillem pectorosum, ore venusto, membris valentibus et magnis, bene crispatum, clementem, in armis acerrimum, vultu hilari, largum, dapsilem, capillo myrteo.’ Briseidam porro ‘ formosam, alta statura, candidam, capillo flavo et molli, superciliis junctis, oculis venustis, corpore æquali, blandam, affabilem, verecundam, animo simplici, piam.’

5 *Movit Ajacem Telamone natum*, &c.] Dictys citatus, ‘ Ajax,’ inquit, ‘ Telamonius iter ad Phrygas convertit, ingressusque eorum regionem, Teuthrantem dominum locorum solitario certamine interficit, ac post paucos dies expugnata atque incensa civitate, magnam vim prædæ trahit, abducens Tecmessam filiam regis.’ Et postea : ‘ Ajaci, ob egregia laborum ejus facinora, Teuthrantis filiam Tecmessam concedunt’ Græci nempe, reliquam prædam inter se partientes. Dares item cit. ita describit : ‘ Ajacem Telamonium valentem, voce clara, capillis nigris, in hostem atrocem.’ Ovid. Art. Am. III. 517. ‘ Odimus et mæstas : Tecmessam diligit Ajax.’ Et vs. 523. ‘ Scilicet Ajaci mulier mæstissima dixit : Lux mea : quæque solent verba juvare viros.’

Arsit Atrides medio in triumpho
Virgine rapta,
Barbaræ postquam cecidere turmæ
Thessalo victore, et ademptus Hector

10

*victoriam adamavit puellam aris abstractam: posteaquam Phrygiæ cohortes profi-
gate Thessalico victore fuerant; Hectorque interemptus pertasis Græcis dimisit*

//////////

etiam *Tegnessæ*.—8 *Virgine capta* Exc. Sax.—10 *Post victore* distinguunt omnes edd. 'Mihi aptius visum, *Thessalo victore* ad sequentia trahere.' *Jani.*—

NOTÆ

7 *Arsit Atrides, &c.*] Agamemnon Atræi ex Ærope, vel ex Plisthene, ut scribunt alii, filius, Mycenarum et Argivorum rex, Græcorum in expeditione Trojana summus Imperator, in ipso urbis excidio, media in victoria, Cassandra Priami filiæ amore incensus captusque, in prædæ partem eam depoposcit, quæ tamen raptâ ab Ajace Oileo et vitiata fuerat in ipso Minervæ templo. Hinc Virgil. *Æneid.* II. 403. 'Ecce trahebatur passis Priameia virgo Crinibus a templo Cassandra adytisque Minervæ.' Dictys Cretensis lib. v. 'Priamus ad aram Jovis confugit, Cassandra in ædem Minervæ, multique ad reliqua Deorum templa. . . . Ceterum Cassandra Ajax Oilei e sacro Minervæ captivam abstrahit. . . . Agamemnoni Cassandra datur, postquam ejus forma captus, quin palam desiderium fateretur dissimulare nequiverat.' Dares jam cit. refert, 'Cassandram mediocri statura, ore rotundo, rufam, oculis micantibus, futurorum præsciam:' et paulo post, 'Agamemnonem albo corpore, magnum, membris valentibus, facundum, prudentem, nobilem.'

9 *Barbaræ postquam cecidere turmæ, &c.*] Post victos ac profligatos Trojanos ab exercitu Græcorum, maxime vero ab Achille e Laryssa urbe Thessaliæ orinundo.

Barbaræ] Hoc nomine vocabantur a

Græcis omnes aliæ gentes, inprimis autem Phryges et Trojani. Patet ex Dicty Cretensi passim. Plutarch. de audiendis Poëtis, disparitatem Græcorum et Trojanorum commemorans ait: 'Probatam esse Græcorum providentiam, ferociam vero Barbarorum vitiosam;' et paulo post: in potestatem hostium Trojanos vivos complures venisse, Achæorum vero neminem; atque illorum nonnullos fuisse hostibus supplices, ut Adrastum, Antimachi filios, Lycaonem, ipsumque Hectorem, qui Achillem de sepultura exoravit: horum vero neminem: 'quod Barbarorum sit supplicem esse in conflictibus, et submittere se ad pedes, Græcorum autem vincere dimicantem aut occumbere,' &c. Itaque vox *Barbarus* aliquando nihil aliud sonat quam extraneus et peregrinus. Vide Turneb. IX. 18. ubi e Tuscul. I. n. 85. verba ista, 'astante ope barbarica,' de Priamo regno Phrygum florente bene interpretatur, &c.

10 *Thessalo victore*] Quanquam a Paride jam interfectus erat Achilles, antequam Troja caperetur, is tamen recte victor dicitur, sine quo capi non potuisset, ita volentibus fatiis. Vide I. Od. 15. in fine.

Ademptus Hector Tradidit fessis, &c.] Postquam ab Achille peremptus Hector, adeoque Trojanis ademptus veluti suus clypeus, qui solus robore ac vir-

Tradidit fessis leviora tolli
 Pergama Graiis.
 Nescias an te generum beati
 Phyllidis flavæ decorent parentes :
 Regium certe genus et penates
 Mœret iniquos.

15

Trojam exerti facilem. Quid si genero tibi auræ Phyllidis parentes opulenti decus afferant? Origo profecto regia est: et quidem infestos Penates lamentatur.

//////////

14 *Phyllidos* Cuning.—15 *Regium c. g. ut, penates, &c.* emend. Rutgers. ac pe-

NOTE

tute singulari Græcos terrebat, ex Homero: 'quo stetit stante Ilium.' Senec. Troad. initio. Et postea chorus ejus sic luget interitum: 'Column patriæ, mora fatorum, Tu præsidium Phrygibus fessis, Tu murus eras, humerisque tuis Stetit illa decem fulta per annos. Tecum cecidit; summusque dies Hectoris idem patriæque fuit.'

11 *Tradidit fessis leviora tolli Pergama Graiis*] Sublato scilicet Hectore jam capi evertique Troja facile potuit a Græcis decenniali quamvis obsidione fessis. Virgil. Æneid. II. 108. 'Sæpe fugam Danaï Troja cupiere relicta Moliri, et longo fessi discedere hello.' Et Æneid. IX. 155. 'Decimum quos distulit Hector in animum.'

Leviora tolli] Translatum ex ultimo Iliados ubi Priamus sic alloquitur Trojanos de amisso Hectore: Jupiter mihi dolores dedit, filium ut optimum perderem: quod et vos sentietis. *Deinceps enim Achivis faciliores eritis tolli, eo mortuo.* 'Ἠῆτεροι γὰρ μάλλον Ἀχαιοῖσιν δὴ ἔσεσθε Κείνου τεθνεϊῶτος ἐναιρέμεν.

Pergama] Arces erant Trojanæ ex Servio. Synecdochicōs Trojam ipsam significant.

13 *Nescias an te generum, &c.*] Per Prolepsin ingeniose occupat Horatius id quod objici poterat, puellas ante memoratas, licet captivas, e regia tamen stirpe; non ita vero Phyllida: respondet igitur: An vero quis eam humili sorte ac genere credat, quæ tam nobilem præfert indolem? &c.

15 *Regium certe genus*] Hinc igitur honos tibi et decus accedat, si talem tibi despondeas; ejusque parentes familiam tuam illustrabunt potius quam dedecorent.

Penates Mæret iniquos] Sententiam hanc vulgo jungunt cum præcedenti, eo sensu: Phyllis certe, cum suam dolet vicem, regio se ortam genere lamentatur ad servitutem redactam; indeque Penates accusat, qui tutelæ suæ fidentem tam miserum in statum labi permiserint. Placuit tamen interpungere, atque sententias separare, non sine aliqua venustate, ut visum est. Suus tamen sit honos antiquitati, Lectori vero judicandi jus atque arbitrium.

Penates] Qui dicantur, Macrobi. Saturn. III. 4. fuse docet. Hyginus Deos patrios, alii domesticos, quibus in penetralibus domus litari solebat, interpretantur: alii etiam aliter.

Crede, non illam tibi de scelesta
 Plebe dilectam; neque sic fidelem,
 Sic lucro aversam potuisse nasci
 Matre pudenda.

20

Brachia et vultum teretesque suras
 Integer laudo: fuge suspicari,

Sic habe non eam infelici de plebecula tibi electam: nec ita fidem, ita quæstus aspernatricem turpi matre gigni potuisse. Ceterum intactus laudo brachia et faciem et

//////////

nates Cuning.—17 *Crede* Var. Lect. ap. Jones.—18 *Plebe delectam* quidam codd. Lamb. et Torr. Mentel. Helmst. Harl. 2. 3. 5. unus Bersm. item Venet. 1590. Fabr. Vet. Comb. Fab. Heins. H. et R. Stephh. Dacer. et Schrevel. Sed *dilectam* quatuor Lamb. omnes Cruq. Pulm. Hunn. Gemblac. 1. 2. et Beller. Harl. 1. 4. 6. tres meliores Torr. Lipss. Franeq. Asc. Locher. Venett. Lamb. Cruq. Torr. Bentl. Baxt. Cun. et recentt.—19 *Sic lucro aversam* quidam Lamb. plures Torrent. Pulmanni Beller. unus Bersm. Lips. 3. Fabric. Vet. Comb. Venet. 1559. Glarean. 1536. Rutg. et Schrevel. *aversam* Scholl. quatuor Lamb. Pulm. Hunn. et Gemblac. 1. 2. Lipss. Altt. 1. 2. Dess. 2. Helmst. omnes Cruq. Venett. Asc. Locher. Heins. Steph. Bentl. Cun. Baxt. Delph. Jani, Mitsch. Bipont. Wetzl. Comb. Wakef. et Kidd.—20 *Pa-*

NOTÆ

17 *Crede, non illam tibi, &c.*] Nequaquam credenda est e facie plebis illa, quæ nihil habet sordidum ac vile. Plebeia animæ lucro sese vendunt ultro ac sponte; meretrices inprimis infidæ ac perjuræ: lucri vero perquam avidæ. 1. Od. 35. 'Vulgus infidum et meretrix retro Perjura.' At Phyllis mirum quantum 'fidelis,' tum quæstui et 'lucro aversa.' Honestam igitur educationem generosus animus, nobilis autem institutio originem haud vulgarem indicat certe et arguit.

De scelesta Plebe] Vel, impura, et sceleri pravisque affectionibus ut plurimum obnoxia: vel, infortunata, et paupertatis incommodis ac Indibriis damnata velut et conspurcata. Hinc non abludit quod Plant. Mostell. 111. 1. 1. scribit: 'Scelestiozem ego annum argento fœnori (locando) Nunquam ullum vidi, quam hic mihi annum obtigit.'

18 *Delectam*] Alii legunt, *dilectam*.

Fidelis] Castitatis amantem, ho-

nesti propositi tenacem, quam a fide non facile dimoveas, nec oblato quæstu corrumpas.

19 *Aversam*] Alii *adversam*; perinde est, et par utrobique sensus.

20 *Matre pudenda*] Improbis ac flagitiosis moribus turpificata; vel inope, et abjecta, cujus nomen ac memoria pudorem et verecundiam facere queat. E moribus natales posse ac debere æstimari ostendit Juvenalis, Sat. vi. 238. 'Scilicet expectas, ut tradat mater honestos, Aut alios mores, quam quos habet? utile porro Filiolam turpi vetulæ producere turpem.'

22 *Integer laudo*] Ceterum, o Phocæu, si laudo tuam illam Phyllidem, noli me arbitrari specie illius captum. *Integer* ego castusque laudo *brachia* torosa et candida, *vultum* speciosum, *suras* teretes, totamque formosam. Itaque ne zelotypus inde fias, neve suspiceris rivalem me tum quoquo modo esse.

Cujus octavum trepidavit ætas
Claudere lustrum.

tibiis rotundas illius. Noli suspectum habere me, cujus ætas properavit octavum lustrum finire.

//////////

tre pudendo Lips. 3.—23 *Cujus o. properavit* quædam edd. ap. Jani, e glossa.—24 *Condere lustrum* conj. Beutl. quia id vocabulum proprium sit. ‘Sed ob id ipsum præferendum *Claudere*, ut minus vulgare.’ Jani.

NOTÆ

23 *Cujus octavum trepidavit ætas Claudere lustrum*] Nimirum deferbuit ardor ille primus adolescentiæ, nec ita me jam ut olim cruciat amor. Annum ætatis quadragimum prætergressus æstus illos priores evasi.

24 *Lustrum*] Ex Varrone, Festo, et aliis dictum a luendo, id est, solvendo; pendebantur enim vectigalia quinto quoque anno. Est igitur annorum quinque spatium; adeoque

lustrum octavum annos quadraginta claudit impletque. Cic. Epist. II. 6. ad Attic. ‘Populi autem, nullo gemitu, publicanis, quibus hoc ipso lustro nihil solverant, etiam superioris lustris reddiderunt.’ Ovid. in Ib. sic orditur: ‘Tempus ad hoc lustris mihi jam bis quinque peractis.’ Martial. IV. 45. ‘Ut qui prima novo signat quinquennia lustris.’

ODE V.

Verecunda atque nobili Allegoria declarat fœmineo sexni infra pubertatem nullas inesse Veneres. (Hortatur amicum, ut abstineat a Lalage, puella nimis tenera, quam cum juvenca et uva nondum matura comparat, et ostendit, illam brevi ad Venerem proclivem, amabilem, et pulcherrimam fore. *Zeum.*)

NONDUM subacta ferre jugum valet
Cervice, nondum munia comparis

Necquit adhuc portare jugum summisso collo, nec assequi officia conjugis, nec

//////////

Non habetur in Ed. Sanadoni.—1 Unus Bersmanni, *Nec dum subacta.*—2 Idem codex, *nec dum munia*; Alt. 2. *nondum munera.*—6 *Campos juvenatæ*

NOTÆ

Metrum idem quod I. Od. 9.

1 *Nondum subacta*] An amicorum aliquem, an seipsum admoneat Horatius, plane incertum est. Rem vero ceteroqui turpiculam allegoria multiplex contexit ac prope honestavit. Cupidinem virginis intempestiva: indicat per appetentiam uvæ non-

Delph. et Var. Clus.

dum maturæ. Puellæ vero junioris indolem belle notat per juvencam cum vitulis exultantem in campo, jugum portare aut Venerem sequi adhuc ignorantem.

2 *Munia comparis* [Æquæ] Onera conjugii sustinere, æqualem operam præstare marito, puellula ante puber-

Horat.

S

Æquare, nec tauri ruentis
 In Venerem tolerare pondus.
 Circa virentes est animus tuæ
 Campos juvencæ, nunc fluvii gravem
 Solantis æstum, nunc in udo
 Ludere cum vitulis salicto
 Prægestientis. Tolle cupidinem
 Immitis uvæ; jam tibi lividos
 Distinguet Autumnus racemos
 Purpureo varius colore.

5

10

sustinere impetum tauri Venerem appetentis. Circa virides agros versatur mens buculæ tuæ, modo fluminibus temperantis molestos Solis ardores, modo gaudentis colludere cum vitulis inter humidus salices. Cohibe desiderium uvæ acerbæ. Mox Autumnus varietate gratus colore purpureo pinget tibi racemos liventes. Mox cur-



Helmstad.—9 Idem codex, *Pergestientis*.—12 *Purpureo varius colore* conj. Bentl. et jam ante eum sic Mannl y Faria in Comment. ad *Lusiadem* Camoëns; item unus codex ap. Cuning. et Medioll. 1485. 1486. *Purpureus vario*

NOTÆ

tatem, nondum viro matura.

5 *Circa virentes est, &c.*] Aliud nihil amat aut cogitat virgo ea ætate teneriori, quam ludum cum pueris aut puellis æqualibus. Animusque illius totus est in campis, in lusibus, &c. Sic Terent. Eunuch. iv. 7. 46. 'Animus est in patinis.' Horat. iii. Od. 11. 9. 'Quæ, velut latis equa trima campis, Ludit exultim, metuitque tangi, Nuptiarum expers, et adhuc protervo Cruda marito.'

9 *Prægestientis*] Sumnopere cupientis. Ex Prisciano, et Festo, 'gestire,' est rem aliquam tam vehementer appetere, ut corporis gestus ejus desiderium exprimentes continere non valeamus.

Tolle cupidinem Immitis uvæ] Desine amare, aut saltem concupiscere puellam impuberem, immaturam, atque, ut Varro appellavit, acerbam; utens eadem, qua Poëta noster, Metaphora ab uva immiti ducta. Expecta donec ætas idoneam fecerit ac

nubilem. Tull. de Senect. n. 53. 'Uva primo est peracera gustu, deinde matura dulcescit.'

10 *Jam tibi lividos Distinguet, &c.*] Autumnus varietate fructuum abundans, et eorum multiplici diversitate utilis pariter et jucundus, liventes ante immitesque uvas purpureo statim colore pulchras, simul et maturitate gustui dulces facit. Sic tibi paulo post maturam ac tempestivam licebit sectari Lalagen. Immo ipsa ætate jam perfecta virum petet: sicut uva plane matura carpi desiderat.

12 *Purpureo varius colore*] Is color in racemo propinquam notat maturitatem. Hinc Virgil. 'rubentes uvas,' Ovid. 'purpureas' laudat: Horatius autem Epod. 11. 'certantem purpuræ uvam' dixit. Theophrast. de Caus. Plant. iii. 22. "Ὅταν ἀρχωνται περκαίξω οἱ βότρυες, cum incipiunt uvæ nigrescere, seu, nigris distingui maculis. Propert. iv. 2. 13. 'Prima mihi variat liventibus uva racemis.'

Jam te sequetur, (currit enim ferox
Ætas, et illi, quos tibi demserit,

Apponet annos,) jam proterva 15

Fronte petet Lalage maritum ;

Dilecta quantum non Pholoë fugax,

Non Chloris: albo sic humero nitens,

Ut pura nocturno renidet

Luna mari, Gnidiusve Gyges ; 20

ret post te. Nam properat ætas vehemens: atque illi addet annos quos tibi detraxerit. Mox audaci vultu Lalage virum quæret. Amata plusquam Pholoë viros abhorrens, vel Chloris splendens humero candido, non secus ac Luna clara micat in

colore quidam codd. ap. Lamb. et Harl. 6.—13 Bentleii Græv. Leid. et Reg. Franeq. Alt. 1. Alt. 2. a m. sec. et Vet. Comb. curvet. Pro ferox Wakef. edidit fugax; Mentel. velox, improbante Jani.—14. 15 Bentl. conj. quod tibi demserit, Apponet annus, vel, quos t. d. A. annos. Dess. 2. ut illi, quos, &c. Conj. ap. Jones. Apponet an'nos, i. e. animos.—16 Unus Bersmanni et Helunstad. Fronte petit.—17 Dilecta Helunstad. solenni varietate. Wakef. ferox pro fugax. Vide ad vs. 13.—19 Harl. 2. 5. Ut p. n. renidet.—20 Gnidiusque Gyges Venet. 1492. Florent. 1482. Locher. et Ascens. Cnidiusve Gyges

NOTÆ

13 *Jam te sequetur*] Lalage quæ te sequentem modo fugit, deinde vel fugientem te prosequetur, ubi ferventis æstu juventutis agitari cœperit. Quod quidem brevi fiet: 'currit enim ferox ætas,' labitur celeriter, immo 'volat,' ut ait Tull. Tusc. I. n. 76.

Ferox ætas] Juventus, quæ valens, acris, ardens, vehemens, petulans, elata, superba, ac nisi libidinis stimulos tum maxime prurientis virtute fregerit, etiam ferox, indomita, et impotens. Apage vero Cruquium dubitantem numquid transposita sint epitheta ista; ut legendum sit: *ætus fugax*, et, *Pholoë ferox*.

14 *Illi, quos tibi demserit, Apponet annos*] Dum tu annis decresces et imminueris viribus, illa crescet atque augetur. Tu enim ab ætate perfecta vergis ad senium: illa ad annorum ætatisque firmitatem, quam nondum attigit, properat.

16 *Lalage*] Eam ipsam ætatis flore

decoram laudat I. Od. 22. quo patet Oden istam ab Horatio post hanc esse scriptam.

17 *Dilecta quantum, &c.*] Cum vero Lalage juventutis pariter ac formæ perfectionem adepta fuerit, tum certe multos amatores habebit, quot nunquam Chloris pulcherrima, vel speciosa Pholoë Chloridis filia, quæ tamen eo diligitur amplius, quo magis amantes fugit aspera et repellit. De hac Cyro adamata, ipsumque spernente, I. Od. 33.

19 *Ut pura nocturno renidet Luna mari*] Tam nitens, quam Luna nullis infuscata nebulis, sudo cælo, noctu splendet ac mari navigantibus formosa apparet.

20 *Gnidiusve Gyges*] Velut etiam formosus ille puer Gyges, virginea specie inelytus, oriundus e Gnido urbe Carie maritima, hodie *Cubo di Chio*: ubi Veneris effigies valde celebris. Vide I. Od. 30. Formosus olim pueros in deliciis fuisse, vel e Vir-

Quem si puellarum insereres choro,
Mire sagaces falleret hospites
Discrimen obscurum, solutis
Crinibus, ambiguoque vultu.

mari, aut Gyges Gnidius: quem si misceas cœtui virginum, advenas maxime perspicaces deciperet incerta differentia, passis capillis, dubiaque facie.



Lamb. Bentr. Delph. Wetzel. et Kidd.—24 Bentr. Jani, et Kidd. *vultu.*

NOTÆ

gil. notum, Eclog. II. 1. 'Formosum pastor Corydon ardebat Alexin, Delicias domini.'

21 *Quem si puellarum insereres, &c.*] Gygis nempe vultus lævis, tener, candidus, venustus, adeo virginis speciosæ pulchritudinem refert, ut vix internosci queat, 'si puellarum choro inseratur: puellam etenim, non puerum, Gygen affirmaveris.

22 *Falleret hospites*] Nos quidem cives, qui eum cognoscimus, forte non falleret Gyges; hospites autem et peregrini nequaquam a puellis puellum hunc discernent. Tam enim *obscurum est discrimen.*

23 *Solutis crinibus*] Prolixis et pas-

sis, more scilicet virginum; at contra nuptæ capillos religabant.

24 *Ambiguoque vultu*] Ut sexum non distinguas. Sic Juvenalis Sat. xv. 137. de pupillo a tutore defraudato: 'Cujus manantia fletu Ora puellares faciunt incerta capilli.' Ovid. Met. VIII. 323. 'Talis erat cultu facies, quam dicere vere Virgineam in puero, puerilem in virgine posses.' Idem VI. 711. 'Cultus erat pueri; facies, quam sive puellæ Sive dares puero, fieret formosus uterque.' Anson. Epigr. CVII. 'Dum dubitat natura marem faceretne puellam, Factus es, o pulcher, pæne puella, puer.'

ODE VI.

AD SEPTIMIUM.

Titio Septimio Equiti Romano, insigni Poëtæ, et commilitoni olim suo, qui eum ad villam suam Tarentinam invitaverat, languenti stylo respondet, se jam vitæ laboribus pæne fatigatum in Tiburtino suo secessu malle quod reliquum est vitæ transigere: sin autem hoc minus sibi obtigerit, libenter se apud eum Tarenti animam efflaturum.

SEPTIMI, Gades aditure mecum, et

O Septimi, perrecture mecum ad Gades, et Cantabros nobis servire nescios, atque



Ode tertia Libri quarti in Editione Sanad. Inscibitur in editionibus

Cantabrum indoctum juga ferre nostra, et
Barbaras Syrtes, ubi Maura semper
Æstuat unda;

ad Syrtes feras, ubi mare Mauritanie nunquam non fervet; faxint Dii ut Tibur,

veteribus, Ad Septimium de Tibure et Tarento.—3 Cruq. conj. ubi Maura

NOTE

Metrum idem quod 1. Od. 2.

1 *Septimi*] Tit. hic Septimius, Romanus Eques, Poëta etiam Lyricus et Tragicus, cum Horatio diuturna familiaritate conjunctus, immo et commilito. Hujus meminit 1. Epist. 3. 5. 9. fertur et Augustus ad Horatium ita de eo scripsisse: 'Tui qualem habeam memoriam poteris ex Septimio nostro cognoscere,' &c.

Gades aditure mecum, &c.] Hoc Interpretes huc usque fere omnes intellexerunt de magna Horatii Septimique consensione: quasi paratus esset alter alteri comes ire ad ultimas usque orbis plagas: quemadmodum Catullus Carm. 11. Furium et Aurelium sibi spondet comites, 'Sive in extremos penetrarit Indos,' &c. Et Propertius 1. 6. Tullo sese offert, ut cum eo 'Riphæos etiam montes' superare non vereatur, et 'Ægæo ducere vela mari.' Cruquius autem opinatur hæc ab Horatio scripta, 'cum Augustus esset in expeditione Cantabrica, quinto vix anno peracta, quo Septimius Eques invitabat Horatium,' inquit ille; non male quidem hiarolatus: melius forte tamen, quando Cæsar expeditionem illam moliebatur, et cum ad eam Horatius pariter ac Septimius sese accingerent. De Gadibus supra, Od. 11. vs. 11.

2 *Cantabrum*] Cantabri Hispaniæ Tarraconensis populi ad Oceanum Borealem, qui et inde Cantabricus vocatur: hodie *Biscaina*.

Indoctrum juga ferre nostra] 'Sera' nempe 'domitum catena,' ut ait 111.

Od. 8. ab Augusto tandem, sive ab Agrippa Augusti auspiciis, Cantabri devicti sunt; testes Sueton. Octav. cap. 20. et 21. Dio lib. 11. et seq. Strabo lib. 111. &c. Flor. iv. 12. 'Duæ validissimæ gentes Cantabri et Astures immunes Imperii agitabant. Cantabrorum altior et magis pertinax in rebellando animus, qui non contenti libertatem suam defendere; proximis etiam imperitare tentabant,' &c. Cæsi vero fugiunt 'in eminentissimum Vinnium montem, quo maria prius Oceani, quam arna Rom. ascensura esse crederant.' Et paulo post: 'Ipse præsens hos deduxit montibus; hos obsidibus astrinxit; hos sub corona jure belli venundedit,' &c. Sil. Ital. 'Cantaber ante omnes hyemisque æstusque famisque Invictus.' Observandum porro, ita sub jugum mitti solitos olim victos hostes: hæc duæ interjecto spatio in terram defigebantur, tertia superimposita, atque hinc et inde alligata. Sub hanc igitur inermes et discincti transire coacti, jugum subire, victique esse censebantur. Vide Liv. 1x. 6. ubi Rom. Coss. et legiones turpiter ad furculas Candinas sub jugum mittuntur.

3 *Barbaras Syrtes*] Inhospitas, inaccessas, sævas ob æstus ac motus maris dubios.

Ubi Maura semper Æstuat unda] Ubi mare Mauritanie seu Africæ crebris æstuariis fervet, vadosum passim et scopulosum. Vide Plin. 11. 97. et Epod. 1x. sub finem, ibique Not.

Tibur Argeo positum colono
 Sit meæ sedes utinam senectæ;
 Sit modus lasso maris et viarum
 Militiæque:

5

Unde si Parcæ prohibent iniquæ,
 Dulce pellitis ovibus Galæsi

10

ab Argivo colono conditum, meæ sit domicilium senectutis: sit requies pertaso maris, itinerumque, et belli. Hinc vero si Parcæ me arcent improbæ; adibo fluvium

//////////

semper.—5 *Argæo* multi scribunt; sed Gr. est Ἀργεῶν *Argivo* Bland. antiquiss. Cruquii, duo *Torrentii*, unus *Bersmanni* et *Gemblar.* 1. *Pulmanni.*—10 *Ge.* *Agricola* legit, *pullatis ovibus*, i. e. *nigris*, et scribit e *Galæso* bibentes pecudes *nigras* esse factas, ut e *Clitumno* *albas.* *Gallesi Flumen* multi codd. et edd. vett. cum *Heins. R.* et *H. Steph.* *Delph. Bond. Schrevel. Bentl. Baxt. Gesn. Wakef. Comb. et Kidd. Galæsi Flumen Jani, Bipont. Mitsch. Wetzel. &c.* et sic scribendum, est enim Γαλαῖσος. Vide *Marcil.* et *Heyn.* ad *Virg. Georg. iv.* 126. *Galæsum Flumen*, ut ‘*Mentaurum flumen,*’ ‘*Rhenum flumen,*’ quidam codd. *Lambini* et *Cuning.*—

NOTE

5 *Tibur Argeo, &c.*] Detur utinam mihi lætam agere senectutem apud *Tibur* Latii oppidum ædificatum a *Tiburno Argivo*: ibique quietem nancisci, post labores ac tædia navigationis, itinerum, ac militiæ. *Tiburtina* sua villa inprimis se delectari jam indicavit 1. *Od.* 7. et 18. Vide ibi *Not.*

7 *Lasso maris et viarum Militiæque*] *Ex Suetonio* cit. *bellicam* in *Cantabros* expeditionem suscepit *Augustus* devicto jam *Antonio*: in bellis antecedentibus militaverat *Horatius*, ut patebit ex *Ode* sequenti: ad hoc etiam, ut dixi, sese accingebat: *Deos* itaque rogat, ut sibi fortunatam dent quietem et senectam, postquam eas iterum ærumnas exantlarit.

9 *Unde si Parcæ prohibent*] Quod si, fatis ita volentibus, non liceret apud *Tibur* conquiescere; apud *Tarentum* saltem detur mihi secedere, ubi *Galæsus* leniter fluit, rigatque istam regionem *Calabriæ*, in qua pascentur oves exquisito vellere ac lana, &c.

10 *Pellitis ovibus*] Vel eximias pelles, eximium vellus habentibus, per *autonomasiam*: vel potius quæ ob lanam præ ceteris exquisitam adversus aëris injurias integuntur pellibus, ad conservationem excellentis earum velleris, tennioris, mollioris; neve illud inquinetur. Hinc *Plin.* ‘*tectas,*’ *Varro* et *noster* ‘*pellitas*’ nuncupat *Tarentinas* illas oves, quas et *Græcas* alii vocant. Vide *Columell.* vii. 4. ‘*Græcum* pecus, quod et *Tarentinum* plerique nominant, nisi cum domini præsentia est, vix expedit haberi, &c. ex omnibus est mollissimum,’ &c. *Polybini* μαλακὰ πρόβατα similiter appellat. *Varro* *Rei Rust.* ii. 2. ad finem: ‘*Pleraque* similiter faciendum in ovibus *pellitis*, quæ propter lanæ bonitatem (ut sunt *Tarentinæ* et *Atticæ*) pellibus integuntur, ne lana inquinetur, quo minus vel infici recte possit, vel lavari ac parari. *Hærum* præsepia ac stabula, ut sint pura, majorem adhibeant diligentiam, quam *hirtis*,’ id est, ceteris ovibus, quæ et *hirtæ*, et *montanæ*, et *soloces* dice-

Flumen, et regnata petam Laconi
Rura Phalanto.

Ille terrarum mihi præter omnes
Angulus ridet, ubi non Hymetto
Mella decedunt, viridique certat
Bacca Venafro:

15

Galæsum ovibus pelle coopertis jucundum, agrosque ubi rex fuit Phalantus Lacedæmonius. Illa mihi regio præ ceteris placet; in qua mel cum Hymettio, et olivæ

//////////

12 Multi codd. et edd. vett. cum Torrent. Bentl. Wetzel. Mitsch. Wakef. et Kidd. *Phalantho*; alii ap. Jani, *Palanto*, et *Palantho*; sed Gr. est *Φάλαντος*.

NOTÆ

bantur, &c. Plin. viii. 47. 'Ovium summa genera duo, tectum et colonicum: illud mollius, hoc in pascuo delicatius; quippe cum tectum rubis vescatur;' (colonicum vero solo gramine:) 'operimenta eis ex Arabicis præcipua.'

Galæsi Flumen] Quidam legunt *Galæsum*: sic et iv. Od. 4. 'Metauri flumen,' ubi plures tamen, 'Metaurum flumen.' Galæsus vel Galesus, hodie *Galaso*, Calabriae fluvius, agrum Tarentinum rigat, ac in Sinum defluit lento cursu; umbris arborum, et pascuorum copia circum amœnus. Hinc Propert. ii. 34. 67. 'Tu canis umbrosi subter pineta Galæsi.' Et Virgil. Georg. iv. 126. 'Quo piger (al. niger) humectat flaventia culta Galæsus.'

11 *Regnata petam Laconi Rura Phalanto*] Virgil. Æneid. iii. 4. 'terra regnata Lycurgo.' Et Æneid. vi. 793. 'regnata per arva Saturno.' Sic Cic. pro Muræna: 'Pugna cum rege commissa est, et summa contentione pugната.' Porro sensus Horatii est hic: Si negetur mihi secessus Tiburtinus, ibo Tarentum, quam urbem Taras Neptuni filius olim condiderat, Phalantus autem Lacedæmonius cum Partheniis Sparta profectis et sedes quærentibus instauravit, ibique regnavit.

Justin. lib. iii. ubi 'Partheniæ vocati cum ad annos triginta pervenissent, metu inopiæ ducem Phalantum assumunt filium Araci ad sedes inquirendas proficiscuntur, tandem in Italiam delati occupata arce Tarentinorum, et expugnatis veteribus incolis, sedes ibi constituunt,' &c. Vide et Pansan. in Phocaicis lib. x.

14 *Angulus*] Scilicet urbs ea Calabriae in extrema peninsula sita est ad maris littus.

Ubi non Hymetto Mella decedunt] In Tarentina regione mel optimum est, nec bonitate concedit ei quod provenit apud Hymettum, huncque Atticæ regionis collem excellentia sua celebrem toto orbe fecit: sicut et Hybla Siciliam pariter melle inclytam reddidit.

15 *Decedunt*] De via decedit qui honorem alicui defert et primas fateatur deberi.

Viridique certat Bacca Venafro] Ibi quoque crescunt olivæ Venafranis adeo non deteriores, ut cum eis de excellentia contendant et certent.

Certat] Virgil. Eclog. v. 8. 'solus tibi certet Amyntas.'

16 *Venafro*] Urbs hæc Campaniæ in Samnii confinio sita, olearum optimarum laude præcelluit.' Plin. xv. 2. 'Principatum in hoc quoque bono

Ver ubi longum tepidasque præbet
 Jupiter brumas, et amicus Aulon
 Fertili Baccho minimum Falernis
 Invidet uvis.

20

Ille te mecum locus et beatæ

cum Venafranis bonitate contendunt. Illic ver diuturnum et hyemes temperatas dat Jupiter: atque Aulon abundanti vino ferax nequaquam desiderat racemos Fa-

—17 *Ver tibi longum* Helmstad. a m. pr. *trepidasque* unus Bersmanni, et Helmstad. a m. pr.—18 Bentl. pro *amicus* conj. *apricus*, eumque secutus est Kidd. *amictus* conj. Nic. Heinsius, quod recepit Wakef. *amictus Aulon Verticem* conj. ap. Jones.—18 *Fertilis* emend. Passerat. et sic jam olim Serv. ad Virg. *Æn.* III. 553. unus Lamb. duo Cruq. Pulm. Gemblac. 2. et Beller. Mentel. Bentleii Leid. et Petrens. Venet. 1492. Asc. Locher. Heins. Canter. Nov. Lectt. VI. 14. Klotz. Lectt. Venus. p. 247. ‘Sed plane languidum esset epitheton fertilis, dum semel dictus esset Aulon amicus Baccho. Tum a vulgata non est opus recedere, quæ et exquisitum ornatum habeat.’ Jani. Kidd. cum Bentleio edidit, et *apricus A. Fertilis*; sic duo epitheta habebit Aulon, quod ingratum in Latina Poësi. Nostram lect. servant Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. alii codd. et edd. vett. cum Torrent. Lamb. Cruq. Bond. Schrevel. Delph. Heins. R. et H. Steph. Cuning. Sanad. Jani, Mitsch. Bipont. Wetz. et Comb.—21 *Ille me tecum* Exc. Sax. et Alt. 1.—22 Harl. 2. 4. 5. 6. unus

NOTE

(oleo) obtinuit Italia toto orbe, maxime agro Venafrano,’ &c. Martial. XII. 61. ‘uncto Corduba lætior Venafro.’ Et XIII. 101. ‘Hoc tibi Campani sudavit bacca Venafri.’

17 *Ver ubi longum*] Ubi verna temperies perdurat. Ita Servius explicat Virgil. Georg. II. 149. ‘hic ver assiduum;’ citatque hunc locum Horatii.

Tepidasque præbet Jupiter brumas] Hybernis etiam mensibus nulla ibi est æbris inclementia. *Bruma*] Solsitium hybernium, quod sic Ovid. explicat Fast. I. 163. ‘Bruma novi prima est, veterisque novissima Solis.’

18 *Et amicus Aulon Fertili Baccho*, &c.] Est et proximus collis Aulon, in quo vinum provenit Falerno minime inferius; proinde non ei invidet, a quo superari nequaquam timet. In agris Tarentinis vinum crescere generosum, testis Plin. XIV. 6. ubi vina recenset exquisita: ‘Vernum et lon-

ginqiura Italiæ ab Ansonio mari non carent gloria, Tarentina, et Servitiana,’ &c. Martial. XIII. 125. ‘Nobilis et lanis, et felix vitibus Aulon, Det pretiosa tibi vellera, vina mihi.’ Strabo lib. VI. Aulonia quasi Vallonia a vicina convalle nominata, inquit: hanc autem urbem ab Aulone monte vel potius promontorio puto dici, in Tarentino tractu sitam. Porro textus Horatiani ordo hic est: *Amicus*, id est, vicinus Tarento, *Aulon*, *fertili Baccho* gaudens, *minimum Falernis invidet uvis*. Vel: *Aulon fertili Baccho amicus minimum Falernis*, &c. Sic apud Tibull. dicitur: ‘Bacchi enra Falernus ager.’

21 *Ille te mecum locus*, &c.] Tam lætus et amœnus videlicet secessus te mecum invitat.

Beatæ arces] Explicant alii, editi colles optimis uvis beati: quia edita quæque loca arces vocantur. Ego malim de urbe Tarento intelligere, ubi fuit arx

Postulant arces; ibi tu calentem
 Debita sparges lacryma favillam
 Vatis amici.

lernos. Terra hæc et fortunatæ arces me teque exoptant. Illic tu cineres tepidos familiaris Pœtæ justo luctu prosequeris.



Bersmanni, Franeq. Lips. 3. 4. Dess. 2. Venet. Vet. Comb. Steph. et Cuning. ubi tu.—24 *Vatis Horati* Mentel. ex iv. Od. 6. 44.

NOTE

munitissima, ex Polybio lib. viii. Liv. lib. xxv. *Beatæ* vero *arces*, et felix Tarentum satis exprimitur apud L. Florum 1. 18. his verbis: ‘Tarentus, Lacedæmonium opus, Calabriae quondam, et Apuliae, totiusque Lucaniae caput, tum magnitudine et muris portuque nobilis, tum mirabilis situ: quippe in ipsis Adriatici maris faucibus posita in omnes terras, Istriam, Illyricum, Epirum, Achaiam, Africam, Siciliam vela dimittit. Imminet portui ad prospectum maris positum majus theatrum,’ &c.

22 *Ibi tu calentem Debita, &c.*] Ibi tu mihi justa et extrema persolves officia, cum fatis et vita functus fuero: cremato nempe cadavere, calentibus adhuc cineribus lacrymas impendes,

infundes, ac velut immiscebis: mortuum recens amicum luctu prosequeris vatem vates, et decorabis. Ennius vero contra, et arrogantius paulo: ‘Nemo me lacrymis decoret: neque funera fletu Faxit. Cur? Volito vivu’ per ora virum.’ Miserrimum etenim ac velut infaustum veteribus putabatur, si absque lacrymis humatio fieret, et funebri isto honore privaretur. Virgil. *Æneid.* 11. 372. ‘Nos animæ viles, inhumata, infletaque turba.’ Hinc et præficas arcesebant olim, quæ luctum facerent. Immo et exiguam ampullam lacrymis plenam urnæ ferali inserebant, sepulcroque inferebant; ut bene Torrensius observavit.

24 *Vatis amici*] Horatii tui.


ODE VII.

AD POMPEIUM VARUM.

Pompeio Varo, veteri sodali suo, Pompeianisque partibus præter ceteros ad dicto, jam vero Augusti gratia in patriam ab exilio (ut videtur) reverso, enormi cum lætitia gratulatur: eique suadet, ut dehinc, dimissa militari sua sævitia, se suavi et hilari vitæ tradat.

O SÆPE mecum tempus in ultimum

O Vire meorum prime commilitonum, mecum frequenter ad extremum diem re-



Ode quarta Libri primi in Ed. Sanad. Epigraphic in Venet. 1492. *Ad Pompeium soudalem et commilitonem*; codd. Torrent. *Ad Pompilium Varum*; alii codd. et plurimæ edd. vett. *Ad Pompeium Varum.* ‘Nescio quo errore

Deducte Bruto militiæ duce,
 Quis te redonavit Quiritem
 Dis patriis, Italoque cœlo,
 Pompei, meorum prime sodalium ?

5

dacte, Bruto belli principe, ecquis Romanum te reddidit numinibus patriæ, atque

Varum appellatur eum librarii, cum nullum extet exemplum, e gente Pompeia cuiquam id cognomen fuisse. Potius docte et eleganter asserit Sanadonus, esse intelligendum *Pompeium Grosphum*, ad quem est hujus Libri Od. xvi. de quo 1. Epist. 12. 23.' *Jani*.—3 *Quis te r. Quiritum* emend. Heins. et Sivr.—5 *Pompili* plerique codd. Torrentii, Mentel. Franeq. Dess. 2. tres Lipss. Harl. 1. 2. Venett. 1477. 1478. 1479. 1492. Vet. Comb. Ascens. et Locher. item quædam exempla Scholiastarum. *Pompi* unus Torrentii.—

NOTE

Metrum idem quod supra 1. Od. 9.

Athenis versabatur Horatius, Philosophiæ dans operam sub Academo præceptore, cum ad militiam est pertractus a Bruto tum Achaïam atque Athenas tenente, ut ait vetus Interpret. Hæc ipse de se testatur 11. Epist. 2. 43. et seq. Subinde et Tribunus legioni Romanæ præfuit : quod declarat 1. Sat. 6. 48. interfuitque demum ei pugnae, Philippicis in campis, qua Brutus ab Augusto cæsus tandem ac fusus est. In ea vero militia sodalem habuit Pompeium Varum, qui, post cladem Philippicam, non, ut Horatius, armis valedixit, sed Brutianis reliquiis, novoque bello se implicuit. Quibus extinctis, salvus tamen rediit Varus : quapropter incolumitatem ei gratulatur Horatius, ac Soteria canit hac Ode, atque ad convivium invitat.

1 *Sæpe mecum tempus in ultimum Deducte*] Qui toties vitæ periculum adiisti mecum in eo fatali bello, in quo Cassius et Brutus Julii Cæsaris interfectores adversus Augustum atque Antonium pro libertate publica dimicarunt; sicuti antea Cn. Pompeius contra Jul. Cæsarem.

3 *Quis te redonavit Quiritem*] Quis te patriæ restituit, vel Deus propi-

tius, vel patronus apud victorem Augustum potens et gratiosus?

4 *Dii patriis*] Dii patrii vocantur qui singulis præsent urbibus, suntque illarum propugnatores, atque a civibus honore præcipuo coluntur eximie : ut Mars Romæ; Athenis Apollo et Minerva; Apollo Delphis et Rhodo; Bæotiis Hercules et Bacchus; Juno Carthagini, Samo, Spartæ, Mycenis, Argis; Diana Creten-sibus; Venus Cypro, Papho, &c. Vide Alex. ab Alex. vi. 4. Fortasse Horatius hic Penates Deos intelligit, ut gratuletur Varo quod redux iterum videat suam domum ac Penates. 'Extat Quinti Ennii carmen, Deorum continens Penatium nomina, quos patrios alii, Varro Terentius etiam urbanos nuncupat : 'Juno, Vesta, Minerva, Ceresque, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.' Cæl. Rhodig. xxv. 30.

Italoque cælo] Cælum pro aëre et climate poni, constat vel ex hoc Horatii, 1. Epist. 11. 26. 'Cælum non animum mutant qui trans mare currunt.'

5 *Meorum prime sodalium*] Vel amicissime : patet ex fine hujus Odes; vel, cum quo militavi primum : sic et

Cum quo morantem sæpe diem mero
 Fregi, coronatus nitentes
 Malobathro Syrio capillos.
 Tecum Philippos et celerem fugam

Italico aëri? Cum quo non semel bibendo vino interrupti tardantem diem, redimitos habens crines unguento Syrio nitidos. Tecum expertus sum Philippos, et fu-



8 *Malabathro, Malobathro* in quibusdam codd. et edd. vett. eadem varietas

NOTÆ

condiscipulus in Philosophiæ studio videatur fuisse Varus Horatii, et cum eo ad civile bellum Athenis evocatus. II. Epist. 2. 47. 'Civilisque rudem belli tulit æstus in arma Cæsaris Augusti non responsura lacertis.'

6 *Morantem diem*] Vel æstivum, reipsa longiorem; vel morari visum præ tædio civilium tumultuum, ac laborantis Reipublicæ, itemque ærumnarum bellicarum, quæ Horatio quidem ad studia literarum Musarumque otium magis quam ad strepitus militares nato graves erant ac molestæ.

7 *Fregi*] Per intervalla tecum potando rupi, transegi; atque ita sollicitudines ac dolorem fefelli utcumque, pertuli, superavi.

Coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos] Floreis quidem coronis inter epulandum solitos uti veteres, ostendimus I. Od. 38. unguentis etiam perfudisse caput, notum fere, et ex dicendis patebit. Ab Ionibus primum ad fœminas Rom. delicatiores translatus iste mos coronarum in conviviiis, atque unguentorum, maxime vero malobathri, quod et foliatum dicebatur: testis Galenus. Observa porro corollas istas unguentis interdum fuisse delibutas. Athenæus item lib. xv. Plin. XXI. 3. 'Lantissimum,' inquit, 'dari coronas e nardi folio, aut versicolores unguentis madidas.'

8 *Malobathro Syrio*] Malobathrum

sive malabathrum, unguentum erat exquisitum e folio quod gignunt Indicæ paludes, in regione Malabar, et vernacule *bathrum* vel *bethrum* vocant Indi. Nomen hinc factum satis apparet. In Syriam apportabatur ex India: illinc autem Romani mercatores deferebant: unde Syrium Romæ vocabatur. Galen. cit. Dioscorid. Plin. XIII. 1. Sed XII. 26. ita scribit: 'Dat malobathron Syria, arborem folio convoluto, arido colore, ex quo paratur oleum ad unguenta: fertiliore ejusdem Ægypto. Laudatius tamen ex India venit. In paludibus ibi gigni tradunt lentis modo,' (lenticulæ palustris modo aquis innatare. Dalecamp.) 'odoratus croco, nigricans, scabrumque, quodam salis gustu. . . . ejus sapor nardo similis esse debet sub lingua: odor autem in vino suffervefacti antecedit alios. In pretio quidem prodigio simile est,' &c.

9 *Tecum Philippos, &c.*] Affini tecum in campis illis prope Philippos urbem Macedoniae, in Thraciæ confinio, ad Pangæi montis radices: quam Philippos Alexandri Magni pater instauravit, ac de suo nomine appellavit. Ibi nimirum commisso duplici prælio Augustus atque Antonius Cassii et Bruti exercitus fuderunt, viceruntque eos qui triumpham ante victoriam et pugnam cecinerant. Vide infra.

Sensi, relicta non bene parmula ;
 Cum fracta virtus, et minaces
 Turpe solum tetigere mento.

gam præcipitem, abjecto indecore clypeo; quando virtus debilitata est, et terra mentum fæde applicuerunt qui minas jactabant. At velox Mercurius tremebundum



est etiam in codd. Plin. XII. 26. XIII. 1.—11 Venet. 1492. et Locher. *et minaces turmæ Turpe, &c.* error librarii.—12 *Turpe!* ut sit interjectio s. exclamatio, post Geor. Fabricium, Bersm. Bentl. Cuning. Sanad. et Sivr. *minaci Turpe solum t. mento* mallet Jos. Scaliger. Poët. vi. 7. ‘Totus ei locus displicet. Vide, si ridere voles, quomodo corrigat Horatium: *Cum fracta virtus insolenti (s. obstinato) Cedere non verita est jurori; Vel, Oblita virtus cum ve-*

NOTÆ

10 *Relicta non bene parmula*] In ea clade fugam suam non dissimulat hic Horatius, insuper et clypei projectionem. Quod ad primum attinet, non caret semper excusatione. Nam fortis est non modo resistere, sed et sapienter fugere ac cedere. Sic Homerus Æneam laudat velut metnendi fugiendique peritum: et hanc ei laudem juste dari agnoscit Plato in Lachete. Vide et initium vitæ Pelopidæ apud Plutarch. Alterum vero culpa nuquam vacare creditum est. Unde apud Germanos sacris interdictum erat ei qui in acie scutum amisisset. Alex. ab Alex. iv. 17. Apud Spartanos autem capite luebat. Idem II. 13. Vide Aristot. II. Rhetoric. Modestin. Jurisc. lib. III. de Re Militari. Hinc teste Ammiano Marcell. lib. xxv. paulo post initium: ‘Epaminondas ille dux inclytus, letaliter apud Mantineam saucius reversus ex acie, scutum solícite conquirebat: quod cum vidisset propius, lætior vi vulneris interiit; et qui animam intrepidus amittebat, jacturam clypei formidavit.’ Quod idem ita refert Justinus I. vi. ‘Ut, relatus in castra semianimis (Epaminondas), vocem spiritumque collegit, id unum a circumstantibus requisivit, num cadenti sibi scutum ademisset hostis: quod

ut servatum audivit, allatum velut laborum gloriæque socium osculatus est.’ Apud Plutarch. Apophthegm. Lacon. Demaratus interrogatus, quid dedecoris et probri sit clypeum abjicientibus, non ita vero galeam aut gladium, respondit, quia hæc sui ipsorum causa sumunt, clypeum autem communis aciei gratia.

11 *Cum fracta virtus*] Cum Bruti pars et virtus victa est fatis adversantibus, et Augusto Imperio orbis destinantibus. Tum enim in summa rerum desperatione ille apud suos conquestus fertur; ‘frustra coluisse se virtutem, quæ inane esset nomen, et fortunæ servire.’ Plutarch. in Bruto. Dio lib. XLVII. Appian. lib. IV. Liv. Epitome lib. CXXIV. ‘C. Cæsar et Antonius apud Philippos vario eventu contra Brutum et Cassium pugnaverunt; ita ut utriusque partis cornua dextra vincerent. . . . sed inæqualem fortunam partium mors Cassii fecit, qui cum in eo cornu fuisset quod pulsum erat, totum exercitum fusum ratus, mortem sibi conscivit. Altero deinde prælio victus M. Brutus et ipse vitam finivit, annorum circiter quadraginta; exorato Stratone fugæ comite, ut sibi gladium adigeret.’ Xiphilinus in Augusto sic rem describit: ‘Si Brutus cum Antonio

Sed me per hostes Mercurius celer
Denso paventem sustulit aëre :

me per hostes aëre spisso rapuit : te mare fremens et æstuans retraxit, iterumque

NOTÆ

decertasset, et Cassius cum Augusto Cæsare, ipsi pares inter se fuissent : sed dum Brutus Cæsarem imbecillum vicit, Antonius autem Cassio, qui par ei bellicis in rebus non erat, superior fuit, victores quodammodo victi discesserunt,' &c.

Minaces] Milites Bruti scilicet ac eorum Duces arrogantius jactabant minas in Cæsarianos, quos priori certamine superaverant, tam aperta quidem victoria, ut 'castra Cæsaris et Antonii, quæque in castris erant, omnia capta sint ; ac Cæsar ipse mirabiliter salvus evaserit.' Ex Xiphil. loco mox cit. Item ex Appiano lib. IV. Civil. Bell. Rom. Brutus ipse hostes retrocessisse accipiens, sic illud : 'Hi ut defessos nos provocantes minime experiri ausi sunt.' Cum autem Cæsarianos intelligeret inedia et fame prope enectos, ac morando citra suorum periculum, conficere vellet, 'conquerebantur milites, mulierum more, intra vallum se contineri : excandescabant etiam eorum Duces . . . hostesque ab exercitu prompto et parato facillime vinci posse existimabant. . . tandem exercitus per cohortes, ac deinde per concursus, apertius conqueritur : quid tandem Imperator noster meditatur ? in quo nuper victoriam adepti deliquimus ? . . . Instantibus denique pertinaciter Ducibus ac primoribus Brutus indignatus, eorum temeritati, proprioque discrimini assensus est.' Xiphil. *ibid.*

12 *Turpe solum tetigere mento*] Id est, victi procubnere, non sine gravi turpitudinis nota, ob priorem arrogantiam, ac minas : ateniim meminisse oportebat, quod scribit Cic. ad Attic. VII. 3. 'Armorum exitus in-

certos esse semper ;' atque, 'incipitem fortunam belli,' pro M. Marcello. Alii explicant *turpe solum*, terram cruore fœdatam, quam, qui vulneribus confecti cadunt, dentibus solent apprehendere ; aut saltem labra mordicus premere ; seu dolore et ira adacti, seu ne quam emittant vocem querelarum, sua virtute et existimatione indignam.

Tetigere mento] Prona in terram facie, in pulvere volutati. Virgil. *Æn.* XI. 418. 'Procubuit moriens, et humum simul ore momordit.' Et *ibid.* vs. 668. 'Sanguinis ille vomens rivos cadit, atque cruentam Mandit humum, moriensque suo se in vulnere versat.'

13 *Sed me per hostes Mercurius celer, &c.*] Metaph. Tum vero fuso exercitu nostro, furtim me proripui, ac celementer fugi, duce Mercurio, qui alatus fingitur et furti Deus, I. Od. 10. in cujus etiam tutela sunt Docti, qui idcirco 'Mercuriales' vocantur, Ode XVII. libri hujus. Ingeniosæ porro suæ fugæ alioquin indecoræ ac turpi colorem dat Horatius, subtractum se discrimini, protectumque a Mercurio, dicens ; id nempe fingens sibi accidisse, quod Priamo scribit Homerus. Vide Not. I. Od. 10. 14. quodque Paridi I. Od. 15. Item Hectori, quem Apollo pari modo servat, *ἥρι πολλῆ*, Iliad. γ. Sic et Virgil. *Æneam* a Neptuneo de Achillis manibus ereptum inducit, *Æneid.* v. 809. 'Pelidæ tunc ego forti Congressum *Æneam* nec Diis nec viribus æquis Nube cava eripui.'

14 *Denso aëre*] Nube, quæ densatus est aër. Homer. Iliad. Γ. de Paride ab impetu Menelai per Venerem exempto : Τὸν δ' ἐξήραξ' Ἀφροδίτη, . . . ἐκάλυψε δ' ἄρ' ἥρι πολλῆ.

Te rursus in bellum resorbens 15
 Unda fretis tulit æstuosis.
 Ergo obligatam redde Jovi dapem,
 Longaque fessum militia latus
 Depone sub lauru mea; nec
 Parce cadis tibi destinatis. 20

ad militiam deduxit. Debitum igitur epulum Jovi persolve: et corpus diuturno fatigatum bello reclina sub mea lauro: neque doliis abstine tibi servatis. Polita

//////////

tustum Perdere non timuit pudorem. Ohe! ohe! Jani.—19 Pulmanni Gemblac. 1. Lips. 1. a manu sec. Venet. 1492. Locher. aliæ edd. vett. *sub lauro*; Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. aliique plurimi codd. *sub lauru*, et sic edidere Torrent. Lamb. Cruq. Heins. R. et H. Steph. Bentl. Baxt. Cuning. Sanad. Jani, Mitsch. Wetzl. Bipont. Wakef. Comb. et Kidd. et ita jam Servius ad Virg.

NOTÆ

Te rursus in bellum resorbens, &c.] Me quidem Horatium paventem Mercurius sublimem rapuit, ac nebula protexit: te vero, Pompei, Martis ardor in nova pericula coniecit, ac recrudescenti bello implicuit, semper intrepidum, ac publicæ libertatis pertinaciter vindicem.

Resorbens unda fretis tulit æstuosis] Sicut in fretis æstuosis unda recedens iterumque accedens ea resorbet quæ evomuerat, ac in littore reliquerat, sic bellum cæsis Cassio Brutoque quasi profligatum ejecerat te, Vare, non secus ac me, liberumque veluti fecerat: verum exardescens porro tumultus civilis in arma te rursus abripuit. His Horatii verbis non abs re volunt quidam alludi ad prælium Sexti Pompeii in Siculo freto commissum: adeoque ad illum cum aliis Varum confugisse, post cladem Brutianam: unde tandem salvus ille Romam redierit, et Augusto reconciliatus sit. Æstus illos marinos egregie describit Virgil. *Æn.* xi. 624.

17 *Ergo obligatam redde Jovi dapem]* Pro incolumitate ista tua post tot labores et pericula, o Vare, grates Diis persolve, fac sacrum Jovi Servatori, Dapali; de quo M. Cato de Re Rust. cap. 132. *Obligatam dapem, sa-*

crificium inter discrimina promissum ac votum a Pompeio Varo, interpretari licet, ex Prisciano lib. vii.

18 *Longaque fessum militia]* Multo longiori quam mea, inquit Horatius: nampe sub Cassio et Bruto, deinde sub Sexto Pompeio, in Sicilia: ut dictum est. Ergo tot ærumnis vires exhaustas recrea, epulare mecum, quiesce apud me; *sub lauru mea* tutus: patrocínio meo confisus, adeoque omni deposita sollicitudine. Spondet nempe Varo Horatius, forte nondum perfecte ab Augusto veniam consecuto, favorem Mæcenatis, per quem ipse cum illo victore metuendo jam reconciliatus fuerat. Cum enim proscriptioe bonorum, cum aliis partes adversas secntis, mulctatus esset, inops rerum coactus est faciendo versus victum quæritare. Quod ita narrat 11. Epist. 2. 49. ‘Unde simul primum me dimiserit Philippi, Decisis humilem pennis, inopemque paterni Et lais et fundi, paupertas impulit audax Ut versus facerem.’ Itaque Mæcenatis primum animum demeruit, perque hunc Augusti placare iram aggressus est: et quod scribit ad Pisonem vs. 401. ‘quanquam alio ibi proposito: ‘gratia regum Pieriis tentata modis: ludusque repertus, Et

Oblivioso levia Massico
 Ciboria exple; funde capacibus
 Unguenta de conchis: quis udo
 Deproperare apio coronas

vasa reple Massico oblivionem malorum afferente: et unguenta de amplis vasis effunde. Quis vero texet diligenter corollas ex apio humido vel myrto? Eequem po-

//////////

Ecl. II. 54. *neu Purce Cuning.*—22 Codd. variant: *Ciberia, Cibaria, Cibotia, Cihotia.* Gr. *Κιβώρια.* Strab. XVII. p. 799. *imple capacibus unus Lambini; af-*

NOTÆ

longorum operum finis.' Quod autem Mæceas potens esset et idonea lanrus ad averruncandum Augusti fulmen, patet ex Xiphilino cit. qui in Augusto scribit: 'Mæcenati tantam a Cæsare delatam potestatem in rebus omnibus, ut literas quascumque ad Senatum vel ad alios mitteret, ipse prius legere posset, et ex eis quæ vellet immutare.' Et postea: 'Cæsari Mæcenatem profuisse tum ceteris in rebus, tum vero quoties vehementius irascebatur, quod ejus iram leniebat: et quod in multos alioqui mortis dicturus sententiam, a Mæceate correptus, nemine capitis condemnato statim surrexerit,' &c.

21 *Oblivioso levia Massico Ciboria exple*] Large pota vinum e Campania melioris notæ, quod oblivisci faciat ærumnas priores, omnemque mentis ægritudinem detergeat et discutiat. De Massico I. Od. 1. *Exple*, vel imple, vel exhauri et sicca scyphos et calices. Utrumque enim significat ea vox, apud Ennium, Terent. Donat. Nonium Marcellum.

22 *Ciboria*] Vasa seu pocula satis capacia. Ex Athen. lib. III. et XI. 7. quem in locum Casanbonus ita scribit: 'Græcis peregrinum poculum opinor et nomen, etsi potest videri derivatum, unde et *κιβωτός*. Sed constat in Ægypto primum cæpta fieri ciboria ex Ægyptiæ fabæ ciboriis, deinde ex alia materia, figura eadem. Hesychius diserte: *Κιβώριον, Αἰγυπτίον*

ὄνομα, ἐπὶ ποτηρίου. Ecclesia usu fecit suum hoc nomen,' &c. Dalecamp. in Athen. cit. τὰ *κιβώρια*, et *κιβώτια*, id est, areulas in hujus fabæ capite vocabantur eos loculos, quibus semen continetur, inquit. Fabæ istius descriptionem hic attexere non pigebit.' 'In Ægypti lacubus et stagnantibus aquis faba nascitur, scapo amplissima, longitudine ad cubitos quatuor surrecto, digiti crassitudine, arundineo, molli, non geniculato, qui totus rimis intrinsecus pertusus atque distinctus est, ut in lilio. Huic insidet caput rotundo vesparum favo simile. Fabæ in singulis veluti nucamentorum loculis aliquantulum prominent, ad summum numero triginta. Flos duplo major quam papaveris, rosæ colore. Extat caput super aquam. Singulis fabarum plantis adnascuntur folia magnitudine pilei Thessalici, quorum canlis idem qui fabarum,' &c. Ex Theophrasto apud Athen. init. lib. III.

Funde capacibus Unguenta de conchis] Ne quid hilaritati desit, adhibe et unguenta copiose quidem. Vide supra Not. ad vs. 7. hujus Odes. Item quæ postea mox.

23 *Conchis*] Vel accipe pro quolibet vase et alabastro: vel simpliciter intellige reposita pridem in *conchis unguenta*: quæ sunt odorum permixtio cum oleo vel balsamo, ad delicias, vel ad sanitatem etiam corporis. Vide Cæll. Rhodig. XXVII. 26. Cur autem

Curatve myrto? quem Venus arbitrum

funde capacibus Exc. Sax.—25 *Curat ve myrto* scribi vult, post alios nonnullos, Baxt. hic et alias, pertinere enim non ad *curat*, sed ad *myrto*. ‘Verum quod poetarum liberior usus encliticas *que et ve* sæpe alieno vocabulo, non illi, cui debebat, annectit, non ideo statim est talis novitas inducenda.’ *Jani. curat*

NOTE

in comotationibus ungerent caput veteres, explicatur apud Athen. xv. 13. nempe quod ‘vini vim imbecilliorum fore crederent, si eo pacto veluti dilneretur,’ &c. De unguentorum luxu et mollitie, Plin. XIII. 3. et Plintarch. Apophthegm. Lacon. ubi scribit: ‘Unguentariis aditum Spartæ præclusum a Lycurgo, unguentaque velut corruptelam et perniciem omnino proscripta atque amandata.’ Cœl. Rhodig. XXVII. 24. ex Xenophonte et Socrate, refert, cum bellariis corollisque in secundas mensas venisse unguenta profligatis congrua moribus atque impudicis.

23 *Quis udo Deproperare apio, &c.*] Ad famulum hæc: Quis protinus text et nobis corollas ex apio vel myrto, quibus ex more inter epulas caput exornemus? *Udo*, vel recenti, vel potius quod humidis in locis crescit affatim et colligitur. De myrto 1. Od. 38.

24 *Apio*] Plin. xx. 11. ‘Apio gratia vulgo inest. Namque rami largis portionibus per jura innatant, et in condimentis peculiarem gratiam habent. Honos ipsi in Achaia coronare victores sacri certaminis Nemeæ.’ Hæc posteriora addit idem Plin. XIX. 8. Vide Alex. ab Alex. v. 8. Athen. xv. 10. inter flores coronarios apium ita recenset ex Pherecrate: ‘Age tu qui malam intueris, hyacinthum spiras, melilotum loqueris, rosas distractis labiis rides, amaracum oscularis, dimoto corpore apium oles, cosmosandalum incedis, vinum affunde, et acclama tertium Pæana, ut est lege sancitum.’ Sunt qui apio dicant

ebrietatem impediri, quocirca veteres eo se coronarent in conviviis. At repugnant Botanici Doctores: id vero hederæ quidem, non apio tribuunt.

25 *Quem Venus arbitrum Dicit bibendi*] Quis erit et fiet convivii Rex, jactu Venereo in talis felici? Horat. 1. Od. 4. ‘nec regna vini sortiere talis.’ Vide et quæ ibi annotavimus. Ad intelligendum sensum Horatii duobus istis locis observa, 1. in comotationibus veterum creari solitum Regem, a quo poculorum leges aliæque in convivio observanda præscriberentur: eum porro Græcis appellatum *συμπόσιάρχον, βασιλέα, στρατηγόν*. Latinis autem convivii Dictatorem, Plant. Modimperatorem, Varro. Arbitrum, Horat. Vulgo convivii Magistrum, Regem, Ducem, *Symposiarchum*. Strategum etiam dixit Plautus, et Dictatricem. 2. Consuetum id sorte fieri, et quidem talorum vel tesserarum sunimo jactu, qui *Venus* dicebatur: eratque cum tali quatuor diversa facie cadebant; in tesseris autem quando ter senarius contingebat. De his ludis plura ad Persii Sat. v. annotavimus. Vetus Interpretis sic ita scribit: ‘*Ἀρχιποσίαν* significat, id est, tesserarum jactu datum in bibendo primatum. Veneris autem jactus latissimus dicitur, qui numerum habet ter senarium.’ Ubi cave ita legas, ne vero male, *tricenarium*, cum insanientibus Librariis quibusdam Acronis, Porphyriionis, et aliorum. Quod optime sensit pridem et correxit Hadrianus Junius, Ani-

Dicet bibendi? non ego sanius
 Bacchabor Edonis: recepto
 Dulce mihi furere est amico.

tandi magistrum creabit Venus? Ego certe non moderatius agam quam Edoni. Nam et mihi suave est insanire amico recuperato.



de myrto Lips. 4. a manu sec.—26 *Dicit* conj. With.—27 *Edoniis* Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. quidam ap. Jani, Venett. et Vet. Comb. alii ap. Jani *Hedonis*, vel *Ædonis*. Gr. est Ἠδωνοί.

NOTÆ

madvers. Hesychius τρις ἐξ νικητήριος βόλος. Quo pertinet etiam proverb. ἢ τρις ἐξ, ἢ τρεῖς κύβοι, cuius et meminit Jul. Pollux ix. 7. id est, felix vel infelix jactus, senio, vel canis; seu: *tres senarii, vel tres unitates*. Nam κύβος idem sonat interdum quod μονὰς, sive κύων et χῖος, quod fefellit nonnullos male feriatos Interpretes. De talis autem Lucian. in Amorib. Μηδενὸς ἀστραγάλου πεπόντος Ἰσφ σχήματι καλεῖται Ἀφροδίτη.

Venus] Is jactus dicebatur et Basilicus. Plant. Curcul. ii. 3. Vide Eustath. ad Iliad. Ψ. et Odys. A. Cic. de Divinat. i. et ii. Martial. xiv. 12. Propert. iv. 9. Isidor. Origin. xviii. 65. et 66. &c.

26 *Dicit*] Designabit, præficiet, decernet, creabit velut edicto. Solenne verbum Juris.

Arbitrum bibendi] Is convivii moderator, ubi creatus erat, pro arbitrio condebat leges; quales expressas legere est apud Lipsium, Antiq. Lect. lib. iii. capite unico. Unde et multa ad rem præsentem spectantia hausimus: ergo et hæc accipe. Quindecim illie statuta præscribuntur; quorum præcipia sunt ista: 'Vinum purum putum, puer, infundito. A summo ad imum more majorum bi-

bunto. Decem cyathi summa potio sunt. Musis nonnum, decumum Apollini libanto. Dominam si quis habesit, indicium facito. Rixæ, clamor, contentio, ad Thraces Ablegantur: eorum vicem carmen, Aliudve quid Musæum, proferunto,' &c.

Non ego sanius Bacchabor Edonis, &c.] Adeo me afficit ac velut extra me rapit ingens lætitia ob receptum præter spem Pompeium Varum mihi dilectissimum, ut mihi temperare nequaquam possim, nullumque gaudio modum adhibere queam. Itaque desideratissima illius præsentia fruens totum me hilaritati tradam. Hinc et bibam largius, et saltabo, et discurram instar bacchantium: et quamvis *furere* et insanire videar, hoc etiam *dulce* mihi futurum est.

27 *Edonis*] Edon Servio, Edonus Plinio iv. 11. mons Thraciæ, a quo Thraces Edoni vel Edonii, Bacchus etiam Edonius, Bacchantes quoque Edonides et Edonæ cognominantur. Propert. i. 3. 5. 'Nec minus assiduis Edonis fessa choreis... concidit.' Porro tum Edoni, cum Thraces universi bibacitate ac petulantia fanosi noscuntur. De quibus et supra ad i. Od. 27. 'Natis in usum lætitiæ scyphis Pugnare Thracum est.'

ODE VIII.

IN BARINEN.

Horatius ardet et odit. (Conf. Ovid. Amor. III. 3. *Gesn.*)

ULLA si juris tibi pejerati
Pœna, Barine, nocuisset unquam ;

O Barine, si quæ tibi punitio aliquando contigisset ob fidem violatam ; si defor-

//////////

Ode hæc deest Editioni Sanad. Inscriptur in codd. Anhalt. et Fabr. *In Juliam Barinen Romanam* ; in codd. Chabotii Blandd. Cruquii, *Ad Juliam Barinen* ; in tribus Torrentii, *Julia Varinæ Meretrici rapaci et avaræ.*—2 ‘*Baryne* Ascens. et aliæ edd. vett. *Varine* Pulm. Hun. et Gemblac. 1. 2. Lips. 3. 4. unus Bersm. et Gott. *Varina* Helmst. a m. pr. Mendum in hoc nomine latere visum est viro sagacissimo T. Fabro, et post eum Bentleio, quia nec Græcum nec Latinum sit. Faber legebat *Earine*, quod nomen omnino in multis Inscriptt. est ap. Bentl. Sed cum in *Earine* tres priores syllabæ sint breves, turpiter lapsum esse Fabrum apparet. Bentl. suspicatur *Nerine*, *Larine*, vel aliud tale. Ingeniosissime omnium With. conj. *Iberine*, ex Juvenal. vi. 53. unde et *I. (n)lia Barine* in Inscriptt. hujus Odes orta sit ; nam vix meretriculam tam augustum nomen gessisse. Sed hoc ultimum nolim defendere. Quid enim, si *Barine* liberta fuit, et pristinae dominae, quæ Julia

NOTÆ

Metrum idem quod 1. Od. 2.

1 *Ulla si juris*] Si non impune toties fregisses fidem, si vel semel pœnam inde aliquantulum pertulisses, atque ultores perjuratorum Dii tantulo deformiorem effecissent, dente vel ungue nno denigratam ; (quo quidem gravius nihil accidere tibi posse existimo ;) tibi juranti, Barine, credere ; ratus nimirum formidaturam te deinceps ulterius mulctari, si iterum pejeraris. Alii interpretantur, crederem vindices adesse Deos fidem violantibus. Ea nempe apud antiquos inoleverat opinio, mentientes quodam parte corporis illico pœnam ferre, seu pustulam naso aut lingua, seu notam vultu, oculis, dentibus, manibus, alibive, nigram ac deformem, &c. Hinc Theocrit. Idyll. ix. *Μηκέτ' ἐπὶ γλώσσας ἄκρας ὀλοφυγδὸνα φύσῃς.* Nec amplius in lingua extrema

pustulam produxeris. Et Idyll. xii. *ἐγὼ δέ σε τὸν καλὸν αἰνῶν Ψεύδεια ῥινδς ὑπερθεὺν ἀραιῆς οὐκ ἀναφυσῶ.* Ego vero te pulchrum prædicans mendacia super summum nasum non produxero ; id est, nihil falsi edam. Hinc Ovid. Amor. III. 3. de amica quæ pejeraverat, velut admirans ait : ‘Esse Deos credamne ? Fidem jurata fefellit : Et facies illi, quæ fuit ante, manet. Quam longos habuit nondum perjura capillos, Tam longos, postquam numina læsit, habet. Candida candorem roseo suffusa rubore Ante fuit : niveo lucet in ore rubor. Pes erat exiguus ; pedis est aptissima forma. Longa decensque fuit ; longa decensque manet. Argutus habuit, radiant ut sidus, ocellos ; Per quos mentita est perfida sæpe mihi.’

2 *Barine*] Julia Barine, forma spectabilis adolescentula ; Romana,

Dente si nigro ficres, vel uno
 Turpior ungui,
 Crederem: sed tu, simul obligasti 5
 Perfidum votis caput, enitescis
 Pulchrior multo, juvenumque prodis
 Publica cura.
 Expedit matris cineres opertos
 Fallere, et toto taciturna noctis 10
 Signa cum cœlo, gelidaque Divos
 Morte carentes.

mior esses effecta atro dente, vel ungue uno; crederem: verum statim ac promissis fallacibus caput obstrinxisti, longe formosior splendes, fisque adolescentium communis sollicitudo. Ergo juvat fraudare sepultos cineres genitricis, astraque noctu silentia, Olympumque universum, atque numinu frigida mortis expertia. Id,

vocaretur, ut mos erat, nomen assumpsit? Est Inscript. ap. Bentl. e Grutero p. 875. 6. DIS MANIBUS IULIÆ LARINÆ; e qua forte *Larine* pro *Barine* arri-deat. Sed quid, si et *Barine* pro Græco nomine haberi possit? Omnino, ut præclare vidit Sivr. V. C. ap. Aristotel. Hist. Anim. lib. iv. βαπίvos est, piscis genus. Jam multa nomina propria Græcorum a piscibus sumta; ut Phocas, Nauplius, cet.' *Jani. Barine* Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. omnes Cruquii; *Varine* codd. Torrentii.—4 *Turpior ungui* Ascens.—10 *Cuning. ac toto.*—

NOTE

ut habent codices quidam, quanquam nomen istud Romani, Latini, Grævice nihil habet. Non absurde igitur *Ea-rine* legendum suspicantur viri certe eruditi, ab εάρ, quod *ver* sonat.

3 *Dente si nigro, &c.*] Dentes albos ad pulchritudioem pertinere, nemo nescit.

Vel uno Turpior ungui] Vel parte minima corporis mutila vel deformata.

5 *Sed tu, simul obligasti, &c.*] At ubi malum omne ipsa tibi, si fallas, imprecata es, fallis tamen, mali nihil metuens, mali nihil portans: immo vero pulchrior evadis, pluresque nancisceris amatores.

6 *Perfidum votis caput*] Virgil. *Æn.* ix. 300. 'Per caput hoc juro, per quod pater ante solebat.'

9 *Expedit nutris cineres, &c.*] Ergo

si e perjuriis enascuntur emolumenta, nedum incommoda vel pœnæ subean-tur, certe expedit religionem omnem flocci facere: adeoque promissa ma-tri jam sepultæ non valde refert im-ple-re, immo juvat non persolvere, et fallere. Flagitium tamen ac nefas maximum, parentum cineres violare, veteres crediderunt. Virgil. *Æneid.* iv. 427. 'Nec patris Anchisæ cineres manesve revelli.'

10 *Et toto taciturna noctis Signa cum cœlo, &c.*] Expedit, inquam, fal-lere, mentiri, perfide testari ac ju-rare sidera, Deos immortales, totum-que cœlum. Virgil. *Æneid.* vi. 458. 'Per sidera juro, Per Superos,' &c.

Taciturna noctis Signa] Hypallage: sidera nocte tacenti lucentia. Cæsar de Bello Gall. lib. vii. 'Id silentio noctis conati:' et postea, 'silentio

| | |
|--|----|
| Ridet hoc, inquam, Venus ipsa, rident
Simplices Nymphæ, ferus et Cupido
Semper ardentes acuens sagittas | 15 |
| Cote cruenta. | |
| Adde quod pubes tibi crescit omnis;
Servitus crescit nova; nec priores
Impiæ tectum dominæ relinquunt,
Sæpe minati. | 20 |

inquam, ipsa ridet Venus: rident faciles Nymphæ, immo et sævus Cupido ignitas assidue sagittas exacuens cote sanguinolenta. Præterea juvenus tibi cuncta adolescit, tolque captivi parantur novi: veteres autem irreligiøsæ dominæ domum, fre-

//////////

13 *Ridet hæc unus Bersmanni et Dess. 2.* ‘Vide, an melius sit, legere, *inquis*, pro *inquam*. Majorem vitam Carmen accipit.’ *Klotz. Lect. Venus.* p. 250. —17 *Adde quum* conjicit Crusius, improbante Gesn.—20 Porphyrion legisse videtur *minaci*; sic et Venet. 1492. Locher. Basil. 1531. et Mancinell.—

NOTÆ

noctis Cæsar e castris egressus.’ Virgil. *Æneid.* iv. 524. ‘cum medio volvunt sidera lapsu, Cum tacet omnibus ager, . . . sub nocte silenti, Lenibant curas,’ &c.

13 *Ridet hoc, inquam, Venus, &c.*] Non offenditur, immo delectatur Venus perjuriis ejusmodi inter amantes frequentibus. Quare vero? quoniam pejerantes in rebus amatoriis, similes pueris, minimum mentis habent. ‘Ὀς καθάπερ παῖδων, τῶν ἡδονῶν νοῦν οὐδὲ τὸ ὀλίγιστον κερτημένων. *Voluptates*, id est, qui eas cæco impetu sectantur, *velut pueri, minimum rationis possident*, adeoque vix intelligunt quid agant: quo levius fit quod peccant. Plato in *Philebo*. Ovid. *Amor.* ii. 3. 11. ‘Scilicet æterni falsum jurare puellis Di quoque concedunt.’ Et *Art. Am.* i. 633. ‘Jupiter ex alto perjuria ridet amantum, Et jubet Ælios in freta ferre Notos.’ Tibull. i. 4. 21. ‘Nec jurare time: Veneris perjuria venti Irrita per terras et freta summa ferunt.’ Hinc et proverb. ‘*Aphrodisium juramentum*,’ pro vano et fatili.

14 *Simplices*] Mites, benignæ, indulgentes, ad ignoscendum ‘faciles,’ ex Virgil. *Eclog.* iii. 9. ‘Et quo, sed faciles Nymphæ risere, sacello.’

Nymphæ] *Asseclæ* comitesque Veneris, Jocus, Risus, Gratia, &c.

Ferus et Cupido] Necnon ipse, qui videtur ferus, Cupido ridet perjuriam istiusmodi, quamvis ad vindictam parata semper gerat arma, arcum, sagittasque, easque ardentes et acutas cote cruenta. Nimirum quas pugnas, quæ vulnera, quas cædes amor non gignit?

17 *Pubes tibi crescit omnis, &c.*] Impuberes crescere et adolescere videntur ad tibi serviendum, augendumque captivorum tuorum numerum. *Nec priores* tamen amatores *relinquunt* te, licet experti perfidiam tuam; quamvis etiam relicturos te, aliamque fideiorem amicam quæsituros, non semel ante *minati* fuerint. Verum ‘fixus hic est apud te animus’ eorum ‘clavo Cupidinis,’ ut est apud Plaut. *Asin.* 1. 3. 4. Tibull. ii. 6. 13. ‘Juravi quoties rediturum ad limina nunquam! Cum bene juravi, pes tamen ipse redit.’ Propert. ii. 3. 49. ‘Primo juvenes

Te suis matres metuunt juvencis,
 Te senes parci, miseræque nuper
 Virgines nuptæ, tua ne retardet
 Aura maritos.

quenter minati licet, haud deserunt. Te matres suis adolescentibus, te senes avari timent; puellæ quoque recens matrimonio junctæ metuunt, ne viros suos remoretur fulgor tuus.

21 *Tunc suis Lips. 3. metuent Lips. 4.—22 Jones. distinguit, miseræque, nuper virgines, nuptæ; 'sed quam languidum illud, nuper virgines.' Jani.—24 Cura conj. Bentl. et sic Lips. 1. Aula conj. ap. Jones. sunt ap. eundem suspiciones Sura, Cæna. Cf. Claudian. de Magnete xxxviii. 39. Wernsdorf. ad Poët. Minor. v. p. 412.*

NOTE

trepidant in amore feroces, Dehinc domiti posthæc æqua et iniqua ferunt.' Vide Pers. Sat. v. 161. et seq.

21 *Te suis matres metuunt juvencis]* Ne capti illecebris tuis adolescentes, meretricisque amoribus innexi, pessumdato pudore, 'siccis dedecus obstant Cognatis.' Pers. mox cit. *Te senes parci* timent pariter; ne juvenes illi 'rem patriam rumore sinistro Limen ad obscænum' frangant, ibid. id est, patrimonium dilapident in impura consuetudine. Meretricem esse quasi voraginem nihil non

absorbentem, alibi notavimus. Itaque filiis suis parentes metuunt te velut scopulum, ad quem rerum imperiti illiduntur, faciantque naufragium honoris ac fortunarum.

22 *Miseræque nuper Virgines nuptæ, &c.]* Puellæ denique recens nuptæ metuunt, ne maritos suos a se abalienet abducaturque ac detineat *aura tua*, favor, odor, fragrantia, venustas arte conquisita; sicque miseræ ipsæ fiant, parum dilectæ, sprete, neglectæ, dum tuis blanditiis illi occupantur.

ODE IX.

AD VALGIUM.

Titum Valgium Rufum patricii generis, Poëtamque insignissimum, ob Mystæ pulcherrimi pueri decessum insolabiliter mœrentem, ab importuno luctu ad novas Augusti victorias cantandas devocare conatur.

NON semper imbres nubibus hispidos

Amice Valgi, haud perpetuo fluunt e nebulis pluvie in campos asperos; nec varia

Ode duodecima Libri quarti in Ed. Sanad. Locher. Ascens. et Venet. 1492. hanc præferunt Epigraphen, *Ad Valgium de fletu Mystæ pueri; codd. Torrentii, Ad Valgium Rufum, ne diu dolcat; codd. Landii, Ad Valgium Furem.—*

NOTE

Metrum idem quod 1. Od. 9.

Inscripta est Ode hæc ad Valgium,

Poëtam certe haud ignobilem, ipsius

Horatii judicio; quippe illum nobi-

Manant in agros; aut mare Caspium
 Vexant inæquales procellæ
 Usque; nec Armeniis in oris,
 Amice Valgi, stat glacies iners
 Menses per omnes; aut aquilonibus

5

tempestates agitant semper mare Caspium; nec per menses singulos pigrum gelu manet in Armenia regionibus; nec Gargani quercus vexantur Septemtrionalibus ven-

~~~~~

4 Cuning. *neque Armeniis*; du Hamel emend. *Æmonii in oris*, i. e. Thessalis, quia Armenia sit regio calidissima. 'Sed jure Sanadonus tam audacem correctorem, Parisiis in museo suo Armeniam se melius nosse putantem, quam, qui ibi fuerunt, doctos viros, acriter castigavit.' *Jani*.—5 *O amice Valgi* Lips. 3. Omnino in multis codd. quoties vocativus in contextu est, ei superappositum est *o* a Grammatico, quod postea ineptus librarius interdum

#### NOTÆ

lioris notæ vatibus accenset 1. Sat. 10. 81. 'Plotius, et Varius, Mæcenas, Virgiliusque, Valgius, et probet hæc Octavius optimus, atque Fusens, et hæc utinam Viscorum laudet uterque.' Tibullus quoque eum ita commendat IV. 1. 179. 'Est tibi qui possit magnis se accingere rebus Valgius: æterno propior non alter Homero.' Consularem virum produnt aliqui, quod non ita certum est: Romæ vero fuisse hujus nominis illustres constat vel ex Comment. lib. VI. de Bello civili, seu lib. VI. de Bello Hispaniensi, ubi sic habetur: 'A. Valgius Senatoris filius, cujus frater in castris Pompeii fuisset,' &c. T. Valgii carmina quædam affert Servius in Æneid. 'Sed nos ante casam tepidi mulgaria lactis Et sinum vini cessamus fundere Baccho.' Isidorus, ex Annotatione Lillii, hæc etiam citat: 'Hic mea me longo succedens prora remulco Latantem gratis sistit in hospitibus.'

1 *Non semper imbres*] Vide Ovid. ex Ponto IV. 4. *Hispidos agros*, vel spicis ac frugibus maturis hispidos et hirsutos; vel potius, hyemis asperitate horridos ac deformes. Ovid. Met. II. 30. 'Et glacialis Hyems ca-

nos hirsuta capillos.'

2 *Mare Caspium*] Hoc et Hyrcanum dicitur ab Hyrcania regione proxima, quam alluit, ut et Mediam, Albaniam, Margianam, Sogdianam, Scythiam. Hodie *mer de Sala*, vel *mer de Baccu*, &c. Hoc 'sævum et procellis undique expositum' Mela refert: et proinde nominari potissimum lic dixeris. At potius adverte conglobatam figuram speciei pro genere, *mare Caspium, Armeniis in oris, Aquilonibus querceta Gargani, orni*, pro quolibet mari, Boreali terra, vento, sylva, arbore, monte: quo non mediocris Carnini venustas et elegantia comparatur.

3 *Inæquales procellæ*] Inæquale redentes æquor, seu mare antea pacatum turbantes, fluctusque varios modo tollentes, modo deprimentes.

4 *Armeniis in oris*] Hæc Asiæ regio duplex est, utraque Turcis modo paret; Major, quæ hodie *Curdistan* et *Turcomania*, et Minor, quæ *Aladulia* vocatur. Inter Montes Taurum et Caucasum sita est.

5 *Glacies iners*] Aqua nimirum congelata cursum non habet: vel quod pigros et inutiles agros faciat.

Querceta Gargani laborant,  
Et foliis viduantur orni.

Tu semper urges flebilibus modis  
Mysten ademtum; nec tibi Vespero 10  
Surgente decedunt amores,  
Nec rapidum fugiente Solem.  
At non ter ævo functus amabilem

*tis, et frondibus spoliantur fraxini. Tu vero modulis tristibus ereptum tibi Mysten continuo prosequeris: neque tui desinunt amores exorto Vespere, neque cedente illo Soli rapide exsurgenti. Atqui Nestor, vetulus, triplici ætate exacta, haud cunc-*

\*\*\*\*\*

in textum traxit.—7 *Querqueta* Cuning. et Jani ex Blandd. Cruquii, eosque secuti sunt Editores Bipontini.—10 *Muisicum* pro *Mysten* legi jubet Reiske

NOTÆ

7 *Querceta Gargani*] *Altæ quercus* in Gargano Apuliæ monte, qui vetus nomen hodie servat, et dicitur etiam mons sancti Angeli. De Gargano promontorio Lucanus v. 380. ‘*Apulus Adriacas exit Garganus in undas.*’

9 *Tu semper urges, &c.*] *Haud hyems perpetuo sævit, non imbres semper decidunt, non continuæ sunt in mari procellæ, &c.* Tu vero non desinis lacrymari, ac lugere tuum *Mysten* morte ablatum.

*Flebilibus modis*] *Elegiacis versibus luctui accommodatis.* Vide *Epist. ad Pisones* vs. 75. *Tull. Tusc. i. n. 106.* ‘*Hæc cum pressis et flebilibus modis, qui totis theatris mœstitiâ inferant, concinuntur,*’ &c.

10 *Mysten*] *Alicujus numinis initium sacris, e nomine conjiciunt et augurantur aliqui.* At puerumne dilectum *Valgio*, an ejus filium, quis asserat? Filium sane fuisse indicare videntur exempla mox allata, quæ singula sunt parentum filios lugentium.

*Nec tibi Vespero surgente, &c.*] *Necessas desideria et lamenta iterare, sive cum stella Veneris exoritur, sero nempe, et Vesper appellatur, sive*

cum occidit, et surgentem Solem fugit, mane scilicet, et tunc *Lucifer* dicitur. *Cic. de Nat. Deor. ii. n. 53.* ‘*Infima est quinque errantium, terræque proxima, stella Veneris, quæ φωσφόρος Græce, Latine Lucifer dicitur, cum antegreditur Solem, cum subsequitur autem Ἑσπερος, Hesperus.*’ *Plin. ii. 8.* ‘*Infra Solem ambit ingens sidus, appellatum Veneris, alterno meatu vagum, ipsisque cognominibus æmulum Solis ac Lunæ. Præveniens quippe et ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, ut Sol alter, diem maturans: contra ab Occasu refulgens, nuncupatur Vesper, ut prorogans lucem,*’ &c. *Ovid. Met. ii. 112.* ‘*Ecce vigil nitido patefecit ab ortu Purpureas Aurora fores, et plena rosarum Atria: diffugiunt stellæ, quarum agmina cogit Lucifer, et cæli statione novissimus exit.*’

11 *Decedunt amores*] *Virgil. Georg. iv. 466.* ‘*Te veniente die, te decedente canebat.*’

13 *At non ter ævo functus, &c.*] *Verum, o Valgi, considera Nestorem senio et annis gravem, amisso perquam amabili Antilocho filio suo, modum tamen aliquem posuisse fletibus*

Ploravit omnes Antilochum senex  
 Annos; nec impubem parentes 15  
 Troilon, aut Phrygiæ sorores  
 Flevere semper. Desine mollium  
 Tandem querelarum; et potius nova  
 Cantemus Augusti tropæa  
 Cæsaris, et rigidum Niphaten, 20

*tis annis deflevit Antilochum dilectum; neque Troilum impuberem indesinenter lacerant parentes vel sorores Trojanae. Aliquando cessa in teneris querimoniis; magis autem celebremus recentes Augusti victorius; dicamus algentem Niphatem, fluvium-*

ad Anthol. Constant. Cephal. p. 243.—14 Lips. 4. *Plorabit omnis.*—15 Cuning. *neque impubem.*—18 Cuning. *ac potius.*—20 Jones. in var. lect. *en rigidum;*

## NOTÆ

et lacrymis; pariter et Priamum, &c.

*Ter avo functus*] ‘Tertiam enim jam ætatem hominum vivebat,’ inquit Tull. de Nestore, in Catone Majore, n. 31. Porro trecentis licet annis illum vixisse Poëtæ narrent, tresque ætates totidem sæculis definiant; melius tamen hominis ætas triginta duntaxat annos complecti, et Nestor annos vixisse nonaginta dicatur; ut optime probat Lambinus e Plutarcho in Catone Seniore, ubi is Servilium Galbam accusasse nonaginta annos natus refertur, suæque patriæ, non secus ac Nestor, dum tertiam ætatem viveret, utilem operam navasse. Vide Ovid. Met. XII. Fab. 3. Juvenal. Sat. x. 216. et seq. Plin. VII. 48. Cæl. Rhodig. XIX. 21. Apud Athen. x. 9. Nestor *ter senex*, δ *τρὶγέρων*, dicitur.

*Amabilem*] Seu valde dilectum patri natu minimum; seu quod saucio parenti et in acie periclitanti adversus Memnonem impigram opem tulit, ac demum pro patre tuendo occubuit. Ut est apud Pindar. Pyth. Od. VI. 13. *Ploravit Antilochum* ab Hecatore occisum.

15 *Nec impubem*] Neque imberbem

Troilum ab Achille interemtum sine modo flevere *parentes*, Priamus et Hecuba; *aut Phrygiæ sorores*, Polyxena, Cassandra, Lycaste, Creusa, Ilione, &c. Virgil. Æneid. I. 448. ‘Parte alia fugiens amissis Troilus armis, Infelix puer, atque impar congressus Achilli.’

17 *Desine mollium Tandem querelarum*] Phrasis Græca. Homer. ‘ἄλλ’ ἄγε λῆγ’ ἐπίδος.

18 *Et potius nova Cantemus Augusti tropæa*] Quasi aliud agens, nobili quadam arte Cæsaris Augusti laudationem molitur Horatius. Hoc certe jucundius, quam si statim celebrandas ejus victorias assumeret et exqueretur.

19 *Tropæa*] Victoriæ monumenta a *τρέπειν*, *vertere in fugam*. Eo nempe in loco pridem, quo fugere hostes cæperant ac vinci, detracta illis arma et spolia ranis arborum victores suspendebant. Postea vero in montibus et locis eminentioribus tropæa constituta sunt, ad posteritatis documentum. Sallust. victis Hispanis tropæa in jugis Pyrenæi montis a Pompeio erecta commemorat.

20 *Rigidum Niphaten*] Vel fluvium, vel montem potius nivibus rigentem.

Medumque flumen gentibus additum  
Victis minores volvere vortices,

que Medum subactis nationibus adjunctum, fluctus minores agere: atque Scythas



quidam ap. Jani, et rigidum Niphatem.—21 *Flumenque Medum* unus Bersmanni.—22 *Pro volvere* Luctatius legit *tollere* ad Stat. Theb. xi. 508. *vertices* quidam codd. et edit. ut Lipss. Dess. Helmst. Venet. 1599. Basil. 1580. Fabric. Rutgers. Bentl. Sic et in aliis auctoribus variatur. ‘*Vertex* sane et *vortex* sola scriptura differunt. Hæc tamen forma haud dubie antiquior; ut *vorsus, vortere*. v. Drakenb. ad Sil. iii. 475.’ Jani. Harl. 1. 2. 3. 5. 6. *vertices*. ‘*Lege* potius, *Medumque flumen, gentibus additum Victis, minorem volvere vortices*. Flacco digna, si recte iudico, emendatio, ‘*Tanto certare minorem*.’ II. Sat. 2. 313. Vetus lectio nulla (saltem cassa) constructione.’ Wakef.—

NOTE

Pars Tauri montis, inter Armeniam Majorem et Mesopotamiam, Niphates appellatur; unde et manat fluvius ejusdem nominis, Armenos rigaus, Medos, et Mesopotamios; dein in Tigrim illabitur. Lucan. iii. 445. ‘Armeniusque tenens volventem saxa Niphaten.’

21 *Medumque flumen, &c.*] Medus fluvius, a quo Media nomen accepisse creditur, in Araxem influit. Strab. lib. xv. Alii interpretantur Tigrin, Araxem, Euphratem. Virgil. Georg. iv. 560. ‘Cæsar dum magnus ad altum Fulminat Euphratem bello, victorque volentes Per populos dat jura.’

*Gentibus additum Victis*] Armenis, Parthis. Ovid. Trist. ii. 227. ‘Nunc petit Armenius pacem: nunc porrigit arcus Parthus eques timida captaque signa manu.’ Vide Virgil. Æn. viii. in fine; et quæ annotavi i. Od. 12. sub finem; Od. xix. vs. 12. et Od. xxxv. in fine. Quibus adde quæ narrat Xiphilinus in Augusto: ‘Phraates per id tempus metuens ne Cæsar contra se exercitum duceret, captivos ad eum remisit, et signa militaria quæ a Crasso acceperat. Qua ex re Cæsar gloria efferebatur,

quod absque labore recuperasset ea quæ alii magnis præliis amisissent. Ob eam causam sacra fecit, atque sedens in equo urbem ingressus est. . . . Cum esset in Asia, regnaque et principatus partim aliis confirmasset, partim ad alios transtulisset, condemnatis quibusdam regibus, nonnullis etiam laudatis et in amicitiam receptis, quamplurimæ legationes ad eum venerunt. Nam et Indi, qui antea quoque legatos miserant, tunc amicitiam confirmaverunt, datis muneribus,’ &c. Et postea: ‘Phraates, Parthorum Rex, de Armenia jussus decedere, Augusto sine regis nomine rescribenti paruit.’ Ibid. Vide et Florum, iv. 12. sub finem; ubi Armenios subactos, Parthos rapta clade Cassiana signa referentes ultro, tandemque clausum tertio Jani templum ab Augusto Cæsare, observabis.

22 *Minores volvere vortices*] Eleganter attribuit Poëta fluvii, quod gentium est. Niphates et Medus minores jam æstus agunt, non ita fluctus tollunt, id est, minus superbire didicerunt: quo fracta populorum audacia et arrogantia designatur. Sic Virgil. Æn. viii. 726. ‘Euphrates ibat jam mollior undis.’

Intraque præscriptum Gelonos  
Exiguus equitare campis.

*angustis jam agris, nec ultra definitos limites excurrere.*

23 *Interque præscriptum Helmstad.*

NOTÆ

23 *Intraque præscriptum, &c.*] Referramus etiam et canamus debellatos *Gelonos*, Scythiæ Europææ populos; id est, Scythas Armeniæ vicinos, ab Augusto Cæsare intra certos fines compulsos, ut non liceret deinceps

excurrere *equitando* ultra *præscriptum* sibi terminum, nec, ut antea, quolibet vagari, et prædas agere. Virgil. *Æn.* VIII. 725. 'Hic Lelegas, Carasque, sagittiferosque Gelonos.'

ODE X.

AD LICINIUM.

Licinium Varronem Murænam Pompeianum, et Proculii et Terentiæ Mæcænatæ uxoris fratrem, qui postea cum Fannio Cépione contra Augustum conjuravit, ab insanis ausis, laudato medio vitæ statu, deterret. (Serva mediocritatem et utramque fortunam fer æquo animo. *Zeun.*)

RECTIUS vives, Licini, neque altum

*O Licini, melius ages, neque semper altum petendo, neque ripam plus quam de-*

Ode decima Libri tertii in Ed. Sanad. Venett. Ascens. et Locher. inscribunt, *Ad Licinium de Mediocritate*; codd. Marcil. *Ad Licinium Murænam de statu vitæ*; tres codd. Torrent. et Mentel. *Ad Licinium Murænam, optimum esse medium vitæ statum*; quædam edd. vett. *Ad Valgium Licinium*.—1 Nonnulli codd. ap. Jani, *Lycini*, vel, *licyni*. Unus Bersmanni, Dess. 2. et Helm-

NOTÆ

Metrum idem quod supra 1. Od. 2.

1 *Rectius vives, &c.*] Tritam hanc sententiam non uno tractat Horatius loco, sed nova quadam ratione, novo semper ornatu: ut novum quid ubique esse videatur: nimirum præstat ipse quod in Arte Poëtica præcipit eleganter, ac difficile esse fatetur, vs. 123. 'proprie dicit communia.' Hic Allegoriis conglobatis ostendit extrema semper fugienda; ne, quod aiunt, 'incidas in Scyllam cupiens vitare Charybdim.'

*Licini*] Quis ille, magna lis. Ple-rique M. Licinium Crassum Præto-rem intelligunt; qui cum ad Consulatum anhæleret, tum quidem spei frustrationem impatienter et ægre ferens, rite quidem ab Horatio sit monitus. Is vero postea consulare munus adeptus est gessitque cum Augusto, anno U. C. 723. Ita Acron, Porphyrio, Lubin. Cruq. &c. Verum hos expugnat Epigraphe hujus Odes vetus cod. Ms. quæ sic legitur: *Ad Licinium Murænam: optimum esse*



Semper urgendo; neque, dum procellas  
Cautus horrescis, nimium premendo

Littus iniquum.

Auream quisquis mediocritatem

5

Diligit, tutus caret obsoleti

Sordibus tecti, caret invidenda

Sobrius aula.

*cet stringendo haud tutam, dum tempestates sollicitus fugis. Quicumque amat pretiosam mediocritatem, securus et immunis est a squalore domus vetustæ, pariter*

stad. nec altum.—3 ‘Promovi punctum usque ad *nimum*: similiter Art. Poët. 28. ‘Serpit humi tutus *nimum* timidusque procellæ.’ Wakef.—6 *Diligit tutus, caret, &c.* Bentl. Jones. et Kidd. ‘Sed docet elegantiae sensus, *tutus* ita jungendum cum tecto sordido, ut *sobrius* cum *aula*. Respondent enim hæc

NOTÆ

*medium vitæ statum.* Quæ cum ita sint, cum Torrentio et aliis, intelligo Licinium Varronem Murænam, qui frater erat Proculeii ac Terentiaæ uxoris Mæcenatis. Is ambitione raptus, et cupiditati frænum laxans, adversus Augustum cum Fannio Capione conspiravit, tristemque merito suo nactus exitum est; de quibus Dio lib. LIV. &c. Vide supra Od. II. vs. 5. Not. Bene itaque, licet frustra, Licinius ille Muræna docebatur ab Horatio, ut sibi temperaret, nec rapido huic et cæco indolis impetui obsequendum: mediocritatem vero esse tutiorem, auroque præferendam.

*Neque altum Semper urgendo*] In alto mari semper navigando, id est, summa quæque semper appetendo; alta dignitates quærendo, altumque fortunæ statum.

2 *Urgendo*] Assidue, vehementer, et avide prosequendo.

*Neque, dum procellas Cautus horrescis, &c.*] Neque decet ut timidus plus æquo pusillusque animus deprimat te et adigat ad infima nimis ac sordida.

3 *Premendo Littus iniquum*] Legendo littus semper, quod tamen ob scopulos et vada non caret periculis. Pythagoræ monitum erat; ἐπὶ γῆς μὴ

πλεῖν; circa terram non navigandum: quo docebat terrestribus haud sic adhærendum, ut non ad sublimia assurgeretur. Cic. ad Q. Fratrem I. I. ‘Quapropter hoc te primum rogo, ne contrahas aut demittas animum, neve te obrui tanquam fluctu, sic magnitudine negotii sinas: contraque erigas, ac resistas, sive etiam ultro occurras negotiis.’ Vide supra, Od. III.

5 *Auream quisquis mediocritatem Diligit, &c.*] Medii status ac mediocris fortunæ demonstrat emolumenta: quod nec paupertatis malum habeat, v. g. obsoletum domicilium, vetustate labens ac deforme, vel sordibus putidum, nec summx conditionis comitem invidiam, ac proinde curas et labores. Hesiodus vult ut sapiens sectetur μέτρια, mediocritas: quod καὶ πὸς δ' ἐπὶ πάντων ἔριστος, mediocritas in omnibus optima sit. Hinc proverb. μηδὲν ἔγαν, ne quid nimis. Et Salomon ipse Rex sapientissimus ita Deum Optimum Maximum precabatur: ‘Divitias et paupertatem ne dederis mihi.’

6 *Obsoleti Sordidus tecti*] Epist. ad Jul. Florum, I. 2. 99. ‘Pauperies imunda domus procul absit.’

Sæpius ventis agitatur ingens  
Pinus; et celsæ graviore casu  
Decidunt turres; feriuntque summos  
Fulgura montes.

10

*temperans abstinet aula invidiæ obnoxia. Frequentius excelsa pinus ventis concutitur, et turres editæ majorem trahunt ruinam, ac tonitrua verberant altos montes.*

\*\*\*\*\*

inter se.' *Jani.*—9 'Sæpius vulgata lectio omnium librorum. Sed eam quis sibi persuadeat ab Horatio esse? Quis cogitare possit, in tam consummato, tam elaborato Carmine, hoc unum vitium poetæ judicium effugere potuisse, ad quod sentiendum tam mediocri acumine opus est? Nam primum nil languidius esse potest isto *sæpius agitatur*. Deinde ab œconomia sententiæ horum verborum plane abhorret; nam quomodo tandem respondent inter se *sæpius agitatur et gravius cadunt*? ubi hic exacta illa elegantia, Gall. *justesse*, qua totum reliquum Carmen enitet? Denique ne vera quidem omnino est sententia; nam profecto tenuiores arbores ac frutices vel levisimo vento, quem ingens pinus ne sentit quidem, et sic *sæpius*, agitantur. Quibus omnibus perpensis solam Horatio dignam, ab eoque profectam esse puto lectionem *Sæpius*, quæ, sive ex viri docti emendatione, sive felici errore, est in edit. Rothomag. 1701. post a Cuning. in notis laudata, doctissime confirmata a Burmanno ad Ovid. Heroid. Epist. xiv. 39. quam et in contextum receperunt Sanad. et Sivrius. Facile, (idque admodum mature factum esse oportet,) unius literæ mutatione familiaris sibi vocabulum *sæpius* substituit librariorum ignorantia: cum et aliis locis 'sæpe' et 'sæve,' omninoque *p* et *v*, ab iis permutata esse constet. Vid. e. g. Var. Lect. ad Propert. ii. 25. 12. et cf. omnino Burm. l. l. Et, si *Sæpius* legamus, omnes redduntur loco virtutes, quas illi *τὸ Sæpius abstulit.*' *Jani.* *Sæpius* legunt etiam Mitsch. Wetzel. Bipont. Francis. Wakef. alii, non improbante Zeun.—10 *Quercus*, pro *Pinus*, Desprez. in Nôtis. Vulgata lectio, *et celsæ*; unus Cuning. et Franeg. *et excelsæ*; Harl. 4. Brod. Cuning. Sanad. Sivr. *Jani*, et Bipont. *excelsæ*. 'Apparet, hac postrema lectione et pulchriorem versum et fortiorem sententiam fieri; nam illud *et* valde languet; et quomodo orta sit inde vulgata, facile intelligitur.' *Jani.*—12 *Fulgura* omnes codd. Torrent. cui non credit Bentr. et est fere a duobus sæculis vulgata edit. lectio. Sic e. g. Venet. 1590. Basill. Lamb. Fab. Rutg. Heius. Fabr. Despr. Dacer. Jones. Sanad. Sivr. Bond. Schrevel. et Delph. Sed *Fulgura* duo Vatt. Torn. Nicott. Russardd. Cler. ap. Lamb. omnes Cruq. Bentr. et Pulm. Lipss. 2. 3. Alt. Dess. Franeg. Mentel. tres Bersm. Sax. Gott. Venett. 1478. 1492. Asc. Locher. Florent. Cnn. Baxt. Bentr. *Jani*, Mitsch. Bipont. Wetzel. Wakef. Comb. Kidd. alii. 'Et est magis pœticum vocabulum.' *Jani.* *colles* pro *montes* nonnullæ edd.

## NOTE

7 *Incidenda aula*] Martial. 'invidiosa regis atria' dixit.

9 *Sæpius ventis agitatur ingens Pinus*, &c.] En summarum dignitatum mala et incommoda: o Licini, tibi cave. Ovid. Art. 369. 'Summa petit livor, perflant altissima venti; Sum-

ma petunt dextra fulmina missa Jovis.' Juvenal. Sat. x. 105. 'numerosa parabat Excelsæ turris tabulata, unde altior esset Casus, et impulsæ præceps immane ruinæ.' Claudian. in Rufin. I. 22. 'Tolluntur in altum, Ut lapsu graviore ruant.'

Sperat infestis, metuit secundis  
 Alteram sortem bene præparatum  
 Pectus. Informes hyemes reducit 15  
 Jupiter, idem  
 Summovet. Non, si male nunc, et olim  
 Sic erit. Quondam cithara tacentem  
 Suscitât Musam, neque semper arcum  
 Tendit Apollo. 20

*Animus rite præmunitus spem non alijcicit in adversis: in prosperis autem contrariam timet fortunam. Hyemes horridas revocat Jupiter, idemque pellit. Si modo res se habent male, non etiam post ita se habebunt. Musas dudum silentes aliquando lyra Phæbus excitat, nec arcum semper intermit.* Mæstis rebus generosum te



antiq. et sic Vet. Comb.—13 *Sperat adversis* Chabot. et Bersm. ex glossa.—17 Lips. 3. *idem Commovet*.—18 *Citharæ* Bentleii Græv. et Bodl. unns Bersmanni, Lips. 2. cum Edd. Bentl. Sanad. Wakef. et Kidd. ut *musæ citharæ*, quemadmodum i. Od. 9. ‘*musæ tragædiæ*,’ sit pro cithara ipsa: et ita legit Grævius jam ante Bentleium in Epist. Nic. Heinsio missa, Syllog. Epist. tom. iv. p. 360. *citharæ tacentis* Cuning. *citharæ jacentem* var. lect. ap. Jones.—

NOTÆ

13 *Sperat infestis*] Jam monet quid in utraque fortuna cavere oporteat virum prudentem; nempe ne frangatur ac deficiat animo in adversis; neve prosperis infletur, ac benignæ nimium credulus auræ supra se rapiatur. Quæ quidem Licinius cum nequaquam servasset, immodicæ cupiditatis ac superbix pœnas luit. Sapientis est præceptum: ‘In die malorum, ne immenor sis bonorum;’ et vice versa: ‘In die bonorum, ne immemor sis malorum.’ Menander apud Stobæum: ‘*Ἐν ἐλπίσι χρῆ τοὺς σοφοὺς ἔχειν βίον. Ἄνθρωπος ἀτυχῶν σῶζετ’ ὑπὸ τῆς ἐλπίδος. In spe decet sapientes agere vitam. Vir infelix servatur spe.*’ Hinc et apud PiNDAR. spes γηροτρόφος dicitur.

*Metuit secundis*] Horat. i. Epist. 10. 30. ad Fuscum Aristimum: ‘Quem res plus nimio delectavere secundæ, Mutatæ quatiunt.’ Sapienter itaque Philippus Macedo, cum tres uno die lætos accepisset nuntios, exclamasse

fertur: ‘Magne Jupiter pro his tantis bonis modicum reponas mali.’

14 *Bene præparatum Pectus*] Virtutis ac sapientiæ documentis instructus animus.

15 *Informes hyemes reducit Jupiter, &c.*] Non ergo desperandum, desperatis etiam rebus: siquidem quotidianæ vices abjectum sæpe erigunt; *summovetque tandem Jupiter hyemes* et ærumnas quas invexerat. Hinc Cic. ad Brutum Epist. 17. ‘*Rempublicam desperatam quoque sanari puto posse,*’ inquitabat.

17 *Non, si male nunc, et olim Sic erit*] Sophocel. in *Electra*: *Τάχ’ αἴριον ἔσσειται ἡμεῖον, Fortasse cras erit melius.* [Verba sunt Theocriti, iv. 41. *Θαρσεῖν χρῆ, φέλε Βάρτε· τάχ’ αἴριον ἔσσειτ’ ἡμεῖον.* Sed cf. Sophocel. *Electr.* 916. sqq.] Tibull. ii. 6. 19. ‘*credula vitam spes fovet, et fore eas semper ait melius.*’

18 *Quondam cithara tacentem Suscitât Musam, &c.*] Armatus ipse arcu

Rebus angustis animosus atque  
 Fortis appare; sapienter idem  
 Contrahes vento nimium secundo  
 Turgida vela.

*et constantem exhibe: aura vero propitia ipse prudenter constringes vela plusculum inflata.*

23 *Contines vento* in nno vetere libro reperit Canter. nnde ille Nov. Lectt. iv. 2. conj. *Contine vento.* 'Intolerabilis lectio.' Jani.

## NOTE

et sagittis Apollo hæc ponit interdum, et ad hilaritatem provocat Musas, citharam prior accipiens et pulsans. Pæan a *παίων*, *ferire*, dictus; ex Festo. *Neque semper arcum Tendet*] Non semper nocet. Macrob. Saturn. i. 17. 'Apollinem adoramus,' inquit, 'cognominibus modo sospitatem, modo pestem significantibus.' Vide i. Od. 12. 23. Pingebatur olim Apollo dextra Gratias, læva sagittas et arcum tenens; quod modo radiis et calore naturam recreet ac beet universam; modo æstus immodicos, morbos, luem gignat.

23 *Contrahes vento nimium secundo Turgida vela*] Si prospero fortunæ utaris flatu, quod ait Tullius, si res

fluant ad arbitrium, ne superiora semper et ulteriora prosequere: immo ambitionem coërce et arrogantiam, unde tibi sit ruinæ causa. Quemadmodum nautæ, cum remittit ventus, expansis velis captant auram: at si vehementior evadat, vela contrahunt; ne validiore abrepti impetu navim haud possint regere, atque in scopulos impellantur, illidunturque. Ovid. Trist. iii. 4. 31. 'Tu quoque formida nimium sublimia semper: Propositique precor contrahere vela tui.' Isocrates ad Demonicum: *ὄτ' ἐδυσχῶν περιχαρῆς, οὔτε δυστυχῶν περιλυπὸς ἔση.* *Neque beatus supra modum exultes; neque infortunatus sine modo mæreas et contristeris.*

## ODE XI.

## AD Q. HIRPINUM.

Quintium Hirpinum amicum suum hortatur, ut, accedente jam senectute, curas tam publicas quam privatas missas faciat, et hilaritati se tradat.

## QUID bellicosus Cantaber et Scythes,

*O Quinti Hirpine, desine percontari quid meditetur bello strenuus Cantaber, ac*

Ode decima quarta Libri quarti in Editione Sanad. Inscibitur *Ad Q. Hirpinum* in Lamb. Cruq. et plurimis edd. *Ad Quinctium Hirpinum* duo Torrent. *Ad Quinctium Hirpinum, de læta vita* Venett. Locher. et Ascens. *Ad Erinctum Q. Hirpinum* quædam edd. corrupte: *Ad Quinctum Crispinum* vult Cruq. Vide ad vs.

## NOTE

Metrum idem quod supra i. Od. 9. 1 *Quid bellicosus Cantaber, &c.*] Ne tam anxie quæras, o Hirpine, quid moliantur exteri populi contra Rem-

Hirpine Quinti, cogitet, Adria  
 Divisus objecto, remittas  
 Quærere; nec trepides in usum  
 Poscentis ævi pauca: fugit retro 5  
 Levis Juventas et Decor, arida

*Scythia, separatus interposito mari Adriatico; neque sollicitus sis utilium vitæ modica requirenti. Abit retrorsum polita juventus ac pulchritudo, siccæ senectute*

//////////

2. *Ad Quinctum Hirpinum* Sivr. putans sic dici ob prædium, quod in Hirpinis habuerit. 'Sed vereor, ut id probari possit. Vix putem, Romanos Ciceronem talide causa Tusculanum, Horatius Sabinum appellare potuisse.' *Jani.*—2 *Hirpine, Hirpyne, Irpine* codd. *Jani*; *Crispine* conj. Cruq. quia nulli e Quintiis Hirpini commemorantur; et putat esse T. Quintium Crispinum eum, qui anno 745. Cos. fuit cum Druso Nerone. 'Sed nunquam fides habenda argumentis, a silentio scriptorum vel omissione petitis. Certe constanter codd. exhibent *Hirpine* nostro loco, et vel ex solo Hirpinorum familia confirmatur. Nonnulli codd. et edd. *Hadria*. Vide ad 1. Od. 3. 15. et 1. Od. 16. 4.—4 Cuning. *neu trepides*; With. *nec trepides, in usum P. æ. p. f. retro Versi juventas.*—6 '*Lævis* multi codd. exhibent; sed etiamsi explicetur 'imberbis,' tamen scribendum esse *Levis*, a Gr. *λείος*, docet Drakenb. ad Sil. Ital. 11. 111.' *Jani.* Alt. 1. ju-

#### NOTÆ

publicam Imperiumque Romanum, neve metuas plus æquo, ne in Italiam irrumpant agrosque devastent eæ nationes, quas mare a nobis disjungit. De Cantabris vide Not. Od. vi. vs. 2. De Scythis 1. Od. 35. 9. Hic vero per *Scythas* intellige Illyrios, Dalmatas, Pannonios, Dacos. Eos enim, ut et omnes Septemtrionales, Scytharum nomine veteres indigebant: hos vero tunc bello fatigabat Tiberius Nero Drusi Neronis frater, qui Consulatum gessit cum T. Quintio Crispino, ut observat Cruq. unde et Crispinum pro Hirpino, hic legendum ac substituendum opinatur. Favet etiam quod inter Quintiæ gentis cognomina haud Hirpinus recenseatur; quod acute suo more Torrentius indicat. Verum enimvero nullus non codex habet Hirpinum. Vide paulo post. Vide et 1. Epist. 16. huic eidem inscriptam.

2 *Adria*] Sinus est insens Illyrium inter atque Italiam, hodie *Sinus Venetus*. De eo plura 1. Od. 16. 4.

4 *Nec trepides in usum, &c.*] Hinc videtur habuisse prædia Quintius noster, quibus calamitatem aut vastitatem metueret ab hostibus supra memoratis, si in Apuliam venirent: ubi forte et sita erant illa; et ipse fortassis natus, aut diu commoratus cognomen sortitus erat. Nam Hirpini Apuliæ populi. Saltem id conjicere liceat, dum certi nihil aliunde suppetit.

5 *Poscentis ævi pauca*] Consolatur itaque Horatius Hirpinum, quod, etsi detrimentum capiat res sua familiaris, satis ipsi superfluum sit unde sustentet vitam, quæ quidem brevis, et parvo contenta est. Unde postea recte infert Poëta, præsentibus utendum hilariter, ac jucunde vivendum, quamdiu sinunt fata.

*Fugit retro Levis Juventas, &c.*] En vides abiisse dudum juventutem nostram: instare jam canitiem ac senii incommoda: ergo carpatum diem et oblectamenta, dum licet adhuc.

6 *Levis*] Vel cita et velox; vel po-

Pellente lascivos Amores

Canitie facilemque Somnum.

Non semper idem floribus est honor

Vernis, neque uno Luna rubens nitet

10

Vultu : quid æternis minorem

Consilii animum fatigas ?

Cur non sub alta vel platano vel hac

Pinu jacentes sic temere, et rosa

*amovente amores luxuriosos ac soporem facilem. Haud eadem semper dignitas manet floribus vernis : nec pari facie micat Luna rubicundula. Quare mentem crucias sempiternis propositis inferiorem? Quin sub hac procerâ vel pinu vel platano, ut*

\*\*\*\*\*

*ventus.*—7 *Perdente* Mentel. a m. pr. ‘Recte *Juventas, Amores, Somnus*, masculis literis edidit Sanad. et Sivr. sed debebat et *Decor* sic dari.’ *Jani.* Ita Bipont. Mitsch. et Wetzel.—9 Lamb. Cruq. Torrent. Venet. 1590. Basil. 1527. 1531. Heins. Fabric. Tan. Faber, R. et H. Stephh. Jones. Baxt. Sivr. Schrevel. Bond. Delph. et Comb. *honor*; Acron, omnes Bentleyi, et Palmænni, tres Lips. Dess. 1. 2. Alt. 1. Helmst. duo Bersmanni, Venet. 1477. 1478. 1479. 1492. 1509. Florent. 1482. Ascens. Locher. Ald. 1501. Cuning. Sanad. *Jani*, Bipont. Mitsch. Wetzel. Wakef. et Kidd. *honor*.—10 Dess. 1. duo Bersmanni, et Helmstad. *nec uno*. Lips. 4. *luna nitens rubet*; Sivr. *luna, rubens, nitet*, h. e. quippe interdum rubens. ‘Vereor, ne durius : certe non est opus.’ *Jani.*—13 Cuning. conj. *alta vel platano*.—16 Alt. 2. *Assyrioque nardo*,

#### NOTÆ

tius *Lævis*, imberbis, polita, λεία.

*Arida Pelleute lascivos, &c.]* Tum ob caloris naturalis, tum humidi radicalis diminutionem ac defectum. Valeant qui aridos senes hic interpretantur parcos et misere victitantes. Parum enim ad rem.

9 *Non semper idem floribus est honor, &c.]* Nec miremur, aut conqueramur de prioris ætatis amisso decore : cum nec ver sit perpetuum, aut vernis floribus perennis nitor ; nec Luna suum servet integrum semper splendorem ac speciem. Ovid. Art. Am. II. 115. ‘Nec semper violæ, nec hiantia lilia florent, Et riget amissa spina relicta rosa.’ Propert. I. 10. 8. ‘Et mediis cælo Luna ruberet aquis.’ Cave autem ne *Luna rubens* tibi aliter intelligatur, quam nitida, et rubore quodam interfuso pulchra.

11 *Quid æternis minorem Consiliis,*

*&c.]* Cum fluxa ætas brevi prætereat, morsque advolans hominum consilii finem cito imponat, cur æterna stultis et infinita consilia meditaris? Quare animum discrucias istis longioribus propositis et curis, cum mens humana sit imbecillior, quam ut valeat consulere, providere, statuere aliquid æternum? alii, quam ut æterna Dei consilia possit comprehendere? Quod minus placet. Aristot. *Θατὰ χρῆ τὸν θνατὸν, οὐκ ἀθάνατα θνατὸν φρονεῖν*, *Mortalia mortalem non immortalia docet cogitare.*

13 *Cur non sub alta vel platano, &c.]* Cur genio non indulgemus, posthabitis omnibus curis, in umbra procumbentes?

14 *Temere]* Sine ullis cærimonitiis, Gall. *sans façon*; à la negligence.

*Rosa Canos odorati capillos, &c.]* Perfusus succo rosæ capillis, aliisque pre-

Canos odorati capillos, 15  
 Dum licet, Assyriaque nardo  
 Potamus uncti? Dissipat Evius  
 Curas edaces. Quis puer ocys  
 Restinguet ardentis Falerni  
 Pocula prætereunte lympha? 20  
 Quis devium scortum eliciet domo

*casus tulerit, prostrati bibimus, quamdiu per vitam licet, albescentibus capillis odorifera rosa et nardo Syra delibutis. Bacchus sollicitudines discutit mordaces. Quis servus calidi Falerni vasa quamprimum refrigerabit aqua defluente? Quis adibus*

et sic apud Plin. XII. 12. 'Baccaris vocatur nardum rusticum, de quo,' &c. Tibull. II. 2. 7. 'Illius puro distillent tempora nardo.'—17 Dess. 2. et unus Bersm. unctos. Nic. Heinsius emend. *Dissipat Evius.* Codd. ap. Jani *Euchius, Euhius, Euhys, Æuhus*; Cuning. *Evios*; Beuti. Wakef. et Kidd. *Euius.*—18 With. distinguit: *Quis, puer, ocys, &c.*—19. 20 *Restinguis . . . prætereunte nympha* Lips. 4.—21 '*Quis dulce tormentum emend.* With. (vid. Intelligent. Duisb. 1755. n. 36.) inprimis ex III. Od. 21. 13. qui tamen locus

## NOTÆ

tiosis unguentis. Hoc enim pertinebat ad hilaritatem et læta veterum convivia, ut annotavi fuse I. Od. 38. et alibi.

15 *Canos*] Hinc apparet Horatium Hirpinumque tum senes fuisse, cum hæc ab illo scriberentur.

16 *Assyriaque nardo*] Nardino unguento. De quo Plin. XIII. 1. 'Nardinum sive foliatum constat omphacico, balanino, junco, costo, nardo, anomo, myrrha, balsamo.'

16 *Assyria*] Pro Syra: non quod in Syria nardus crescat; sed quod ibi mercatores comparabant, indeque Romam advehebant nardum, quæ ad Syros deferebatur ex India, ubi copiose provenit. Sic et malobathrum Syrium vocatur, supra Od. VII. vs. 8. Plin. cit. mox loco, 'nardum Indicam,' appellat. Et lib. XII. 12. 'In nostro orbe laudatur Syriacum,' inquit; et paulo post: 'De folio nardi plura dici par est, ut principali in unguentis. Frutex est gravi et crassa radice, sed brevi et nigra, fragilique

*Dolph. et Var. Clas.*

*Horat.*

quamvis pingui, . . . folio parvo densoque. Cacumina in aristas se spargunt, ideoque gemina dote nardi spicas ac folia celebrant.' Hinc patet cur spicatum et foliatum appelletur nardinum unguentum. Marci XIV. 3. 'Venit mulier habens alabastrum nardi spicati pretiosi,' Nardini velut exquisiti meminit Athen. xv. 12. et 13. Cæl. Rhodig. xxx. 24.

17 *Dissipat Evius Curas*] Cnr *Evius* dicatur Bacchus, Not. I. Od. 18. 9. quod animo pellat curas et sollicitudines, I. Od. 7. 18. 27.

18 *Edaces*] Curas, quasi cor urentes dici aiunt.

*Quis puer ocys*] Quasi sit jam in convivio, sic ista profert: quis vini ardorem aqua temperabit? vel potius, quis lagenas, pocula, vasa refrigerabit aquis immersa?

20 *Prætereunte lympha*] In fonte, qui frigidus, ac in rivos præterit et defluit.

21 *Quis devium scortum eliciet*] Lyden fidicinam, cithara canendo quæs-

Lyden? eburna, dic age, cum lyra  
Maturet, in comtum Lacænæ  
More comam religata nodum.

*evocabit Lyden meretricem a via remotam? Heus jube cum eburnea cithara huc festinet capillos habens incomtos, sicut Laconica mulier, nodo collectos.*



vix aptus. Urget maxime id, Lyden alias ut scortum ab Horatio describi; ut III. Od. 11. et 29. *Jani*.—23 'Maturet, incomtum Torrentii omnes præter duo, omnes Pulm. Mentel. Helmst. Lips. 1. 2. 3. Alt. 1. plures Bentl. plerique Lamb. (Cruquius nil refert de suis) Locher. Venet. 1492. Basill. Heins. Rutg. Dacer. Jones. Sivr. [Bond. Schrevel. Delph.] Ita qui legunt, explicant fere: Maturet nodum incomtum, h. e. prope nectat s. faciat. Sed, quod præclare vidit Bentl. tunc absonum est illud *cum lyra. in comtum*, Acr. 'in nodum comtum,' Porphy. Commentat. Cruq. ('in præpositio apposta est, non composita'), multi Bentl. unus Torrent. Fran. Lips. 4. Alt. 2. Ascens. Venet. 1590. Cruq. Fabric. T. Fab. Steph. Baxt. *Jani*: et sic ipse Jani, Mitsch. Wetzel. et Bipont. *in comtam* unus Torr. *incomtæ* var. lect. Jones. *incomtam* et mox *nodo* emend. Bentl. auctore Torrentio, quanquam jam ante enim sic Venet. 1549. et duæ editt. Xylandri. Tum et ita Cun. et nuper Schmid. Wakef. et Kidd. 'Bentl. non potest ferre *nodum comtum*, quia is tardam artem requirat, quæ aliena sit a *Maturet*. Laudat Tibull. r. 8. 16. Sed ex ipso ibi adjecto, 'tarda arte,' videre poterat verbum 'comere' esse generale.' *Jani*. Pro *Lacænæ* Bentl. conj. *Dianæ*; nam illam Deam sic in nodum collectis crinibus fingi. Laudat Ovid. Art. Am. III. 141. sed vulg. defendit Jani.—24 Harl. 3. 4. 6. Franeq. Dess. 1. Alt. 2. Pulmanni 1. 2. Mentel. duo Bersmanni, quatuor Lipss. et Helmstad. *comas*: Sivr. emend. *comæ*. Porphy. *religare*, improbante Jani.

NOTÆ

tum facere solitam; quæ non se vulgare quibusvis consuevit, nec per vias oberrare. Hinc *deviam* vocat. Locum hunc amplius explanare nec licet, nec libet. Addam tamen, forte comissatum vocari, atque hinc duntaxat *scortum* dici.

23 *In comtum* [*incomtum*], *Lacænæ* *More comam religata nodum*] Habens comam nodo religatam tantum, parum vero comtam, more puellarum Laconicarum, quæ non eleganti corporis

ornatui studebant, sed ad palæstram, venationem, et alia ejusmodi, neglecto cultu, exercebantur. Itaque vetat ne, dum crines nodarentur in aurum, ac studiosè comerentur, expectantes fatiget mora. Legunt quidam *incomtam*, et, *nodo*: alii: *in comtum*, et, *nodum*; alii *incomtum*. Varieque se torquent ut perturbata satis verba ordinent. Verum cum eodem recidat sensus utrobique non obscurus, non est ita de cetero laborandum.



## ODE XII.

AD MÆCENATEM.

Heroico Carmini se plane inhabilem dicit; neque quicquam aliud præter unam Liciniam Mæcenatis Amatam, quam ficto Lycimniæ nomine obvelat, cantare se posse affirmat. Vid. ad vs. 13.

NOLIS longa feræ bella Numantiæ,  
Nec durum Hannibalem, nec Siculum mare

*Ne carmine Lyrico leniori decantari jubeas a me diuturna prælia ferocis Nu-*

//////////

Ode undecima Libri tertii in Ed. Sanad.—2 *Neu d. H. neu S. mare* Cuning. *dirum* unus Cruq. Lamb. Brut. Rutgers. Steph. Heins. Fab. Fabric. Dacer. Jones. Sivr. Bond. Schrevel. et Delph. *durum* Acron, quatuor Bland. et tres alii Cruquii, omnes Torrent. omnes Pulmanni, quidam Lamb. tres Bersmanni, Mentel. Helmstad. Alt. 1. 2. Dess. 1. 2. quatuor Lipss. Gott. Brod. Exc. Sax. Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Bentleii Græv. Leid. Regin. aliique codd. cum edd. Zar. Florent. 1482. Venett. 1477. 1478. 1479. 1492. 1509. Locher. Bentl. Cuning. Sanad. Baxt. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzl. Wakef. et Kidd. *Hannibalem*, non *Annibalem*, scribendum esse, docent Drakenb. ad Sil. 1. 39. Cert. ad Sallust. B. J. 5. p. 431. Heusinger. ad Nepot. Hamilc. 1. Cellar. Orthogr.

## NOTÆ

Metrum idem quod 1. Od. 6.

1 *Nolis*, &c.] Ne a me exigas, inquit Horatius, quod tu longe melius exequere, o Mæcenas: perge Augusti bella describere, et quod jam feliciter auspicatus es, confice. Ego vero Lycimniæ tuæ laudes persequare.

*Longa feræ bella Numantiæ*] Longa quidem quæ per annos tot exarsere; Strabo 20. Polyb. 18. Florus et Orosius 14. numerant. Confecta tandem sunt ab Æmiliano Scipione Africano, qui urbem istam octo jam annis obsessam cepit ac delevit; immo fame ad extrema compulsi: indeque Numantini cognomen alterum consecutus est. Flor. 11. 18. 'Numantia quantum Carthaginis, Capuæ, Corinthi opibus inferior, ita virtutis nomine et honore par omnibus, symnumque, si viros æstimes, Hispania decus: quippe quæ sine muro, sine turribus, modice edito in tumulo apud flumen Du-

rium sita, quatuor millibus Celtiberorum quadraginta millium exercitum per annos quatuordecim sola sustinuit: nec sustinuit modo, sed sævius aliquanto perculit, pudendisque federibus affecit,' &c. Et postea: Exitu denique 'deplorato in ultimam rabiem furoremque conversi, . . . Duces suos, seque, patriamque, ferro et veneno, subjectoque undique igne peremerunt,' &c. Idem memorat Oros. v. 6. Vide et Strabon. Polyb. lib. 1. Val. Max. vii. 6. Eutrop. Plin. Liv. D. August. de Civit. Dei iii. 21.

2 *Durum* [*dirum*] *Hannibalem*] Romanorum hostem per annos septemdecim infensissimum. Alii legunt *durum*, id est, 'indefessum.' Vide Liv. xxi. 4. ubi sic scribit: 'Hannibali plurimum audaciæ ad pericula capessenda, plurimum consilii inter ipsa pericula erat: nullo labore aut corpus fatigari, aut animus vinci poterat, &c. . . . virtutes æquabant vitia;

Pæno purpureum sanguine, mollibus

Aptari citharæ modis ;

Nec sævos Lapithas, et nimium mero

5

Hylæum, domitosque Herculea manu

Telluris juvenes, unde periculum

Fulgens contremuit domus

Saturni veteris. Tuque pedestribus

Dices historiis prælia Cæsaris,

10

*mantia, vel sævum Hannibalem, vel mare Siciliæ Carthaginensium cruore rubicundum, vel immanes Lapithas, et Hylæum vino immoderatum, et subactos Herculis dextra filios terræ, a quibus cladem timuit domus splendidus antiqui Saturni. Tu vero Mæcenas solutis narrationibus referes convenientius bella Cæsaris, ac reges su-*

Lat. ed. Harles. p. 110.—4 *Aptare* Dess. 2. Lips. 1. et Locher.—5 Codd. ap. Jani variant: *Laphytas, Laphitas, Lapythas*, sicut 1. Od. 18. 8. ‘Parum abest, quin Horatium, qui sermonem suum poëticum sic penitus e Græco formasset, scripsisse suspicer, *nimum mero*.’ Jani.—6 Codd. ap. Jani et al. variant: *Hyleum, Hileum, Hilæum, Ileum, Yleum*. Similis fere varietas in Propert. 1. 1. 13. ubi vide Burm. et Kuinoël. *Ἰλαίος* Græcis. *domitosve* Cuning. Sanad.

#### NOTÆ

inhumana crudelitas, perfidia plusquam Punica; nil veri, nil sancti,’ &c.

*Siculum mare Pæno purpureum sanguine*] C. Duilius Consul in mari Siculo primus omnium Carthaginenses navali prælio superavit, captis navibus triginta, mersis tredecim, tribus hominum cæsis millibus, captis septem. Unde perpetuus illi honos habitus est, ut revertenti a cœna tibicines præcinerent, et funale præferretur. Aurel. Victor de Viris Illustr. Oros. iv. 7. Flor. ii. 2. &c.

5 *Sævos Lapithas*] Vide 1. Od. 18. 8. Ovid. Met. xii. 220.

*Nimum mero Hylæum*] E Centauris unum vini potu nimio ebrum, petulantem, superbum, libidinosum. Virgil. Geor. ii. 457. ‘Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.’

6 *Domitosque Herculea manu Telluris juvenes*] Gigantes Terræ filii dicti ob ingentem corporis molem, *γηγενης* Homer.

7 *Unde periculum Fulgens contremuit domus Saturni veteris*] A quibus periculum timuerunt Dii, totumque cœlum contremuit, cum illi bellum moverent; at Herculis auxilio domiti ac debellati sunt. Vide Diodor. Sicul. lib. v. et postea Od. xix. hujus libri.

9 *Saturni veteris*] Quia primus ante Jovem regnavit. Hinc et Virgil. Æn. vii. 180. ‘Saturnusque senex.’

*Tuque pedestribus*] Et certe ipse tu, Mæcenas, melius et ornatus referes egregia Cæsaris facinora et triumphos.

*Pedestribus historiis*] Prosa oratione; quam Græci *πεζον λόγον* dicunt, contra Poësim *ἔποχον*, orationem equo velut insidentem; solitamque recitari *ἐξ ἀμάξης, ἐξ ἄρματος, e curru, e plastro*, et quadrigis velut invectam. Unde Cic. ad Quint. Fratrem, ii. 14. ‘Quoniam in isto homine colendo tam indormivi diu, te mehercule sæpius excitante, cursu corrigam tarditatem, tum equis tum vero (quoniam scribis

Mæcenas, melius, ductaque per vias  
Regum colla minantium.  
Me dulces dominæ Musa Lycimniæ

*perbos domita cervice per vias Romæ tractos. At Musa me celebrare jussit amica*

//////////

Jani, Bipont. et Mitsch. ceteri et vulgg. *domitosque*.—12 *Regum c. minacium* sex Lamb. Pulm. omnes, Blandd. Cruq. Bentl. Leid. Græv. et Regin. Lips. 2. 4. Alt. 2. Dess. 1. Helmst. Asc. Locher. Venett. 1478. 1492. Lamb. Cruq. Fabr. Bentl. et Cun. *minantium* duo Lamb. tres Cruq. omnes Torr. præter unum, duo Bersm. Lips. 1. 3. Alt. 1. Dess. 2. Venet. 1590. Basill. H. et R. Stephh. Fab. Jones. Sanad. Baxt. Gesn. Dacer. et Sivr. 'Facile potuit utraque harum lectt. ex altera oriri; quatenus *minacium* vel cum vel sine virgula, literæ *a* imposita, legebant librarii. Itaque cum vix e codd. res constitui possit, prætuli *minantium*, ut h. l. magis poëticum ac graphicum. Quanquam, si quis *minacium* malit, non valde repugnem.' Jani.—13 'Dulcis, quod exhibent libb. antiquiss. nunc junxerunt cum *dominæ*, nunc cum *Musa*, nunc cum *cantus*; unde *dulceis* vel *dulces* plurimi Mss. et edd. Non e codd. definiiri possunt talia, sed e judicio, (vid. Var. Lect. ad 1. Od. 6. 7.) ex quo haud dubie præstat jungere *dulces cantus*.' Jani. *Lycimniæ* duo Lamb. Pulm. Gemblac. 1. quid. Bentl. duo Bersm. Fran. Dess. 1. Lips. 3. Gott. Zar. et Gesu. *Lycimniæ* ceteri Lamb. Pulm. 1. Bland. antiquiss. Cruq. unus Torr. Heins. *Lycimniæ* Pulm. Gemblac. 2. *Lycimniæ* Bentl. Reg. Soc. *Lycimniæ* recentiores Bentl. quatuor Cruq. Pulmanni Beller. Alt. 2. Dess. 2. Lips. 4. Asc. Venet.

NOTE

poëma ab eo nostrum probari) quadrigis poëticis,' &c. Pindar. ἀναγγεῖσθαι ἐν Μουσᾶν δίφρῳ. *Tolli in curru Musarum*. Porro Mæcenateni constat fuisse literarum peritum, et plura composuisse carmina. 'Nam et Augusti Cæsaris gesta descripsit,' inquit Servius ad Georg. II. 42. 'Non ego cuncta meis amplecti versibus opto.' Ubi et affert locum hunc Horatii. Ne vero quis inde arbitretur scriptam versibus a Mæcenate Cæsaris historiam.

11 *Ductaque per vias Regum colla minantium*] Reges in triumpho ab Augusto circumductos per mediam urbem, et Velabrum, perque Sacram viam ad Capitolium. Quo vero id fieret apparatu, qua pompa, fusc narrat Alex. ab Alex. VI. 6. De Triumphis Augusti Sueton. in Octav. cap. 22. 'Bis ovans ingressus est urbem post Philippense, et rursus post Sicilium bellum. Curules triumphos tres

egit, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum; continuo triduo omnes.' Anno scilicet U. C. 724. 'Jamque tantus erat Cæsar, ut posset triumphos contemnere,' inquit Flor. IV. 12. 53. Adde quod ait Eutrop. VII. 10. 'Multi autem reges ex regnis suis venerunt, ut ei obsequerentur: et habitu Romano, togati scilicet, ad vehiculum vel equum ipsius cucererunt.'

13 *Me dulces dominæ, &c.*] Dum tu Italiæ bella, et Augusti bellicas laudes magnifica oratione celebrabis, ego dilectæ tibi Lycimniæ tuosque amores carmine Lyrico molli et dulci decantabo. Dicam ut illa suaviter canit, ut fulgentes habet oculos, quam fideliter te redamet, quam molliter ac decore saltet, quam scite et ingeniose cavilletur, ac sales jactet, &c.

*Lycimniæ* [*Lycinia*] Quidam, *Lycimniæ*. Ea vero Terentia sive Licinia fuit soror Licinii, cui est inscripta

Cantus, me voluit dicere lucidum  
 Fulgentes oculos, et bene mutuis 15  
 Fidum pectus amoribus ;  
 Quam nec ferre pedem dedecuit choris,  
 Nec certare joco, nec dare brachia  
 Ludentem nitidis virginibus, sacro  
 Dianæ celebris die. 20

*tua Lycinnia suaves modulosa, oculos admodum rutilantes, animumque amori tuo æque et fideliter respondentem: quam decuit et choris interesse, et facietis contendere, et saltantem cum puellis ornatis brachia jungere, in religioso celebrata Dianæ*



1590. Steph. Fab. Rutg. Glar. Sivr. 'Male; nam in hoc nomine (ut in *Lycinus*) secunda syllaba brevis. *Lycynia* Alt. 2. versu 23. exhibet. *Lycinia* Lips. 2. Locher. Venet. 1492. Basill. Ald. *Licinnia* unus Lamb. plures Torrent. (vid. Excurs.) *Lycinnia* Fabric. *Lacinia* Alt. 1. Sed *Lycynia* Benth. ex optimis et antiquiss. suis; et sic duo Blandd. Cruq. Lips. 1. duæ edit. Xylandri, Cun. Saad. et Jones. Notum ex Homer. Pind. Pausan. nomen *Λικύμνιος*, et ex Virgil. *Æn.* ix. 546. *Licymnia*, ubi vide Heyn. *Jani.* *Licinia* Harl. 1. 2. *Lycinia* Harl. 6. et Vct. Comb.—14 Mentel. *me v. d. lucide.*—18 *Nec*

#### NOTÆ

Ode x. hujus libri. Vide ibi Annot. Mæcenatis vero, cum scriberet hanc Oden Horatins, nondum erat nupta Licinia. Patet ex eo quod virginum choris Dianam colentium in ejus festo inserta dicatur mox: inde enim arcebantur nuptæ. Accedit quod 'bene mutuis Fidum pectus amoribus' hic laudatur: at longe aliter fuit posteaquam nupta est. Senec. de provid. cap. 3. refert, 'Mæcenati amoribus anxio, et morosæ uxoris quotidiana repudia deflenti, somnum per symphoniarum cantum ex longinquo lene resonantium quæsitum fuisse.' Ubi J. Lipsius anxium fuisse Mæcenatem dicit, quod uxorem amabat, nec fortasse solus. Additque: Cæsarem Augustum ea suspitione aspergit Dio lib. LIV. 'Quod creditus Gallicanam peregrinationem suscepisse, ut liberius, et procul a vulgo sermonibusque, fruere Terentia Mæcenatis.' Itaque et ob hanc causam occulte infensus Cæsari Mæcenat: quod idem

scriptor lib. LV. tangit, in Mæcenatis obitu. Potes tamen angorem hunc, fateor, alio referre, et ad nudum ipsum amorem, qui semper querulus et anxius, præsertim ubi non respondetur. Hæc Lips. cit. Idem Seneca Epist. 114. iterum de Mæcenate: 'Hunc esse qui uxorem millies duxit, cum unam habuerit;' Terentiam nempe suam, cum qua assidua jurgia, divortia, iterumque conjugia, inquit Lips. ibid.

18 *Certare joco*] Scite gesticulari, ut quidam interpretantur: vel potius, ut alii, faceta, lepida, acuta jactare dicteria, sive breves et salsas cavillationes. Quo quidem in certamine qui vicisset olim etiam coronari institutum fuit.

20 *Sacro Dianæ celebris die*] In frequenti ac celebri Dianæ festo, cujus sacra virginum choris ac religiosis tripudiis peragi solita, Idibus Augusti. Vide 1. Od. 21. ubi 'Dianam teneræ dicite virgines.'

Num tu, quæ tenuit dives Achæmenes,  
Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias opes,  
Permutare velis crine Lycimniæ,

Plenas aut Arabum domos?

Dum fragrantia detorquet ad oscula

25

Cervicem, aut facili sævitia negat,

*festo. Enimvero tunc Lycimniæ capillum mutare consentias opibus quas possedit Achæmenes, vel divitiis Mygdoniis opimæ Phrygiæ, vel refertis Arabum ædibus? quando collum flectit ad basia suaveolentia, vel molli asperitate denegat, quæ plus*

\*\*\*\*\*

*certare loco* Dess. 1. 2.—21 *Alt. 2. ex emendatione, quas tenuit. Codd. ap. Jani, Achemenes, Achimenes.—22 Aut pingues Phrygiæ aut Mygdonias opes videtur legisse Servius ad Virg. Æn. II. 4.—25 Cum, pro Dum, Lambini edd. poster. omnes Pulm. duo Bersm. Helmstad. tres Lipss. Dess. 1. Locher. et Heins. 'Sed præstat Dum et auctoritate et vi.' Jani. fragrantia, h. e. bene olentia, ut Stat. Sylv. II. 1. 46. 'oscula...vernos redolentia flores,' unus Cruq. Harl. 1. 2. 6. Locher. Asc. Venet. 1492. Lamb. Brut. Fabr. Steph. Fab. Heins. Bond. Schrevel. et Delph. Sed fragrantia Acr. Porph. quatuor Lamb. Harl. 3. 4. 5. omnes Torr. Cruq. (præter unum) et Pulm. Mentel. Bentleii Leid. Græv. et Regin. omnes Bersm. Alt. 1. Dess. 1. 2. Lipss. Brod. Gott. Zar. Venet. 1478. 1590. Basill. Rutg. Dacer. Benti. Cun. Jon. Baxt. Sivr.*

#### NOTÆ

21 *Achæmenes*] Rex Persarum primus, a quo Persiæ Reges ad Darium usque sunt omnes orti ac denominati Achæmenides. Herodot. lib. I. et alibi.

22 *Pinguis Phrygiæ Mygdonias opes*] Fertilem et opulentam ignorat nemo Phrygiam extitisse. Hujus rex Midas ille, pecuniæ et auri tam avidus quam dives, vel unus testis fuerit locupletissimus. Adde Priami gazas, ac Trojanorum opes. Mygdonia porro Phrygiæ finitima erat regio; ex Plin. lib. V. &c. Mygdones autem populi e Macedoniæ parte Thraciæ proxima in Asiam venisse, Phrygiæ quandam regionem occupasse, nomen suum indidisse, ibidem referuntur.

23 *Permutare velis crine Lycimniæ*] Sic quale placet dat pretium rebus amor, non quantæ sunt, sed quantus ipse est.

24 *Arabum domos*] Plenas opibus et aromatibus exquisitis. Vide supra I. Od. 29. 1.

25 *Flagrantia [fragrantia]* Alii legunt *flagrantia*, id est, amoris ardore ferventia.

26 *Facili sævitia negat*] Ficta nimirum sævitia, quæ facile vincatur; et postquam tantulum irritavit amorem, amanti sponte cedat; interdum etiam ultro occurrat et occupet. Terent. Eunnuch. IV. 7. 43. 'Nolunt ubi velis: ubi nolis cupiunt ultro.' Ovid. Art. Am. III. 579. 'Quod datur ex facili longum male nutrit amorem: Miscenda est lætis rara repulsa jocis.' Ceterum Oden hanc allegorice interpretari sane licet. Itaque per Gigantes et Lapithas Thessaliæ quidem populos, junctis viribus in Deos bellum moventes, ab Hercule vero domitos, intellige Brutum et Cassium in campis Philippicis ab Augusto victos ac debellatos. Hylæus mero nimius, ab Atalanta interfectus, Antonium Cleopatraræ amoribus et immodicis cum ea conviviis perditum, Bacchi insuper nomen et insignia affectantem, optime

Quæ poscente magis gaudeat eripi;  
Interdum rapere occupet.

*letetur a petente surripi, nonnunquam ipsa præripiat.*

//////////

Jani, Bipont. Mitsch. Wetzel. Wakef. et Kidd.—27 *Quæ a poscente* unus Torrent.—28 *Interdum r. occupat* Comment. Cruq. Bentleii Græv. Zulich. Regin. Magdal. Galens. Battel. et duo Bodl. unus Lamb. Bos, Lips. 1. a m. pr. Franeq. Sax. Zar. Muret. Brut. Rodel. Benth. Cun. et Jones. 'Sed docet elegantia sensus, respondere inter se *gaudeat eripi et rapere occupet*, quod et auctoritate excellit.' Jani.

NOTE

designat. Denique sicut Gigantes et Lapithæ domum Saturni pavore concusserunt, ita Brutus et Cassius, atque Antonius totam commoverunt Italiam, ac Romam quidem, ea sitam regione, quæ Saturnia dicta est, a Saturno, postquam a Jove pulsus est, eo confugiente. Hæc recens auctor et Gallicus interpret ingeniose, ut et cetera, sagaciter, et erudite.

ODE XIII.

IN ARBOREM, CUJUS CASU IN AGRO SABINO  
OPPRESSUS EST.

Execratur scelestam arborem, cujus ictu pæne elisus est. (Cf. infra II. Od. 17. 27. et III. Od. 4. 27.) Facta etiam Inferorum mentione Alcæum et Sappho tollit ad sidera; atque hoc ut professioni suæ gratificetur.

ILLE et nefasto te posuit die,

*O Arbos, quisquis olim te plantavit, is et infausto die, et impia dextra protulit,*

//////////

Ode decima Libri quarti in Ed. Sanad. Epigraphe in Ascens. Locher. et Venet. 1492. *De arboris casu et inferis*; ceteræ edd. habent, *In arborem, cujus casu in agro Sabino prope oppressus est*, vel tale quid.—1 *Illum, o, nefasto emend.* Benth. ut referatur ad vs. 5. eumque, ut semper, secutus est Kidd. *Illum, et nefasto emend.* Nic. Heinsius, et sic Cuning. et Francis. *Sic est,*

NOTE

Metrum est idem quod I. Od. 9. ac tantum non exanimatus fuerat, erga Deos gratus, 'anno redeunte,' I *Ille et nefasto, &c.*] Deambulantem in agro suo Sabino Poëtam nostrum cadens inopinato fere oppressit arbos: atque, ut ait Od. XVII. seq. 'Truncus illapsus cerebro Sustulerat, nisi Faunus ictum Dextra levasset.' Hinc illius beneficii memor, ac velut æstro quodam percitus in abruptas indignationis voces erumpit.

Quicumque primum, et sacrilega manu  
 Produxit, arbos, in nepotum  
 Perniciem opprobriumque pagi.  
 Illum et parentis crediderim sui  
 Fregisse cervicem, et penetralia  
 Sparsisse nocturno cruore  
 Hospitis. Ille venena Colcha,

5

ad ruinam posterorum, ac vici dedecus. Eum etiam patris sui guttur præfocasse crediderim, atque domus interiora sanguine hospitis noctu polluisse. Is toxica

//////////

nefasto conj. With. Ille at nefasto var. lect. ap. Jones.—2 Quicumque primum sacrilega emend. Marcil. et sic Sivr. contra omnes codd. et edd. vett.—3 Perduxit Dess. 2. et nepotum unus Bersmanni et Dess. 2. et nepotum in Perniciem Cuning.—8 Colchica, sive Cholchica, omnes Torrent. Lipss. Harl. 2. 4.

## NOTE

Rem vero totani mira expolitione amplificat. Tum de variis humanæ vitæ casibus belle disserit. Denique, velut ἐν παρέργῳ et παρόδῳ, occasionem arripit Alcæi et Sapphus versus extollendi: omnia quidem non sine mirabili artificio. Valeat ergo Scaliger qui et in hanc eximiam Oden stylum suum strinxit, ut dicetur ad calcem.

*Nefasto*] Quid proprie sit nefastus dies, in quo nimirum Prætor Jus non dicebat, Gall. *jour non plaidoyable*, docet Ovid. *Fast.* i. 47. 'Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur.' Scilicet, do, dico, addico. Contra dies fastus, Gall. *jour d'Audience*. Ovid. *ibid.* 'Fastus erit per quem lege licebit agi.' At præterea 'nefastus dies,' ut et hoc Horatii loco, significat infortunatum, et male ominatum: Græci ἀποφάδας ἡμέρας, dies infandos et consceleratos, dixerunt. Romani pariter quosdam atros et nefastos habuere, eo quod in iis clades acceperant: in primis postriduanos, seu qui sunt postridie Kalendas, Nonas, Idus; item alios aliquot: de quibus fuse Macrob. mox citand. *Cæl. Rhō-*

dig. xiv. 9. Alex. ab Alex. iv. 20. Macrob. *Saturnal.* i. 16. 'Dies postriduanos ad omnia majores nostri cavendos putarunt: quos etiam atros velut infausta appellatione damnarunt.' Gellius iv. 9. item v. 17. 'Religiosos, seu tristi omine infames' nuncupat; additque: 'Quos vulgus prave, perperam, et imperite nefastos dicit.' Non. Marcell. 'Atri dies dicuntur,' inquit, 'quos nunc nefastos vel posteros vocant.' Afranius Fratris: 'Septembris heri Kalendæ: hodie ater dies.' Claudat scenam Cicero, ita scribens, *ii. de Leg.* n. 21. 'Quæ augur injusta, nefasta, vitiosa, dirave dixerit, irrita infectaque sunt.'

5 *Illum et parentis, &c.*] *Epod.* iii. 1. 'Parentis olim si quis impia manu Senile guttur fregerit,' &c.

6 *Penetralia Sparsisse nocturno cruore Hospitis*] Jus hospitale violasse, hospite noctu interfecto, in ædium penetralibus, ubi colebantur Penates Dii, quod sceleri scelus addere est. Virgil. *Æneid.* i. 735. 'Jupiter, hospitibus nam te dare jura loquuntur.' A. Gell. v. 13. 'Primum juxta pa-

Et quicquid usquam concipitur nefas,  
 Tractavit, agro qui statuit meo  
 Te triste lignum, te caducum  
 In domini caput immerentis.

10

Quid quisque vitet, nunquam homini satis  
 Cautum est, in horas : navita Bosporum

*Colchidis, et quodcumque usquam flagitium animo volvitur, præparavit, qui in agro meo collocavit te lignum infelix, te ruinosum in caput domini innocui. Nunquam satis homo providere potest quid per horas singulas quilibet eluctetur. Nauta Car-*

//////////

5. 6. Dess. 2. Pulm. Hunn. Gemblac. 2. et Beller. Altt. Venett. Vet. Comb. Locher. Ascens. Lamb. Steph. Rutg. Fab. Heins. Fabr. Dacer. Baxt. Bond. Schrevel. Delph. et Comb. *Colchia* Bentl. Regin. unus Bersm. *Colcha* (s. *Cholca*) duo Nicott. Russard. et quid. alii Lamb. libri Marcil. duo Blandd. antiquiss. item unus Bland. a m. s. Mald. a m. pr. Div. a m. s. ap. Cruq. Mentel. Pulm. Gemblac. 1. Fraueq. unus Bersm. Dess. 1. Helmstad. codex Grævii vetustiss. ap. Bronckhus. ad Prop. 1. 1. 30. Tum sic edit. Mediol. 1477. Cruq. Bentl. Cun. San. Jones. Sivr. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzel. Wakef. et Kidd.—9 *Et quicquid unquam* Alt. 1.—11 Idem codex et quædam edd. teste Landin. *te casurum* contra metrum ; est e glossa.—13 *Quod quisque* duo Lambini, quidam Bersmanni, Lips. 4. Helmstad. Brod. Ascens. Locher. et Venet. 1492.—14 *Bosphorum, Bosforum*, codd. ap. Jani ; *Bosphorum* multæ edd. vett. *Bosporum* Schrevel. Bentl. Sanad. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzel. Wakef. Kidd. aliæ

#### NOTE

rentes locum tenent pupilli ; secundum clientes ; tertium hospites ; postea cognati, affines, &c.

8 *Venena Colcha* ] Colchis Asiæ regio ad oram Euxini maris, Ponto vicina, hodie *Mingrelia*, estque pars Georgiæ. Venenis autem eas regiones famosas reddidit vel una Medea Regis Colchorum filia veneficiis suis inclyta ; vel quod ' nascuntur plurima Ponto,' ut canit Virgil. Eclog. VIII. Adde Mithridatem Ponti Regem, qui venenis etiam impune vescebatur.

*Colcha* [*Colchica*] Quidam legunt *Colcha*, ut opus non sit ultimam hujus versus syllabam rejicere ad sequentem versum.

11 *Triste lignum*] Infelices arbores quæ dicantur, enarrat Plin. XIII. 21. et XVI. 26.

*Caducum*] Quod minatur casum et

ruinam : hic vero significat quod jam cecidit : quo sensu fulmen etiam caducum vocatur.

13 *Quid quisque vitet, &c.*] Egregie divertit ad locum communem de periculis et casibus improvisis, quibus ut plurimum ad mortem abripimur. Alius, inquit, maris, alius belli solum cavet discrimina : uterque vero, quod non timet, subit genus mortis ; v. g. morbo extinguitur.

14 *Bosporum*] Angustas fances quilibet designat, per quas nemo sine periculo ac formidine navigat. Duplex autem Bosporus celebratur ; Thracius inter Pontum Euxinum et Propontidem, seu Thraciam inter et Asiam Minorem, quatuor stadiis patens ; et Cimmericus, inter Mæotidem Paludem et Pontum Euxinum : hodie, *Fretum Caffa*.



Pænus perhorrescit, neque ultra 15  
 Cæca timet aliunde fata :  
 Miles sagittas et celerem fugam  
 Parthi: catenas Parthus et Italum  
 Robur; sed improvisa leti  
 Vis rapuit rapietque gentes. 20  
 Quam pæne furvæ regna Proserpinæ,  
 Et judicantem vidimus Æacum,

*thaginensis Bosporum formidat, nec amplius occulta fata aliunde metuit. Miles Parthorum spicula et fugam repentinam: Parthi vincula et potentium Romanorum reformidant; ut mortis inopinata violentia populos abstulit, et auferet. Quam prope aspexi Imperium nigræ Proserpinæ, et judicem Æacum, et bonorum domi-*

recentt. *Bosporon* Cuning.—17 Jo. du Hamel emend. *celebrem*, Bentl. *reducem*, vel *refugam*; nam fuisse fugam simulatam, ideoque non *celerem*. Castigavit eum Cuning. Anim. IX. p. 81. seqq. *celeris* var. lect. ap. Jones.—18 *Italum*, i. e. Itolorum, voluerunt quidam ap. Jani.—20 Venet. 1492. *rapiet rapitque*.—21 Mentel. *fulvæ* r. *Proserpinæ*. Vide Nic. Heins. ad Ovid. Met. III. 272. Bentl. ad Manil. II. 912. Rupert. ad Juvenal. X. 150. et Jacobs. in Miscel. Philol. Matthiæ Altenb. 1803. p. 80-92.—22 *Et vindicantem* unus

## NOTÆ

15 *Pænus*] Pro quolibet nauta ponitur, per synechoclen: vel antonomasticus 'Pænum' dicit; tum quod emporium orbe toto celeberrimum Carthago, tum quia ejus urbis cives navigatione longinqua nominati. Quam inclutus fuerit Hanno dux ille Carthaginensium, docet Mela lib. III.

16 *Timet aliunde*] Observa vel Cæsuram brevem licenter productam, vel Tribrachyn pro Dactylo.

18 *Parthi*] De Parthis eorumque certandi ratione, I. Od. 19. 12.

21 *Quam pæne furvæ regna Proserpinæ, &c.*] Quantulum a morte abfui!

*Furvæ*] Ex Varrone fur dicitur ex eo quod 'furvum' atrum appellarint, et fures atra nocte facilius furentur. Nonius Marcellus. Contra tamen de ea etymologia sentit A. Gellius I. 18. vultque deduci ab antiqua voce φῶρ, quanquam aptius forte, furem a 'fur-

vo,' id est, nigro, dici putarit vir excellentis doctrinæ, Varro scilicet, inquit ille ibid.

*Proserpinæ*] De ea I. Od. 28. 20.

22 *Æacum*] Ex eo quod Plato, in Gorgia, Rhadamanthum Asianorum, Europæorum vero Judicem Æacum scribit; inde convenientius hunc quam illum ab Horatio quidem Europæo nominari, erudite nonnulli observant. Ego tamen crediderim respexisse potius nostrum Poëtam ad id quod lib. de Luctu Lucianus refert: 'In Orci aditu portaque adamantina fuisse custodem Æacum Regis fratrualem; atque juxta eum canem tricripitem.' Bene igitur Horatius, qui morti proximus fuerit, ait se prope salutasse Æacum, Orci Janitorem, perinde ac Judicem cum Minoë ac Rhadamantho, ubi insignem justitiæ famam, a Plutone constitutum.

Sedesque discretas piorum, et  
Æoliis fidibus querentem

*cilia separata, et Sappho chordis Æoliis expostulantem de virginibus patriæ suæ :*

//////////

Bersm. *vidimus Æacon* Cuning.—23 *Sedesque discretas* septem Lamb. duo Cruq. Et sic Lamb. Cruq. *descriptas* quidam Lamb. Pulm. Hunn. et Gemblac. 1. 2. duo Bersm. unus Cruq. Bentleii Cantab. Helmst. Franeq. Heins. Steph. Fab. et Dacer. Sed *discretas* Acr. Porphyr. Comm. Cruq. omnes Cruq. præter duo, omnes Torrent. omnes Bentl. præter unum, Pulm. 4. Mentel. Altt. Lipss. Dess. Venett. Asc. Locher. Fabr. Bentl. Cnn. San. Jon. Baxt. Sivr. Delph. Bond. Schrevel. Jani, Mitsch. Bipont. Wetzcl. Wakef. et Kidd. 'Præstat etiam ab enargia.' Jani. *priorum* var. lect. ap. Jønes.

NOTÆ

23 *Sedesque discretas piorum*] Elysiis campos, quos describit et laudat Virgil. *Æneid.* vi. 638. Legunt alii *discriptas*, alii designatas, id est, assignatas ac notatas: *discretas* habent tamen optimi codices; et vox illa pulchrum sane ac nobilem sensum efficit, ut boni designentur a reliquis, et a vulgo segregati. Sic Virgil. *Æneid.* v. 734. 'non me impia namque Tartara habent, tristesque umbræ; sed amœna piorum Concilia, Elysiumque colo.'

24 *Æoliis fidibus querentem Sappho, &c.*] De popularibus puellis, quas amabat, Sappho conquerentem quod in amore sibi non responderent. Tres vero potissimum Suidas recenset ab ea dilectas, Atthin, Telesillam, Megaram: plures Ovidius aliique numerant. Vel zelotypia Sappho percita de virginibus æmulis suis querebatur, quod Phaoni, quem ipsa deperibat, adhærent, ejusque amorem retardarent. Ovid. *Epist.* xv. 15. Sapphus ad Phaonem: 'Nec me Pyrrhiades, Methymniadesve puellæ, Nec me Lesbiadam cetera turba juvant. Vilis Amythone, vilis mihi candida Cydno; Non oculis grata est Atthis, ut ante, meis: Atque aliæ centum, quas non sine crimine amavi. Improbe, multarum quod fuit, unus habes.' Narrat Plinius xxii. 8. in Phaonis

amorem Sappho incidisse per herbarum centum capita nuncupatam, cujus radix rara quidem inventu, quibus contigerit, amabiles facit. Porro ex Suida, item ex Æliano, duplex Sappho fuit, utraque e Lesbo insula: prior Etesia, Alcæi, Stesichori, et Pittaci cœtanea, quæ tres habuisse fertur sodales seu amicas ante memoratas, plectrum invenisse, scripsisse vero Lyricorum Carminum libros novem, Epigrammata, Elegias, Iambos, et Monodias. Posterior Mitylenæa, quæ psaltria fuerit, Lyrica scripserit etiam, atque ob amorem Phaonis Mitylenæi, a quo spernebatur, de Leucate promontorio in mare se præcipitem dederit. De quo vide quæ annotabo i. *Epist.* 19. 28. ad has voces, 'mascula Sappho.' Utnt sit, quemadmodum unum Herculem, etsi plures extiterunt, nominant, et quod multorum est, eidem tribnunt, ut alibi notavimus, ita unam Sappho vulgo celebrant, Sapphici Carminis auctorem, tam venustam et elegantem, ut decimæ quidem Musæ cognomen obtinuerit. 'Veris nuntiam, blandiloquam lusciniam' vocat Sophoclis Scholiastes. Floruit cum Alcæo et Stesichoro, annis ante Christum circiter sexcentis. Ejus (quæ temporum injuria est) apud varios auctores sparsas quasdam poëmatum reliquias

Sappho puellis de popularibus,	25
Et te sonantem plenius aureo,	
Alcæe, plectro dura navis,	
Dura fugæ mala, dura belli!	
Utrumque sacro digna silentio	
Mirantur Umbræ dicere: sed magis	30
Pugnas et exactos tyrannos	
Densum humeris bibit aure vulgus.	

*necnon te, o Alcæe, aurea cithara canentem altius molesta navigationis, mæsta exili, gravia militiæ incommoda! Mænes autem admirantur ambos loquentes religioso dignas res silentio. Verum turbæ scapulis confertæ libentius excipiunt auribus*

//////////

—26 *Et te cænantem Zarot.*—32 *D. avida (vel humili) bibit conj. Benth.*

NOTÆ

duntaxat veneramur: et mire laudant Strabo, Aristot. Socrates, Dionys. Halicarn. Plutarch. Longinus, &c. Catullus Carmen suum LII. quod est ad Lesbiam, transtulit e Sapphus Græco, quod Longinus, Libro de Sublimi Genere Dicendi, sic habet: *Φαίνεται μοι κῆνος ἴσος θεοῖσιν Ἑμμεν' ὠνῆρ ὅστις ἐναντίος τοι ἴξάνει, καὶ πλασίον ἂδὸ φωνεύ-Σας ὑπακούει, Καὶ γελώσας ἱμερόεν, κ. τ. λ.*

*Æoliis fidibus]* Æolica nempe Dialecto usa est Sappho. Æoles quidem Græciæ populi, cum eam Asiæ Minoris regionem, quæ ante Mysia dicebatur, invasissent, quasdam insuper Lesbi insulæ tenuere civitates, ac inprimis aliarum caput Mitylenen Sapphus patriam. Hinc Noster iv. Od. 9. 12. '*Æoliæ fidibus puellæ.*' Et Ovid. Epistola Sapphus ante citata, vs. 200. '*Lesbides Æolia nomine dicta lyra.*'

26 *Et te sonantem plenius aureo, Alcæe, plectro]* Ovid. Epist. mox cit. vs. 29. '*Nec plus Alcæus consors patriæque lyræque Landis habet, quamvis grandius ille sonet.*' Herodot. lib. v. de Alcæo multa refert, quæ redarguantur a Plutarcho, in suo de Herodoti malignitate libello. Vide

quæ de illo amplius annotavi i. Od. 32. 5. et seq. Item iv. Od. 9. 7. ubi '*Alcæi minaces Camænxæ*' appellantur.

27 *Dura navis, Dura fugæ mala, dura belli]* Ea videlicet quæ pertulit Alcæus atque exantlavit pericula, mala, difficultates, ærnmnas, cum navigando fugere, patriaque exulare coactus est, eo quod civibus, ut aiunt, suis anorem libertatis suaderet, invisus tyrannis; quos tandem collecta exulnū manu Mitylene exegit, patriamque vindicavit.

29 *Utrumque sacro digna silentio Mirantur Umbræ dicere]* Alcæum et Sappho umbræ mirantur canentes digna silentium concilio, de quo Virgil. *Æneid.* vi. 432. Vel Ditis digna sacrariis, quæ affert idem Virgil. *Æneid.* xii. 199. vel auscultari digna cum eo silentio, quod adhibetur in sacris. Vel denique, *sacro digna silentio*, id est, non profanis revelanda, nec evulganda quibuslibet, veluti quædam mysteria. Huc facit *μυστηριώδες ἢ σιγή*, apud Plutarch. lib. de Garrulitate.

30 *Sed magis Pugnas et exactos tyrannos]* Quamvis autem uterque admiranda loqueretur, et ab ore utrius-

Quid mirum, ubi illis carminibus stupens  
Demittit atras bellua centiceps  
Aures, et intorti capillis  
Eumenidum recreantur angues?

35

*prælia et expulsos tyrannos. Quid stupendum? quandoquidem attonita cantilenis istis bestia centum capitum, nigras deprimit aurículas, atque demulcentur serpentes*

//////////

Vide Cuning. Anim. cap. XIII. p. 218. et Bos. Anim. ad Hor. pag. 39. D. *hilaris bibit* conj. Nic. Heins. *Tensu humilis* var. lect. ap: Jones.— 34 *Dimittit* Harl. 2. 3. et Lips. 4. *Admittit* Valart. Vide Boissonad. ad

## NOTE

que penderent umbræ; hoc tamen erat discrimen, quod amatoria quidem Sapphus carmina eximia prorsus atque divina vulgus admirans auscultaret; at longe tamen attentius, cupidius, jucundius audiebat ‘pugnas’ ab Alcæo descriptas, et qua ratione ‘exactos tyrannos’ Pittæcum, Myrsillum, Megalagryrum insectari non destiterat, donec omnino exterminaret.

32 *Densum humeris, &c.*] Conferunt, turmatim aggregatum, contente et certatim appropinquans, auresque arrigens, præ aviditate capiendi quæ dicebantur de expulsis tyrannis, quos odit vulgus maxime, et de restituta civibus libertate, quam omnibus antefert, ipsiusque interdum vitæ periculo redimit ac vindicat. Virgil. *Æneid.* x. 361. ‘Concurrunt: hæret pede pes, densusque viro vir.’

*Bibit aure vulgus*] Hunc locum imitatus Juvenalis Sat. iv. 50. ‘Nequicquam populo bibulas donaveris anres.’

33 *Quid mirum, ubi illis carminibus stupens, &c.*] Neque vero mirandum, quod ita curiose umbræ affluant, audiantque versus Alcæi et Sapphus; siquidem iis etiam oblectatur terribilis Inferorum canis Cerberus, atque voluptatem suam exhibet ‘demissis auriculis,’ quibus depositam iram ac furorem indicat. Contrarium ostendunt ‘sublatæ aures,’ *Epod.* vi. Lac-

tant. de Ira Dei, cap. 7. ‘Risus homini proprius est,’ inquit, ‘et tamen videmus in aliis quoque animalibus signa quædam lætitiæ, cum ad lulum gestiunt, aures demulcent, rictum contrahunt, frontem serenant, oculos in lasciviam resolvunt.’

34 *Bellua centiceps*] ‘Canis apud Inferos fabulosus,’ ut ait Suidas, ‘immanis trifanci latratu, tria pandens guttura, horrentia colubris colla’ exserens; Virgil. *Æneid.* vi. 417. et seq. Platonis canem ærea voce, *πεντηκοντακόρηνον, quinquaginta capitum*, ‘crudivoram impudentemque fortemque,’ appellat Hesiodus in *Theogonia*, *τρίκρανον ἔδον σκύλακα, tripitem Orci canem*, Sophocles in *Trachiniis*. Cerberus quasi *κρεωβόρος, carnivorus*, Mythol. terram designat cadavera consumentem. Quoniam vero mortales universi triplici extinguuntur mortis genere, naturali, violento, et fortuito, quæ tria rursus infinita sunt, hinc Cerbero quidam tria capita, alii quinquaginta, nonnulli denique centum affinxerunt. Sic Horat. *bellua centiceps*.

35 *Intorti capillis Eumenidum recreantur angues*] Eumenides per antiphrasin dictæ, quia nequaquam benignæ: tres censentur, Alecto, Megæra, Tisiphone. Sensus est: Infernales illæ Furiæ ejusmodi carminibus placari, immo et serpentes earum cri-

Quin et Prometheus et Pelopis parens  
Dulci laborum decipitur sono :

*Furiarum crinibus implexi. Immo etiam Prometheus, et Pelopis pater suavi cantu*

//////////

Philostrat. Heroic. p. 302. *centipes* Alt. 2. a m. sec. et Landin.—38 *Dulci laborem* (h. e. quod ad laborem pertinet) quidam Lamb. duo libb. Turnebi, Advers. x. 21. Pulm. Hunn. et duo alii quos inspexit, duo Torrent. Brod. Gott. Bentr. Bodl. 1. et Colbert. pro var. lect. Et sic Lamb. Heins. Bentr. Cnn. et San. *labore* Bentr. Battel. Sed *laborum* Acr. Porph. Comment. Cruq. quidam Lamb. Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. tres Bersm. Pulm. Gemblac. 1. 2. et Beller. Bentr. omnes ceteri, Mentel. plures Torrent. omnes Cruq. Dess. Lipss. Altt. Fran. Venet. 1478. 1492. Asc. Locher. Mnret. Cruq. Torr. Fabr. Steph. Fab. Rutg. Baxt. Jon. Sivr. Delph. Jani, Bipont. Mitsch. Bond. Schrevel. Wetzcl. et Wakef. Probat etiam Enger. Commentar. p. 17. 'Miraris sane, melius placuisse viris doctis *laborem*; cum *laborum*, præter tantam auctoritatem, audacius, eaque ipsa de causa tanto doctius et exquisitius sit, quam *laborem*; tum et fortius, ob multitudinem ac varietatem cruciatuum.'

NOTÆ

nibus intorti iis recreari pariter ac demulceri videbantur. Virgil. Georg. iv. 482. 'Cæruleosque implexæ crinibus angues Eumenides.' Hæ quidem scelerum ultrices multiplici colubrorum morsu belle exprimunt conscientiæ stimulos quibus scelerati vellicantur intus, semperque plectuntur.

36 *Recreantur angues*] Proprie dictum. Nam cantu delectari naturaliter serpentes aiunt; et Plinius auctor est VIII. 16.

37 *Quin et Prometheus, &c.*] Prometheus quoque, item Tantalus suum nterque laborem ac supplicium non sentit, velut raptus extra se, et deceptus amœnitate carminum Alcæi et Sapphus. Illum ignis cœlestis raptorem, in furti pœnam, aquilæ rostro jecur depascentis excruciarî Caucaso affixum vulgo fabulantur: in Inferis tamen collocat Aristoteles, Poëtices cap. 17. quod idem facit hic Horatius. De Prometheo jam I. Od. 3. et 16.

*Pelopis parens*] Tantalus 'Deorum conviva,' ut est I. Od. 28. 7. quid sciant ac possint nemina ausu temerario experturns, filium summi Pello-

pem coctum iis apposuit. Tanti vero sceleris pœnas luit apud Inferos detrusus, ubi perpetua fame ac siti cruciatur, ita ut aquis Eridani mento tenus immersus, et poma cernens ex arbore capiti impendentia, nec tamen hæc neque illas captare queat. Cic. Tusc. I. n. 10. 'Mento summam aquam attingens siti enectus Tantalus.' Ovid. Met. iv. 458. 'tibi, Tantalæ, nullæ Deperduntur aquæ; quæque imminet, effugit arbos.'

38 *Laborum decipitur*] Græca dictio, ἐπιλανθάνεται πόνων. Sic et supra Od. ix. 'desine querelaram.' Od. seq. 14. 'damnatus longi laboris Sisypheus.' III. Od. 27. 'abstineto irarum calidæque rixæ.' Od. ult. ejusdem libri: 'regnavit populorum.' Nec Horatius vero tantum ejusmodi locutionibus atque hellenismis usus. Plaut. Mercat. 'animi pendeo.' Virgil. Æneid. I. 119. 'Implementur veteris Bacchi pinguisque ferinæ.' Et Æneid. XI. 126. 'Justitiæ prius mirer, belline laborum.' Unde igitur hoc dicendi genus tam novum aliquibus visum? et quæ mens læva doctos alioqui viros perculit, ut aut lectionem comprobata, aut sensum

Nec curat Orion leones,  
Aut timidos agitare lyncas.

40

*raptus arumnas obliviscitur: nec Orion satagit venari leones vel lyncas meticulosos.*

*Juni.* Mentel. a m. pr. *somno pro sono.*—40 Faërn. unus Bersm. Bentleii Græv. Regin. Petrens. Gal. et Battel. a m. sec. *timidas*; sed *timidos* etiam Priscian. p. 698. *tumidas* Alt. 1.

## NOTE

perverterent? Porphyrione dnce, quidam legunt *laborem*, et *decipitur* accipiunt pro *decipit*. Quorsum vero tam audax figura atque mutatio? Turnebus Alcæi labores intelligit; ut sit sensus: Prometheum ac Tantalum proprias oblivisci pœnas, delinitos scilicet ac veluti deceptos suavi cantu et narratione laborum Alcæi; de quibus supra. Verum de Promethei Tantalique laboribus hic sermo est apertus quidem et manifestus: sensusque est: Prometheus et Pelopis parens dulci sono et modulatione Alcæi carminum et Sapphus uterque adeo capitur et fallitur, ut quasi sensum atque memoriam amittat laborum et cruciatuum suorum.

39 *Nec curat Orion leones, &c.*] Denique Orion cum alijs ad audiendum properat, abjectaque venandi cura, qua solet occupari, ad dulces cantus accurrit. Aiunt nimirum eadem apud Inferos umbris inesse ac vigere studia, quibus viventes tenebantur. Virgil. *Æneid.* vi. 653. 'Quæ gratia curarum Armorumque fuit vivis, quæ cura nitentes Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.' Ovid. *Met.* iv. 433. 'Errant exsanguis sine corpore et ossibus umbræ. Parsque forum celebrant; pars imi tecta tyran-

ni; Pars aliquas artes antiquæ imitamina vitæ Exercent.' Vide et *Odys.* A. et *Macrob.* in *Somn. Scip.* i. 9. &c. En vero quo solet in Horatium animo bellum movet Scaliger hoc etiam loco: 'Nondum,' inquit, 'apud Inferos hæc inveni, aut Prometheum tormentis addictum, aut Oriona venantem.' Ergone, vir perspicax, quicquid rerum ibi geritur perspexisti? an illic diversatus aliquando singula otiose tanque luculenter indagasti, ut asseveranter dicas scribasque, hæc a te ibi minime visa aut reperta, quæ tamen ex Aristotelis citati, item ex Homeri mox citandi fide, inveniri ultro credam, teque exploso credent alii?

*Orion*] De eo varie fabulantur: illud constat, acrem et strennum venatorem exitisse. *Homerus Odys.* A. paulo ante finem, narrat hunc 'apud Inferos etiam visum Ulyssi per floridum pratium feras persequentem, in desertis autem montibus clava ferrea occidentem,' &c.

40 *Lyncas*] Lynx animal pardo non prorsus absimile, ex *Gesnero*, de quadrup. perinde maculosum. *Virgil. Æn.* i. 127. Aentissimi visus, ex *Plutarch.* *Plin.* xxviii. S. &c.

## ODE XIV.

AD POSTUMUM.

Miserabiliter deflet humanæ vitæ brevitatem; et Postumo, rei familiari nimis attento, suadet, ut sibi, non hæredi, vivat.

EHEU! fugaces, Postume, Postume,  
 Labuntur anni; nec pietas moram  
 Rugis et instanti senectæ  
 Afferet, indomitæque morti.

*Heu, Postume, Postume, anni cito prætereunt. Neque religio rugas, et urgens senium, fatumque ineluctabile retardabit: nec si tauros quotidie trecentos immoles*

Ode duodecima Libri quinti in Ed. Sanad. Mentel. inscribit, *De brevitæ vitæ*; Venet. 1492. Locher. et Ascens. *De morte inevitabili*; Marcillii membranæ, *De superstitione*, h. e. metu mortis.—1 *Heu heu* Harl. 4. et Florent. 1482. Venett. 1486. 1490. *Heu* dissyll. Zarot. et al. ap. Jani. ‘*Postumæ* Paudectæ Florentinæ, et quotquot unquam vidi bonæ notæ codd. lapides etiam antiqui. Lambinus tamen priore sua ed. *Posthume* scripserat, eorum fortasse secutus etymologiam, qui ‘*Posthumum*’ dici volunt, quod post humatum patrem natus sit, qui Accursii et hujusmodi hominum error fuit. Rectius enim illi qui *Postunus* a ‘*post*,’ ut ‘*extumus*’ ab ‘*extra*,’ ‘*citumus*’ a ‘*citra*,’ ‘*ultimus*’ ab ‘*ultra*’ dictum volunt.’ *Torrent. Posthume* Wetzel. et quædam aliæ edd. *Postume* Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. ceteri, et omnes fere eidd. recentt. Vide Cellar. Orthogr. Lat. ed. Harles. p. 318.—4 *Affert* quidam

## NOTÆ

Metrum idem quod supra I. Od. 9.

1 *Eheu! fugaces*] Dolet vitæ brevitatem, mortisque duram necessitatem. Virgil. Georg. III. 284. ‘Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.’ Ovid. Met. xv. 383. ‘Tempora sic fugiunt.’ Pers. v. 153. ‘fugit hora.’

*Postume*] Parvi refert seu legas, *Postume*, quo significatur ultimo loco natus; sive *Posthume*, id est, qui post humatum patrem in lucem editus. Hic cognomen est, ut volunt quidam parvo certe nixi fundamento, Julii Flori, ad quem Horatius inscribit I. Epist. 3. et secundam secundi. Conjectori tamen danda venia, cum certi nihil aliunde suppetit. Virgil. *Æneid.* VI. 763. Gell. II. 16. &c.

*Delph. et Var. Clas.*

2 *Nec pietas moram, &c.*] Etsi Deos colas religiosissime, haud proinde vita continget tibi diuturnior. Ita quidem Ethnicus de falsis Numinibus non falso. At Sacris nos Codicibus instructi multis dilatam ope Dei præpotentis mortem non ambigimus. Exod. cap. xx. et Deuteron. cap. v. ‘Honora patrem et matrem, ut longo vivas tempore, ac bene tibi sit in terra,’ &c. IV. Reg. 20. Ezechias, usque ad mortem ægrotans, sanitatem oratione piisque lacrymis obtinet, mereturque audire Deum ita pollicentem: ‘Vidi lacrymas tuas: ecce sanavi te: et addam diebus tuis quindecim annos,’ &c.

3 *Rugis et instanti senectæ*] Deficientibus in senectute humoribus sub-

*Horat.*

X

Non, si trecentis, quotquot eunt dies,  
Amice, places illacrymabilem  
Plutona tauris; qui ter amplum  
Geryonen Tityonque tristi

5

*Plutoni inexorabili, qui ter magnum Geryonem et Tityum coercet fluvio letali, nempe*

codd. et edd. vett. ap. Jani.—5 'Non, si tricenis omnes Cruq. præter duo, Harl. 2. 3. 4. 5. 6. Lipss. tres, Altt. Dess. Helmst. Venet. 1590. Vet. Comb. Basill. 1527. 1531. Fabr. Rutg. Steph. Falsam lectionem arguit vel prima syllaba longa.' Jani. trecentis unus Cruq. Mentel. Venet. 1492. Locher. trecentis Harl. 1. et plurimi optt. cum edd. recentt. V. Brod. Miscell. II. 19. erunt dies Lips. 3.—7 Lips. 4. qui tibi amplum.—8 Geryonem codd. et multæ edd. ap. Jani; Geryonen

## NOTÆ

tioribus, paulatim arescit corpus ac durescit, et cutis in rugas contrahitur.

5 *Non, si trecentis*] Etiam si tribus quotidie Hecatombis Plutonem satagas placare, non litabis tamen, et mortem frustra deprecabere. Æschyl. *Μόνος Θεῶν γὰρ Θάνατος οὐ δῶρων ἐρῆ,* Οὐδὲ θύων, οὐτ' ἐπισπένδων ναοῖς. *Sola Deorum mors non capitur muneribus, nec si sacrifices in templis.*

*Trecenis*] Perperam aliqui, *tricenis*, cuius prima syllaba cum sit longa, metri lege arcetur.

6 *Illacrymabilem*] Lacrymabiles dicuntur ii qui ad misericordiam facile moventur per lacrymas et preces: e contrario Pluton vocatur illacrymabilis, qui nunquam flectitur. Sic Erasm. *ἄδακρυς, implacabilis*, cuius ob inexorabilem sævitiam illacrymemus, inquit Torrentius.

7 *Plutona*] Inferorum et mortuorum Deum. Is Saturni filius, frater autem Jovis ac Neptuni. Hi tres ita paternum regnum divisere: Jupiter quidem Orientalis plagæ sortitus est Imperium, et cum inde lux oriatur, Cælum dictus est occupasse. Neptunus Insulas habuit, unde et maris dominus ac Deus appellatus est. Pluto nata minimus Occidentalem obtinuit regionem, secus inferum ma-

re. Hinc fabula dominari Inferis ait: et quoniam terræ visceribus conduntur metalla auri et argenti, Divitiarum Deus existimatus est, et Ditis ac Plutus dictus. Lactant. Divin. Institut. lib. I. Neque vero prætermittendum quod testatur Cæli. Rhodig. xvii. 21. eorum, quæ ad defunctorum spectant cultum, Plutonem fuisse auctorem primum. Quo nomine creditur, mox vita functis præsidere.

*Qui ter amplum Geryonen, &c.*] Qui potentes quosque et magnos domat, v. g. Geryonem et Tityum: scilicet, ut scribit Juvenal. Sat. x. 172. 'Mors sola fatetur Quantula sint hominum corpuscula.' 'Ter amplum' Geryonem vocat Horatius, 'tergeminum' Virgil. Æneid. viii. 202. ex eo quod fabulantur, triplex ei corpus fuisse. Hinc Virgil. Æneid. vi. 289. 'forma tricorporis umbræ.' Fingendi porro ansam præbuit triplex regnum, sive triplicis circa Hispaniam insulæ dominium; vel potius trium fratrum corporis robore præstantium concordia, quæ tanta quidem, 'ut uno regi animo viderentur,' inquit Justin. ad calcem libri ultimi. Quod idem fere narrat Diodor. Sicul. v. 2. ubi decimum Herenlis laborem in debellando Geryone exponit. Porro valde arri-



Compescit unda, scilicet omnibus,  
 Quicumque terræ munere vescimur, 10  
 Enaviganda, sive reges  
 Sive inopes erimus coloni.  
 Frustra cruento Marte carebimus,

*tranando cunctis, quotquot nutrimur frugibus telluris, seu principes, seu egeni agricolæ fuerimus. Abstinebimus incassum sanguinolento Marte, et illisa unda maris*

//////////

omnes Harl. alii, et edd. fere recentt. exquisitior forma ex *Ἐνηύωνης*.—10 *Cujusque terræ* Brod. *munera vescimur* Wakef. quem vide in Sylv. Crit. sect. 142.—13 *Frustra a cruento M. cavebimus* emend. Waddel. Anim. Crit. p. 44. *cavebi-*

#### NOTÆ

det sententia Palæphati asserentis, e Tricarenia ad Pontum Euxinum insula Geryonem fuisse, adeoque Tricarenium; et ex ambigua vocis significatione tripicitem ac proinde tricorporem dictum.

8 *Tityon*] Is mole corporis plus quam Gigantæa fertur, quod Latonæ vim inferre tentasset, ab Apolline sagittis trusus ad Inferos, ubi vulture jecur perpetuo renascens exedente et laniante torquetur. Virgil. *Æneid.* vi. 595. 'Nec non et Tityon, terræ omniparentis alumnum, Cernere erat: per tota novem cui jugera corpus Porrigitur; rostroque immanis vultur adunco Immortale jecur tundens, fœcundaque pœnis Viscera, rimaturque epulis, habitatque sub alto Pectore: nec fibris requies datur ulla renatis.'

9 *Tristi Compescit unda*] Detinet in Inferis, et coërcet unda Stygia, seu palude illa horrida et irremediabili, de qua Virgil. *Æneid.* vi. 438. 'Quam vellent æthere in alto Nunc et pauperiem et duros perferre labores! Fata obstant, tristiq; palus innabilis unda Alligat, et novies Styx interfusa coërcet.'

10 *Terræ munere vescimur*] Plin. ii. 63. 'Terra, quæ hominum, ut cælum Dei, nos nascentes excipit, natos alit,

semelque editos sustinet semper... sola quæ nunquam irascatur homini. Aquæ subeunt in imbres, rigescunt in grandines, tumescunt in fluctus, præcipitantur in torrentes. Aër densatur nubibus, furit procellis. At hæc benigna, mitis, indulgens, usque mortalium semper ancilla, quæ coacta generat! quæ sponte fundit! quos odores saporisque! quos succos! quam bona fide creditum fœnus reddit! quæ nostri causa alit,' &c. quæ lege.

11 *Enaviganda*] Mors omnibus subeunda; mortali enilibet est 'calcanda semel via leti,' ut est in 1. Ode 28. Styx trananda et 'enaviganda' vectore et portitore Charonte, qui 'feruginea subvectat corpora cymba.' Virgil. *Æneid.* vi. Vide locum a vs. 295. ad 317.

*Sive reges, sive inopes*] Vide 1. Od. 4. et 28.

13 *Frustra cruento Marte carebimus, &c.*] Nihilo secius moriemur, etsi abstinuerimus bello, mari, &c. frustra cavebimus pericula militiæ et navigationis, aut pestiferi Austri flatus, in Autumno præsertim. Quamvis enim mortis unum aliquod spiculum eluctemur, at altero percussi occumbemus. 'Improvisa leti Vis rapuit rapietque gentes,' ut est in Ode superiori.

Fractisque rauci fluctibus Adriæ ;

Frustra per Autumnos nocentem

15

Corporibus metuemus Austrum :

Visendus ater flumine languido

Cocytos errans, et Danaï genus

*Adriatici frementis. Incassum carebimus Notum corporibus noxium Autumnali tempestate. Ademptus niger Cocytus lenta fluens aqua, Danaique stirps conscelerata,*



mus conj. etiam Gruter. Misc. Lips. III. 501.—16 'Post Austrum non est punctum, sed colon ponendum; nam, quæ sequuntur, apodosin faciunt.' *Jani.*—17 *Visendus autem* Helmstad.—18 *Cocytus* Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. alii, et edd. vett. cum Wakef. *Cocytos* Mentel. duo Bersmanni, Lipss. 1. 2. 3. Dess. 1. Bentleii Leid. Zulich. Regin. Petrens. Magdal. Gal. et Bodl. item

#### NOTÆ

14 *Fractis fluctibus*] Virgil. *Æn.* I. 165. 'omnis ab alto Frangitur, inque sinus scindit sese unda reductos.'

*Rauci*] Horrendum frementis, quando tumentes fluctus ad scopulos illiduntur, ingenti sonitu et fragore.

*Adriæ*] Supra Od. XI. 2.

15 *Per Autumnos nocentem Corporibus Austrum*] Autumno quidem morbi semper acutissimi et exitiales, ex Hippocrat. Aphor. III. 9. Hinc Juvenal. Sat. IV. 56. 'letiferum' appellat: et Sat. X. 221. 'Quot Themison ægros Autumno occiderit uno.' In causa sunt inæqualitas caloris et frigoris eodem sæpius die ingruentium. Deinde æstati successio; in qua biliosi humores accumulati dein facile comptrescunt. Adde cutis constipationem a frigore, per quam tetri halitus retinentur intus, et morbos creant. Denique debilitatæ per æstatem vires corporis, fructuumque copia noxiorum humorum colluviem gignens, Autumnum vere *θηριώδη, ferinum*, ab Hippocrate dici fecerunt. Causas afferunt istas quinque Galen. alique, nec non Plutarchi. Sympos. VIII. cap. ult.

16 *Austrum*] Hujus natura cum ca-

lida sit et humida, valet ad procreandas ægri tudines, replendumque caput, indeque ad gravedinem inducendam, sensus torpore inficiendos, viresque dissolvendas et euervandas. Hippocrat. Aphor. III. 5. 'Auster auditum hebetat, caliginem offundit, caput gravat, pigros et languidos facit.'

17 *Visendus ater flumine languido*] Id est: adire tandem ad Inferos oportebit, illicque visere Cocytum, &c. Vide I. Od. 28.

*Flumine languido*] Virgil. ante cit. 'tardam' Stygen vocat.

18 *Cocytos*] Ex ea derivatur nomen a *κωκῶω, lamentor*. Macrob. in Somn. Scip. I. 10. Quicquid homines in luctum lacrymasque compellit, 'Cocytum,' quod in gurgite mergit odiorum, 'Stygem' interpretati sunt, inquit. Sic et ipsas pœnas, quas apud Inferos memorant. Vulturem jecur immortale tudentem intellige, tormenta conscientiæ indefessa sceleris admissi admonitione laniantis, &c. Vide cetera ibidem.

18 *Danaï genus Infame*] Danaus Argis regnavit an. M. 3716. Euseb. Chron. Hujus filiæ quinquaginta suos, una excepta, viros jugulavere,

Infame, damnatusque longi  
 Sisyphus Æolides laboris. 20  
 Linquenda tellus, et domus, et placens  
 Uxor; neque harum, quas colis, arborum  
 Te, præter invisas cupressos,  
 Ulla brevem dominum sequetur.

et Sisyphus Æoli filius æternæ pœnæ addictus. Deserenda terra, et domicilium, et grata conjux. Et harum, quas educas, arborum nulla te comitabitur haud diuturnum possessorem, præter fœvales cupressos. Hæres dignior consumet vina Cæcuba

edd. Bentl. Cuning. Jani, Mitsch. Bipont. Wetzel. et Kidd.—20 Sisyphos Cuning.—23 Duo Vatt. Jannoct. duo Torrent. unus Bersmanni, Dess. 1. Cuning. Jani, et Mitsch. cupressus; omnes Harl. et ceteri codd. cum vulgg. cupressos; var. lect. ap. Jones. invisam cupressum, quod non improbat Jani.—

NOTÆ

patris mandato nefarie obsequentes: quam ob noxam pertusum aquis implere dolium in Inferis coguntur. Vide III. Od. 11. Virgil. Æneid. x. 497. ‘ma sub nocte jugali Cæsa manus juvenum fœde, thalamique cruenti.’ Tibull. i. 3. 79. ‘Et Danaï proles, Veneris quod numina læsit, In cava Lethæas dolia portat aquas.’

19 *Damnatusque longi*, &c.] Ellipsis sup. pœna.

20 *Sisyphus Æolides*] Latrociniis, ut aiunt, infamis a Theseo est occisus: alii dicunt virum fuisse rerum multarum notitia pollentem; et cum immortalitatem sibi parare attentasset, longo isto labore damnatum, ut ad apicem montis portet saxum inde relapsurum. Vide Epod. ult. Ovid. Met. iv. 460. ‘Aut petis, aut urges ruiturum, Sisyphæ, saxum.’ Virgil. Georg. III. 39. ‘non exsuperabile saxum.’ Lucret. III. 1013. ‘nixantem trudere monte Saxum, quod tamen a summo jam vertice rursus Volvitur,’ &c. Vide et Odys. A. ubi Sisyphi labor graphice describitur ac pingitur, ut observari oculis videatur Sisyphus trudens saxum, connitens, totoque sudans corpore.

21 *Linquenda tellus*] Supra Od. III.

‘Cedes coëmtis saltibus, et domo, Villaque,’ &c.

*Et placens Uxor*] Vel decora et pulchra, vel, ‘bene conveniens,’ ut est apud Sueton. Tiber. cap. 7. et hinc viro dilecta et omnino placens.

22 *Quas colis, arborum*] In colendis arboribus luxum atque delicias Romanorum alibi notavi. Vino etiam platanos irrigasse Q. Hortensium, testis Macrobius III. 13. Val. Max. IX. 1. 4. de Cn. Domitio et Luc. Crasso altercantibus: ‘Uter luxuriosior?’ inquit Crassus, ‘Egone qui decem columnas centum millibus nummum emi; an tu qui decem arbusenlarum umbram tricies sestertium summa compensas?’ Idem fere narrat Plin. XVII. 1. Vide seq. Od. Not. initio.

23 *Cupressos*] Funebres quidem arbores, ideoque *invisas* appellat Horatius: Proserpinæ Ditiq;e sacras, ex Servio, Festo, Plinio. Ille XVI. 33. ita scriptum reliquit: ‘Natu morosa, fructu supervacua, baccis torva, folio amara, odore violenta, ac ne umbra quidem gratiosa.’

24 *Brevem dominum sequetur*] Sequetur, foribus tuis ex more apposita, cum vita excesseris.

Absumet hæres Cæcuba dignior  
 Servata centum clavibus; et mero  
 Tinget pavimentum superbo  
 Pontificum potiore cœnis.

*centenis clavibus custodia: superbumque pavimentum asperget vino meliore Pontificum epulis.*

25 *Assummet* Zarot. *Assumet* Land, et Florent. 1482. *longior*, pro *dignior*, h. e. vivacior, emend. Jo. du Hamel, improbante Jani.—27 ‘*Porphy*, haud dubie legit *superbum*, qui aperte cum pavimento jungit: ‘*Superbo* antem pavimento (leg. *superbum* a. pavimento) pro, ipse *superbus*.’ Et sic nonnulli Lamb. et Fabric. mentel. Franeq. Tum ita Lamb. Cruq. Brut. Fabr. Heins. Rutg. Cun. Klotz. Lectt. Ven. p. 262. Quod clamant de homœoteleuto ingrato in *pavimentum*, *superbum*, *pontificum*, id, ut recte vidit Bentl. nihil valet; nam cum litteras *b* et *v* nullo discrimine elocuti sint Romani; unde et in scribendo earum permutatione nil solennius; (vid. vel Cellar. Orthogr. Lat. ed. Harles. t. II. p. 66.) non est dubium, quin pronuntiarint *superbom*: vid. Bentl. Præterea et in legendo post *superbum* mora est, *pontificum* adhæret sequentibus, ex quo multum illa querela perdit. Multi et *superbum* pro adverbio habuerunt; sed indocte plane hoc foret divisum a verbo. *superbûm* (h. *superborum*) vult vir doctus in Obs. Misc. t. II. p. 91. quod recte rejecit Burmann. *superbus* conj. Barth. Advers. xxxvi. 14. Et sic Jones. Turpiter se dat Bentl. favere huic suspicioni putans Porphyriionis scholion supra laudatum. *superbe*, *sapore*, item *superbi pontificis* conjectt. apud. Jon. *superbis* conj. Cun. quod recepit Sanad. et defendit Toup. Epist. Crit. p. 111. Sane hoc præclarum foret, si modo sic scripsisse Horatium necesse esset. Licet enim non dissimuleni, sensui poëtico magis placere epitheton a suo vocabulo divisum, quam sic vicinum, *pavimentum superbum*, tamen hoc ad summum pro levi aliqua negligentia habendum, neque ideo textum mutandum putem. Et quid, si et *cancæ pontificum* sine epitheto magis arrideant? *pavimentum* eo vix carere possit, quin enargiæ aliquid pereat? Denique Cl. Sivry sic medetur; *mero Tinget pavimentum, superbo Pontificum potiore, cœnis*, h. *tinget p. in cœnis mero potiore superbo illo mero pontificum*. Durius ex meo sensu.’ Jani.—28 *Pontificis*, pro pontificiis, conj. Cuning. improbante Jani.

#### NOTÆ

*Brevem*] Paucis annis nsum, et possessorem *ὀλιγοχρόμιον*. Valeant qui ad tumuli vel urnæ angustias redactum interpretantur. Quæ si cui placeat explicandi ratio, lucem huic afferet Juvenal. Sat. x. 168. et quinque sequentibus.

*Dominum*] Te potentem ac divitem Pliu. mox cit. ‘*Cupressus*,’ inquit, ‘*Diti* sacra, et ideo funebri signo ad domos posita;’ adde ‘*nobilium*,’ ex Lucano: ‘*Et non plebeios luctus testata cupressus*.’ Ad rem præterea faciunt, quæ de cupresso scribunt. Præciso capite moritur, et subsecta

non renascitur, sicut ex mortuis nihil speratur. *Servius*. Rogis adhibetur, et cremandis utilis est cadaveribus, ob gravem ustrinæ nidorem: quoniam fœtorem cadaveris, dum uritur, odoris sui jucunditate lenit. Ita Varro. Leges publicas, et sacrorum ritus, ob æternam firmitatem, in tabulis cupressinis describi Plato jubebat. Vide Cæli. Rhodig. xxv. 2.

25 *Absumet hæres Cæcuba dignior*, &c.] Hæres dignior te, quia liberalior, et sciens uti iis, quæ ad usum sunt facta: quibus improbe avari velut sacris parcunt. Quæ vero tu

NOTE

parce nimis servasti vina exquisita, hæc ille absumet, et sine modo fundet.

*Cæcuba*] 1. Od. 20. Vinum optimum profundet, disperdetque.

26 *Mero Tinget pavementum*] Cic. Philipp. II. 'Natabant pavimenta vino.' Porro in deliciis fuisse olim respergi pavementum vino fragrantissimo, auctor est Athen. lib. xv. Alii referunt ad cottabismum; quo veteres inter potandum usi, non sicantes omnino calicem, sed arte quadam vini reliquias in terram elidentes, ut sonus inde redderetur. Ita J. Lips. Antiq. Lect. lib. III. de eo more et joco a Siculis invento, Hesychio teste. Suidas paulo aliter, in *κοτταβίξιν*. Athen. variis locis, maxime vero lib. xv. Jul. Pollux VI. 19. Cæl. Rhodig. VII. 26. &c.

7 *Pavimentum superbo* [*superbum*]

'Marmoreum solum vocat Tibull. III. 3. et Cic. Parad. VI. de pavementis arte et pictura elaboratis, deque lithostrotis ac vermiculatis. Plin. XXXVI. Quidam legunt *superbo*, referuntque ad vocem, *mero*; ut, per hypallagen, significetur hæres superbus vinum pretiosum effundere. Alii *merum superbum* aiunt, quod non amplius clavibus inclusum jam marmoreo libere decurrat pavimento. Sed vix id venisse in mentem Horatio, si dicam, plus credat mihi quisque cordatus injurato, quam juratis illis.

28 *Pontificum potiore cænis*] Meliore, pretiosiore, quam illud quod adhibetur in sumtuosis illis Pontificum cænis; quando novi quidam inangrabantur, et in eorum collegium admittebantur. Varro III. 6. Macrobi. Saturnal. III. 13. Chiliad. Adag. III. 2. 36. Hor. I. Od. 37. 2.

ODE. XV.

Insano privatorum luxu Rempublicam pauperem fieri, et sacra negligi. Gratificatur Augusto morum emendatori.

JAM pauca aratro jugera regiae  
Moles relinquent; undique latius

*Regales deinceps substructiones modicam terram relinquent arandam. Undequa-*

Ode decima sexta Libri tertii in Ed. Sanad. Plurimæ edd. inscribunt, *In sui sæculi luxuriam*; Venett. Locher. et Ascens. *De rusticanis ædificiis et majorum parsimonia*. Adhæret hæc Ode superiori in codd. Blandd. Cruquii, uno Torrentii, et Helmstad.—2 Alt. 2. a m. sec. *relinquunt*.—5 *Evincet ul-*

NOTE

Metrum idem quod I. Od. 9.

1 *Jam pauca*, &c.] Hæc Ode superiori juncta legitur in quibusdam exemplaribus: sed perperam: ut satis ostendit argumentorum diversitas.

*Pauca aratro jugera regiae Moles relinquent*] Occupantibus fere omnia ædificiis sumtuosis, operosis, rege dignis. Cic. pro Milone, 'insanas substructiones,' et postea, 'substruc-

tionum insanas moles' vocat.

2 *Undique latius Extenta visentur*, &c.] In illis ædibus magnifice structis visentur piscinæ, vivaria, stagna, lacu lacu ampliora; qui tamen ingens et spatiosus. Val. Max. IX. 1. C. Sergius Orata, 'ne gulam Neptuni arbitrio subjectam haberet, peculiaris sibi maria excogitavit, æstuariis intercipiendo fluctus, pisciumque

Extenta visentur Lucrino  
Stagna lacu; platanusque cœlebs  
Evincet ulmos: tum violaria, et

5

*que venient spectatum stagna magis spatiosa, quam sit lacus Lucrinus. Platanus*

//////////

*mum* Alt. probante Jani. *' am violaria emend.* With. hic et vs. 9. *violaria Myr-*

NOTÆ

diversos greges separatis molibus includendo: ut nulla tam sæva tempestas incideret, qua non Oratæ mensa varietate ferculorum abundaret. Ædificiis etiam spatiosis et excelsis deserta ad id tempus ora Lucrini lacus pressit,' &c.

3 *Lucrino lacu*] Hic et Baianus appellabatur, inter Puteolos et Baias situs, ac inter Avernum lacum et mare Tyrrhenum: maxime piscosus, et proinde afferens lucrum: hinc nomen. Ita quidem olim: at anno 1538. terræ motus novum excitavit extulitque montem Cinereum dictum: nihilque reliquit e lacu Lucrino præter cœnosam paludem cum arundineto, quod quidem in suo Lexico affirmat Michaël Anton. Baudrandus rerum Geographicarum studiosissimus, testisque oculatus. Strabo lib. v. stadiis octo longum fuisse refert. Sueton. Aug. cap. 16. 'Portum Julium apud Baias, immisso in Lucrinum et Avernum lacum mari, effecit.' Virgil. Georg. II. 161. 'An memorem portus, Lucrinoque addita claustra, Atque indignatum magnis stridoribus æquor?' &c.

4 *Platanusque cœlebs Evinct ulmos*] Arborea ad umbram, delicias, et molliem duntaxat utiles frugiferis arboribus præferentur. Plin. XII. 1. 'Quis non miretur arborem umbræ gratia tantum ex alio petitam orbe? platanus hæc est, per mare Ionium in Diomedis insulam ejusdem tumuli gratia primum invecta; inde in Si-

ciliam transgressa, atque inter primas donata Italiæ... tantumque postea honoris increvit, ut mero infuso enutriantur. Compertum id maxime prodesset radicibus: docuimusque etiam arbores vina potare.' Platani folia latissima, umbram peramœnam, alibi notat. Vide apud Herodot. lib. VII. Xerxem cum ingenti exercitu in Lydiam pergentem platani pulcherrimæ admiratione captum, circa illam stantem, aureo monili donantem, ejus denique curam viro immortalis committentem. Decem erant nempe millia virorum selectorum e Persica militia, qui dicebantur immortales: quoniam uno moriente, statim alter substituebatur, ut completus esset semper ille numerus. Horum meminit Q. Curtius lib. III. Porro platanum auream sibi fundi jussit Xerxes, quæ supra memoratam effingens ejusdem leniret desiderium, et æstuationem mentis ob ejus absentiam. Cœl. Rhodig. XXV. 1. Vide supra Od. XIV. sub finem, Not. ad ea verba: 'quas colis arborum.'

*Platanus cœlebs*] Martial. III. 57. 'viduam' appellat: intellige sterilem, vel non vitibus, ut solet ulmus, maritatam. Vide Plin. XVI. 17. Senec. Epist. v. 6.

5 *Evincet ulmos*] Expellet, quasi dimovebit loco, earumque plantaria occupabit.

*Tum violaria, &c.*] Similiter et flores odoriferi exterminabunt fructuosas arbores, hisque neglectis et ejec-

Myrtus, et omnis copia narium,  
 Spargent olivetis odorem,  
 Fertilibus domino priori:  
 Tum spissa ramis laurea fervidos  
 Excludet ictus. Non ita Romuli

10

quoque sterilis ulmos excludet. Dein violaria, myrteta, et uberes odoratus opes afflabunt suavitatem per loca oleis ante consita, quæ priori possessori fructum dabant. Mox densa laurus ardentis Solis radios ramis arcebit. Non sic erat licitum per leges

//////////

tusque et omnis emend. Glarean. et sic unus Fabr.—6 Var. Lect. ap. Jones. et o. c. naribus.—10 Excludet astus quidam codd. Lambini, Bentleii Zulich. Petrens. Gal. Bodl. et Regin. pro v. l. item Alt. 1. Harl. 3. 5. et Vet. Comb. haud dubie ex interpretamento; vide Nic. Heins. ad Ovid. Met. v. 389.

## NOTE

tis, excolentur. Quidam legunt, *Myrtusque et omnis*, &c. ut metri constet ratio. Alii volunt hic *Myrtus* 4. declin. esse, et num. plural. adeoque ultimam syllabam produci. Plin. XXI. 11. 'In Italia violis succedit rosa: huic intervenit lilium: rosam cyanus excipit, cyanum amaranthus.' De myrto plura annotavi ad I. Od. 38.

6 *Omnis copia narium*] Abundantia florum et odorum, qui sunt odoratus opes velut ac divitiæ, voluptas ac delectatio. Est qui 'dormitasse' hic Horatium cavillettur, nec satis 'intendisse animum.' Quasi vero temere quicquam scribere soleat tantus Poëta. Immo feliciter 'intendebat animum,' forsan 'vivos et roserat unguis,' et in versu faciendo 'sæpe caput' jam 'scaberat,' atque, ut ait etiam Persius, 'pluteum ceciderat,' cum scripsit, *omnis copia narium*: dictio sane tam grandis quam insolens, tam pulchra et dives, quam andax et nova.

7 *Spargent olivetis odorem, Fertilibus domino priori*] Odoriferæ omnis generis plantæ diffundent fragrantiam iis in locis, quæ prius olivis consita uberem domino proventum afferebant.

9 *Tum spissa ramis laurea fervidos*

*Excludet ictus*] Sen quod adversus fulmen ejusque ignitus ictus valere laurus dicatur ex Plinio lib. xv. cap. ultimo, Sueton. Tiber. cap. 69. &c. sive quod arte quadam laurus apud Romanos veluti sylvescebat, ramosque tam alte lateque extendebat, ut spissam et opacam umbram prætexeret, Solisque ardorem arceret, *ictusque fervidos*; qui Lucretio 'verbera Solis' nuncupantur. *Spissam quoque ramis lauream* referunt aliqui ad hortos operis topiarii. De quibus omnibus Plin. citato loco. Laurus nempe aliique frutices gradatim modicis intervallis inflecti annectique, et cancellatum pingi possunt, inquit Cruquius hic.

10 *Non ita Romuli Præscriptum, &c.*] Non ita majores nostri: nec ista grasabatur luxuria temporibus Romuli; qui singulis civibus duo tantum agri jugera distribuit; aut Catonis Censorii, Portiæ familiæ principis, luxuriæ hostis infensissimi: qui Dux, Orator, ac Senator præclarus, frugalitate et continentia longe clarior, quater et quadragies accusatus, toties est absolutus. Plutarch. in ejus Vita. Plin. VII. 27. Valer. Max. III. 7.

Præscriptum et intonsi Catonis  
 Auspiciis, veterumque norma.  
 Privatus illis census erat brevis,  
 Commune magnum: nulla decempedis  
 Metata privatis opacam  
 Porticus excipiebat Arcton;

15

*Romuli et Catonis criniti, vel priscorum instituta. Res familiaris aderat eis exigua, publica autem dives. Nemini privato porticus mensa decem pedum pertica collige-*

//////////

*ignes conj. docti cñj. sdam viri ap. Sanad.—12 Lips. 2. a m. pr. veterumque*

## NOTE

11 *Intonsi*] Nimirum Romani usi tonsoribus, anno ab Urbe condita 454. antea vero intonsi fuere: quod ex Varrone asserit Plin. vii. 59. Vide Gell. iii. 4. Quod si Catonem intelligere Uticensem placet, hic etiam intonsus, quia ex quo civilia bella exarsere, tonderi nunquam voluit: Lucan. ii. 372. 'Ille nec horrifera sancto dimovit ab ore Cæsariem, duroque admisit gaudia vultu; Ut primum tolli feralia viderat arma, Intonsos rigidam in frontem descendere canos Passus erat, miseramque genis increscere barbam.'

13 *Privatus illis census erat brevis*] Exiguæ tunc erant privatorum opes: nec dives esse quisquam satagebat: at universi Reipublicæ decus, gloriam, potentiam augere et amplificare studebant. Vide paupertatem laudatam apud Valer. Maxim. iv. 4. ubi inter exempla non pauca hæc affert: Valerii Poplicolæ, 'cui mortuo lectus funebris et rogus defuit; exequiæ vero pecunia publica ductæ sunt.' Agrippæ Meuenii, 'qui publicæ salutis arbiter ita pecuniæ inops decessit, ut sepulturæ honore caruisset, nisi a populo collatis in capita sextantibus funeratus esset.' Et paulo post idem sic scribit: 'Immo vero quos pericula Reipublicæ Impera-

tores asserebant, angustiae rei familiaris (quid cesso proprium nomen veritati reddere?) bubulcos fieri cogebant.' Et postea: 'Quid Ælia familia, quam locuples! Sexdecim eodem tempore Ælii fuerunt, quibus una domuncula erat eodem loci quo nunc sunt Mariana munimenta: et unus in agro Veiente fundus minus multos cultores desiderans, quam domuius habebat,' &c.

14 *Commune magnum*] Τὸ κοινὸν apud Cic. Sensus est: Magni putabatur publica res, salus, auctoritas: commodo privato Reipublicæ utilitas anteponebatur. Cic. pro Flacco: 'In privatis rebus minimo contenti erant majores nostri: in Imperio et publica dignitate omnia ad gloriam et splendorem revocabant.'

*Nulla decempedis Metata privatis, &c.*] Privatorum nemini porticus erat pluribus metata decempedis, adeoque valde longa, ex arte, et magno proinde sumtu exstructa.

15 *Opacam excipiebat Arcton*] Quæ porticus, Septemtrioni obversa, apta esset ad captandum æstate frigus plurimum, et ad amœnam ambulationem, fervente etiam die. *Arctos* Græcis Ursa, Latinis sidus Boreale, polo Arctico nomen fecit: regionem Septemtrionalem designat, unde frigidæ



Nec fortuitum spernere cespitem  
Leges sinebant, oppida publico  
Sumtu jubentes et Deorum  
Templa novo decorare saxo.

20

*but auram Septemtrionalem plurimam. Neque fas erat contemnere glebam obvencutem: urbes autem communibus impensis, ac nuninum sana lupidibus novis exornare præscriptum erat.*

//////////

*forma.*—15 Helmstad. *opaca.*—18 Dess. 2. *oppida publica.*—19 Cuning. *ac Deorum.*

## NOTE

et salubriores spirant auræ. *Porticus* definiri potest ambulacrum columnis septum, Gall. *une Gallerie*. Aliæ centenariæ, aliæ milliariæ dicebantur a longitudine et numero passuum, quos continebant. Sueton. Vitruv. v. 9. et 11. Alex. ab Alex. 111. 22. et 23. ubi et multiplex porticus recensetur: præ ceteris autem Porticus Claudia, in qua subdiales ambulationes, miro ingenio elaborata: item Porticus Augusti, in palatio, cum bibliotheca Græca Latinaque, Numidico marmore per symmetriam exstructa, &c. Vide et Cæl. Rhodig. xxviii. 39. Juvenal. Sat. vii. 182. 'Parte alia longis Numidarum fulta columnis Surgat, et algentem rapiat cœnatio Solem.'

17 *Nec fortuitum spernere cespitem Leges sinebant, &c.*] Legum pœnis erat obnoxius, quisquis operosas ædes sibi molitus esset e saxo quadrato; quæ quidem structura templorum erat. At privatis vel crudo cespitio solo, aut ductis lateribus ædificare tantum licebat. Turneb. x. 21. Itaque nemo spernebat casam hæreditate sibi obvencutem, agellum, prædiolum. Neminem pigebat habitare domunculas, 'Pauperis et tugurii congestum cespite culmen.' Virgil. Eclog. i. 69. Vel, passim, et sine discrimine cibum aut quietem captabant majores nostri ubicumque fors tulerat. Ovid. Fast. i. 205. 'Nec pudor in stipula placidam cepisse quie-

tem, Nec fœnum capiti supposuisse fuit.' Tibull. ii. 5. 99. 'festas exstruet alte Cespitibus mensas, cespitibusque torum.' Huc facit quod de Tiberio Sueton. ait, cap. 18. 'Trans Rhenum vero eum vitæ ordinem tenuit, ut sedens in cespite nudo cibum caperet; sæpe etiam sine tentorio pernoctaret.'

*Fortuitum*] Hujus vocis penultimam corripit Juvenalis Sat. xiii. 225. hic vero productam vides, a 'fortuna' et 'ire.' Servius in Æneid. vi. 179.

18 *Oppida publico Sumtu jubentes et Deorum Templa, &c.*] Hinc Ædiles, seu publicarum ædium totiusque urbis curatores. Hoc et ad Augusti laudem scripsisse Horatius creditur. Sueton. Octav. cap. 30. 'Spatium urbis in regiones vicosque divisit, instituitque ut illas annui magistratus sortito tuerentur . . . Ædes sacras vetustate collapsas aut incendio absumptas refecit, easque et ceteras opulentissimis donis exornavit,' &c.

20 *Novo saxo*] Vel secto, quadrato, et polito; vel e longinquis terris Romanam advecto; quale est marmor ex Armenia, Paro, Chio; ex Ægypto, Numidia, &c. Juvenal. Sat. xiv. 86. et seq. 'Ædificator erat Centronius . . . Alta parabat Culmina villarum Græcis longeque petitis Marmoribus,' &c.



## ODE XVI.

AD GROSPHUM.

Magnas opes et civilia negotia ab imperitis appeti solere; se autem exiguo rure doctoque otio beatum sentit. In hac Ode Pompeium Grosphum Siciliensem alloquitur; de quo vide 1. Epist. 12. (Optant quidem omnes, nauta, Thrax, Medus, otium, h. e. vacuitatem a curis et molestiis, sed hanc non dant divitiæ, non honores, non palatia magnifica, sola vero mediocritas affert, si quis liber ab avaritia paucis contentus vivit. Nec est quod, cum vita sit brevis, multa appetamus et habendi gratia remotissimas adeamus terras. Nam ita curæ etiam extra patriam sequuntur. Contra animus bonis præsentibus contentus non curat futura, et res molestas fert æquo animo. Nam summa felicitas in humanam conditionem non cadit; id quod patet exemplis Achillis et Tithoni; atque forsitan mihi ipsi aliquid læti continget, quod tibi deerit: tibi qui ditissimus es; mihi, qui pauper sum, facultate Græcos imitandi in Carminibus levioribus præditus et animo humilem obtrectatorum multitudinem spernendi. Zeun.)

OTIUM DIVOS rogat in patienti  
Prensus Ægæo, simul atra nubes

*O Grospho, quietem a numinibus petit quilibet in aperto mari Ægæo deprehensus,*

Ode quarta Libri quinti in Ed. Sanad. Inscríbitor in Ascens. Locher. et Venet. 1492. *Ad Grosphum de otio.*—1 Mentel. et Harl. 4. *dives pro Divos.* Vet. cod. Barth. et Argent. *impatenti*; Lips. 1. 2. et multi alii ap. Jani, *impatenti* conjuncte, unde forsán illa Barthiana lectio orta; *impatenti* Zarot. ex his erroribus emendarunt et ediderunt Sanad. et Jones. *impotenti*, probatque Gesner. Laudant. 111. Od. 30. 3. Epod. xvi. 32. et Catull. iv. 18.—2 *Pressus*, i. e. oppressus tempestate, quidam Lambini, Div. Cruq. Exc. Sax.

## NOTÆ

Metrum idem quod supra 1. Od. 2. *Ad Grosphum*] Hunc Pompeium Grosphum nobilem et Magistratibus perfunctum innuit, quod in fine hujus Odes purpura vestiri scribit. Siciliensem aiunt nonnulli, eo quod ibidem Horatius Siculis gregibus et armentis opulentum notat. Virum autem frugi celebrat 1. Epist. xii. 22. ‘Utere Pompeio Grospho; et si quid petet, ultro Defer: nil Grosphus nisi verum orabit et æquum.’

1 *Otium Divos rogat*, &c.] Otium poscunt omnes, et tamen omnes avaritiam et ambitionem colunt, per quas

assiduis laboribus et periculis exercentur, atque otio frui prohibentur. Sic impiger ad Indos, quæstus causa, currens mercator, cum se jactatum tempestatibus, et mortis discrimini proximum sentit, tum mare et navigationem detestatur, otiumque rogat a Castore et Polluce; at ultra pergit tamen, urgente avaritia, cum primum periculum præterit. 1. Od. 1. 15. ‘Luctantem Icaris fluctibus Africum Mercator metuens, otium et oppidi Laudat rura sui.’

2 *Ægæo*] Quod mare altum et scopulosum, et multis adeo naufragiis

Condidit Lunam, neque certa fulgent

Sidera nautis ;

Otium bello furiosa Thrace,

5

Otium Medi pharetra decori,

Grosphæ, non gemmis neque purpura ve-  
nale nec auro.

Non enim gazæ neque consularis

*statim atque nigra nubila texerunt Lunam, neque apparent nautis asira non dubia. Quietem Thracia bello efferata, Parthi insignes pharetra quietem poscunt nec lapillis nec purpura nec auro venalem: enimvero divitiæ vel Consulis apparitor haud pellunt*



Harl. 2. et Zarot. et placet Gesnero. *simul atque nubes codex vetustissimus Barthii; sed vide Claud. 11. Eutrop. 9. et Hor. 1. Epist. 10. 8.—3 Exc. Sax. Condidit lumen; etiam hoc magis placet Gesnero.—5 Otium bellis Lips. 3.—8 Lambini codd. quidam, Pulmanni omnes, Mentel. unus Bersmanni, tres Lips. Altt. 1. 2. Dess. 1. 2. Helmstad. Venett. Ascens. Locher. Heins. Cuning. Jani, Mitsch. et Bipout. neque auro; Harl. omnes et edd. vulg. nec*

NOTÆ

infestum. Unde proverb. τὸ Αἰγαῖον πλεῖν. Ab Æga insula, vel ab Ægis Eubœæ insulæ oppido, ut Straboni placet, Ægæum mare dictum est. Alii alia fabulantur. Situm est Græciam inter et Asiam, plures habet insulas quasi passim disseminatas; hodie *Archipelagus* nominatur.

3 *Neque certa fulgent Sidera*] Cum atris nubibus obducta cœli facies, non ostendit ea sidera certa semper regione apparentia, quibus dirigi navigantes solent, et tutus esse cursus ac non dubius. Æneid. 1. 92. ‘Eripiunt subito nubes cœlumque diemque Teucrorum ex oculis. Ponto nox incubat atra.’ Lucan. ‘miseros fallentia nautas Sidera non sequimur.’

5 *Otium bello furiosa Thrace*] In mediis belli periculis et ænunnis fatigatæ gentes, etiam maxime bellicosæ, otium desiderant: vix tamen postea bello abstinent, præda alliciente.

*Furiosa Thrace*] An quod atris infuscati sagulis (qui Furiarum color est) ad bellum procedunt Thraces? An quod terribili specie? Sic apud

Plutarch. in Vita Pauli Æmilii: ‘Pugnantium Thracum aspectu Nasica maxime exhorruit. Erant nempe in acie primi, homines proceris corporibus, albis ac lucentibus scutis, crebris armati, tuicas induti nigras; graves enses et rectos a dextris humeris quatientes.’

6 *Medi pharetra decori*] Parthos indicat Medorum victores: de quibus 1. Od. 12. et 19. arcibus armatos in Xerxis exercitu, testis Herodot. lib. VII. Sagittas ab inguine jaculari seu torquere solitos, annotavi ad Pers. Sat. v. 4. ex Casaubono.

7 *Non gemmis neque purpura, &c.*] Non emitur aut venditur ullo pretio liberalis illa animi pax et tranquillitas, immo generosa virtus, quam movere aut concutere nihil potest. Eam vero sibi parat quisquis affectus atque appetitus cogit rationi morem gerere et obtemperare.

9 *Non enim gazæ, &c.*] Nec divitiæ nec dignitates conferunt immunitatem a curis et solitudinibus.

*Consularis lictor*] Minister publicus

Summovet lictor miseros tumultus  
 Mentis, et curas laqueata circum  
                   Tecta volantes.  
 Vivitur parvo bene, cui paternum  
 Splendet in mensa tenui salinum;

10

*graves animi turbas ac sollicitudines circa palatia laquearibus ornata volitantes. Ei felix est e modico vita, cui majorum salinum rutilat in frugali mensa: neque trau-*



*auro*; et ita Cruq. Torrent. Bentl. Wetzel. Wakef. et Kidd.—10 ‘*Tumultus* majusculo *T* edidit Sivr. non bene, opinor; rectius mox *Curas*, præeuntibus Cuning. et Sanad.’ *Jani*. *Curas* etiam Mitsch. Bipont. et Wetzel.—13 Punctum post *bene* ponit Rutgers. et seqq. usque ad *aufert* jungit, ante *Nec* supplens *ei*. Fuit et, qui pro *cui* conjiceret *cum*. ‘Non opus est talibus.’ *Jani*.

## NOTÆ

ante Consulem aliosque magistratus tum honoris causa tum summovendæ turbæ gratia præcedens, Imperiique insignia fasces et securas præferens. Liv. III. 48. ‘I, lictor, summove turbam.’

10 *Miseros tumultus Mentis*] Animi perturbaciones, metum, iram, cupiditatem, quibus miser homo efficitur, quando se illis huc illuc distrahi patitur, et discrucari. Tumultus, quasi timor multus.

11 *Curas laqueata circum Tecta volantes*] Palatia divitum curis obsidentur: et quo majores adsunt opes, eo plures et gravioris comitantur atque urgent curæ, quasi cor urentes, dictæ. Tacit. ‘Invidia summa quæque appeti.’ Juvenal. Sat. XIV. 303. ‘Tantis parta malis cura majore metuque servantur. Misera est magni custodia census.’ Cic. II. de Legib. ‘Magnificas villas, pavimenta marmorea, et laqueata tecta contemno.’

12 *Volantes*] *Φροντίδες πτερὰ ἔχουσαι*, *alus habentes curæ*. Theognis.

13 *Vivitur parvo bene, cui, &c.*] Contra vero lætam ducit ille vitam, qui, parvo contentus, modicam supellectilem et mensam satis habet, gaudet-

que sua conditione mediocri. Unde pacatum capit somnum, quem non interruptit vel habendi cupiditas, vel timor perendi.

*Paternum Splendet in mensa tenui salinum*] Egre locum hunc illustrat Turneb. x. 22. Insulsus, inquit, videatur sensus, nisi intelligas salis olim quandam in mensa religionem fuisse, unde *ἱεροῦς ἄλας* Græci dicunt: et appositus sal mensam consecrare videbatur. Arnob. lib. II. ‘Sacras facitis mensas salinorum appositu, et simulacris Deorum.’ Sed tamen potissimum tenuem et parcum pauperemque victum Horatius significat hominum pro obsonio salem lingenium, quod pauperes olim faciebant, ut apud Pers. Sat. v. ‘Varo, regustatum digito terebrare salinum Contentus perages?’ Huc usque Turnebus. Salinum vero præcipue memorat Horatius; tum quia primo loco solet apponi: tum præsertim quod veteres poculo et salino a majoribus accepto libenter utebantur. Et quibus nullum erat argenteum vas, salinum tamen ex argento habebant. Ex quibus intelliguntur hæ voces, *splendet et paternum*.

Nec leves somnos timor aut cupido 15  
 Sordidus aufert.  
 Quid brevi fortes jaculamur ævo  
 Multa? quid terras alio calentes  
 Sole mutamus? patriæ quis exul  
 Se quoque fugit? 20  
 Scandit æratas vitiosa naves

*quillum soporem metus adimit, vel turpis cupiditas. Exiguo tempore valentes cur plura intendimus? Cur petimus regiones diverso calefactus Sole? Ecquis extorris a patria, procul est etiam a seipso? Naves ære munitas ingreditur prava sollicitudo,*

—15 *Cupido* majore C Ascens. Rutgers. et Heins. *Timor aut Cupido* Mitsch. *Somnos Timor aut Cupido* Wetzel.—17 *Quid brevi sontes* Mentel. cum Reg. Soc. Bodl. et Colbert. Bentleyi. arcu pro ævo mallet acumen Barthii, Advers. xxxvi. 14.—18 *Pro terras*, Cuning. emend. *terris*, et recepit Sanad. improbante Jani, qui vulgatam defendit.—19 *Sole mutamus patria*? edidit Wakef. cum hac Nota: ‘Lectio vulgata defendi nequit: contra stat, ni fallimur, Lingnæ Latinæ ratio et proprietas. Hanc emend. protulimus ad Virg. Geo. II. 511. nescii virum quendam eruditum, ap. Bentl. nobis prævenisse.’ ‘Sed perit sic gratia antitheti in seqq.’ Jani.—21 Bodl. Bentleyi, et codd. et edd.

NOTE

15 *Leves somnos*] Dulces, molles, placidos, et tranquillos; vel solvi faciles.

*Cupido Sordidus*] Amor pecuniæ sordidus, turpis avaritia. ‘Sæva cupido Indomiti census.’ Juvenal. Sat. xiv. 175.

17 *Quid brevi fortes jaculamur ævo Multa*] Cum sciamus paucis nos annis esse victuros, cur tam multa et magna prosequimur et captamus? I. Od. 4. ‘Vitæ summa brevis spem nos vetat inchoare longam.’ Et Od. xi. ‘Spatio brevi Spem longam reseces.’

18 *Quid terras alio calentes Sole mutamus*] Cur, patria relicta, pergitur in alia plane climata, remotasque valde regiones, alio veluti Sole calentes? Virg. Georg. II. 511. ‘Exilioque domos et dulcia limina mutant, Atque alio patriam quærunt sub Sole jacentem.’ Contra Juvenalis, Sat. xii. 103. ‘nostro sub sidere.’

19 *Patriæ quis exul Se quoque fugit*] Translata sententia e Græco:

*Τίς πατρίδος φύγας ὄν, καὶ ἑαυτὸν ἔφυγε; Quis paternum deserens solum pravam simul indolem pravosque affectus relinquit? immo se quisque secum defert, id est, animum suum, seu probum sen improbum. Senec. de Tranquill. Vit. ‘Hoc se quisque modo semper fugit. Sed quid prodest, si non effugit? Sequitur seipsum, et urget gravissimus comes.’ Sic mercator avarus, quolibet peregrinatus fuerit, avaritiam circumfert. Horat. I. Epist. 11. 27. ‘Cælum, non animum, mutant qui trans mare currunt.’ Epist. xiv. 13. ‘In culpa est animus, qui se non effugit unquam.’ Lucret. lib. III. sub finem: ‘Hoc se quisque modo fugit. At quod scilicet, ut fit, Effugere haud potis est, invitus adhæret et angit.’ Varro et Petronius: ‘Longe fugit, qui suos (id est, se) fugit.’*

21 *Scandit æratas, &c.*] Seu navim seu equum conscendas, ut effugias curam, hæc te facile consequetur, utpote cervis perniciosior et ventis.

Cura; nec turmas equitum relinquit,

Ocyor cervis, et agente nimbos

Ocyor Euro.

Lætus in præsens animus, quod ultra est, 25

Oderit curare, et amara lento

Temperet risu. Nihil est ab omni

Parte beatum.

Abstulit clarum cita mors Achillem;

Longa Tithonum minuit senectus; 30

*nec deserit equitum cohortes, velocior cervis, et Euro nubes discutiente rapidior. Mens præsentibus contenta cavcat inquirere quicquam ulterius: molesta vero quædam lætitia moderetur. Non est aliquid omni ratione perfectum. Achillem gloriosum sustulit mors repentina; Tithonum ueilitavit senecta prolixior; mihique*

//////////

ap. Cuning. *puppæ pro naves*; unde Cuning. emend. *proras*.—22 Lips. 3. *relinquet*.—23 *Ocyor nimbis* mallet Sanad. 'Esset id Ovidianum acumen, non Horatianum.' *Juni*.—25 *Lentus in præsens* unus Bersmanni. *animi . . . Oderis . . . Temperes* conj. Bentl.—26 'Omnes lento, præter unum alterumve, codd. et vet. editt. *læto* quidam Lamb. (facile enim permutantur 'lætus' et 'lentus' a librariis; vid. Heins. ad Ovid. Heroid. Epist. XIX. 81.) Primus Muretus edidit. 'Tempore Lambini erat vulgata lectio. Deinceps ita Fab. Steph. Rutg. Dacer. Jones. et Baxt. Sed quis ferre possit *lætus in præsentibus . . . læto risu*? Tum recte Gesn. 'læto risu amara temperare nemo sanus potest.' *leni* conj. Bentl. et recep. Sanad. Ferre non possunt viri doctissimi 'lentum risum,' quo tamen nil aptius et pulchrius. Aiunt, necessarium esse *leni* ob tropum in *amara* et *temperet*. Sed hoc subtilius est. Non opus, servari Allegoriam, ubi significatio metaphorica vocum ita vulgaris ac trita est. vid. ad 1. Od. 35. 28.' *Juni*. *amarulenta* conj. viri cujusdam docti ap. Jones.—27 *Temperat* Venet. 1492. et Locher. Vide supra ad vs. 25.—29 *Achillen* Cuning. et Sanad.—31 *Et mihi fors et tibi* Franeq. unde vir

#### NOTÆ

Horat. III. Od. 1. 'Sed Timor et Minæ Scandunt eodem quo dominus: neque Decedit ærata triremi, et Post equitem sedet atra Cura.'

23 *Ocyor cervis*] Cervorum pernicitas cuius nota.

24 *Euro*] Ab ortu flat iste ventus. Ovid. Met. I. 61. 'Eurus ad anroram Nabathæaque regna recessit, Persidaque, et radiis juga subdita matutinis.'

25 *Lætus in præsens animus, &c.*] In diem vive: 'Dona præsentis cape lætus horæ.' III. Od. 8. utere præsentis fortuna: quod ultra præsens tempus est, ne cura, ne futuro te

distorque.

26 *Amara lento Temperet risu*] Si quid ingruit adversi et amari, id animo læto perfer. Nam 'levius fit patientia Quicquid corrigere est nefas.' I. Od. 24.

*Lento risu*] Moderata lætitia. Alii legunt *læto*.

27 *Nihil est ab omni Parte beatum*] Cic. I. de Invent. 'Nihil omni ex parte perfectum atque beatum.' Oὐδὲς πάντ' ἐστὶ πανόλβιος, *Nemo per omnia omnino felix et beatus.*

29 *Abstulit clarum cita mors Achillem*] Quod mox protulit, exemplis comprobatur Poëta. Fuit illustris A-

Et mihi forsā, tibi quod negarit,

Porriget Hora.

Te greges centum Siculæque circum

Mugiant vaccæ; tibi tollit hinnitum

Apta quadrigis equa; te bis Afro

Murice tinctæ

35

*forsitan indulgebis tempus id quod tibi non concesserit. Greges numerosi et boves e Sicilia circa te mugitum edunt, hinnunt tibi equi trahendis curribus idonei. Te operiunt panni e lana semel atque iterum Africano murice imbuta. Mihi Parca*



quidam doctus ap. Cuning. conj. *Et mihi forsit: tibi quod negavit, &c. negavit etiam var. lect. ap. Jones.—33 Nonnulli codd. et edd. ap. Jani, circummugiant.—34 Alt. 1. hantum, cum Schol. ‘hinutum Syncope.’—39 Cuning. et Sa-*

NOTÆ

chilles, at paucis annis inclaruit; et cita mors finem gloriæ subitum imposuit. E contrario Tithonus diu vixit quidem, sed incommoda senii persensit adeo, ut vitæ pertæsus fuerit, optaritque in cicadam mutari, quod et a Diis obtinuit. Vide 1. Od. 28. De Achille vero eodem 1. Od. 6. G. Od. 8. sub finem: Od. 15. ad finem. 11. Od. 4. 3. 1v. Od. 6. Epod. XIII.

31 *Et mihi forsā, tibi quod negarit, Porriget Hora*] Parvo mihi fortasse vitam dabit longiorem, tibi vero diviti negabit.

32 *Hora*] Vel, tempus; sic Pers. Sat. v. 114. ‘fugit hora.’ Vel horoscopus. Idem Pers. v. 48. ‘seu nata fidelibus hora Dividit in geminos concordia fata duorum.’

33 *Te greges, &c.*] Tu te beatum existimas gregibus et armentis abundans, et optima purpura vestitus. At ego mihi videor æque ac tu fortunatus, tenuibus prædiis victitans et contentus, poetica gandens facultate, et vulgi spernens rumores. Divites Homero πολύρρηες, καὶ πολυβάται. *agnis et bobus affluentes*; Hesiodo πολύμηλοι, ovibus abundantes, nuncupantur.

*Siculæque vaccæ*] Opimis e Siciliæ pascuis valde pingues.

*Delph. et Var. Clus.*

34 *Tibi tollit hinnitum, &c.*] Equorum etiam greges tibi adsunt hinnitu generositatem exhibentium. Æneid. 111. 672. ‘clamorem immensum tollit.’ Cic. ad Q. Fratrem, 1. 2. ‘Clamorem satis magnum sustulerunt.’

35 *Apta quadrigis equa*] Cornibus et Circensibus ineundis certaminibus hoc aptior, quo velocior. In illis bigæ, trigæ, quadrigæ: sive currus duobus, tribus, quatuor equis tracti. Vide 1. Od. 1. Not. ad hæc verba: ‘Sunt quos curriculo,’ &c. Alex. ab Alex. v. 8. &c.

*Te bis Afro Murice tinctæ Vestiant lanæ*] Pretiosæ nobilesque te operiunt et decorant vestes ex optima purpura, seu e panno sanguine muricis piscis semel atque iterum imbuto: sic enim purpureus color efficitur exquisitus, præsertim cum murex est e mari Africano, vel Tyrio. Testis Plinius 1x. 36. ubi ‘murices et purpuræ,’ inquit, ‘florem illum tingendis expetitum vestibus in mediis habent faucibus. Liqueor is nimirum est in candida vena, unde pretiosus ille bibitur nigricantis rosæ color sublucens. . . . Præcipuus hic in Meninge Africæ, et Gætulo littore Oceani. . . . Huic fascies et secures Romanæ viam faciunt:

*Horat.*

Y

Vestiunt lanæ : mihi parva rura et  
 Spiritum Graiæ tenuem Camœnæ  
 Parca non mendax dedit, et malignum  
 Spernere vulgus.

40

*verax largita est agellum, et aliquantulum Græcæ Musæ facultatem, nec non contemnere improbum vulgus.*

nad. ac malignum.

## NOTÆ

idemque pro majestate pueritiæ est. Distinguit ab Equite Curiam : in triumphali miscetur auro, &c.

*Bis tinctæ*] Dibapham purpuram vocant. Plin. ix. 39. 'Huic successit dibapha Tyria, quæ in libras denariis mille non poterat emi . . . dibapha tunc dicebatur, quæ bis tincta esset, veluti magnifico impendio. Qualiter nunc omnes pæne commodiores purpuræ tinguntur.' Cicero Epist. ii. 16. 'Curius noster dibaphum cogitat; sed eum infector moratur.'

35 *Spiritum Graiæ tenuem Camœnæ*] Lyricæ poëseos ab Alcæo aliisque Poëtis Græcis desuntæ facultatem, qua 'Sublimi feriam sidera vertice,' tribuit mihi.

*Camœnæ*] Quasi Canenæ a canendo dictæ, teste Macrob. in Somn. Scip. ii. 3. Vide iv. Od. 6. 'Spiritum Phæbus mihi, Phæbus artem Carminis, nomenque dedit Poëtæ.'

39 *Parca non mendax*] Pers. Sat. v. 48. 'Parca tenax veri.' Immutabile fatum. Hujus intelligentia loci pendet e veteri ritu. Ultima scilicet hebdomadis die, qua quis in lucem editus erat, fata vocabantur quæ scriberentur: quod eo die viderentur Parcæ in totam statuere vitam, qua fortuna futurus quis esset. Tertullianus: 'Dum per totam hebdomadam Junoni mensa proponitur, dum ultima die fata scribenda advocantur.' Hæc Turneb. x. 22. Credebant veteres nascenti cuilibet adnasci genium: deinde vero septimo a quo natus erat die, Parcas statuere, qua ille per totam vitam fortuna usus esset.

*Et malignum Spernere vulgus*] Populi malignitatem, invidiam, opinionem, favorem etiam et applausum. Quæ qui non spernit, is nunquam beate vixerit.

## ODE XVII.

## AD MÆCENATEM.

Mæcenatem velut assidens alloquitur querentem de periculo suo, et præsentis statu optantem mortem. *Vet. Schol.* Puto eum recidiva podagra laborasse.

CUR me querelis exanimas tuis?

*Quare mihi vitam aufers per querimonias tuas? Neque numinibus placet, neque*

Ode decima octava Libri quarti in Ed. Sanad.—1 Cuning. *Quid me quere-*



Nec Dis amicum est, nec mihi, te prius  
 Obire, Mæcenas, mearum  
 Grande decus columenque rerum.  
 Ah! te meæ si partem animæ rapit 5  
 Maturior vis, quid moror altera,  
 Nec carus æque, nec superstes  
 Integer? Ille dies utramque  
 Ducet ruinam: non ego perfidum

*mihî, ut prior moriaris, o Mæcenas, insigne ornamentum ac tutela rerum mearum. Ah si promptior mors auferat te, dimidium vitæ meæ, quorsum ego restabo, dimidium alterum, haud pariter dilectus, neque remanens totus? Dies iste feret ambobus ex-*

*lis.—2 Idem: Nec Diis amicum, nec mihi; unus Bersmanni, nec tibi.—6 Antiqua nec spernenda lectio, alteram, quæ jam Porphyrii ante oculos fuit. Nam ille: ‘partem, quæ apud me est, non retinebo.’ Sic et Lips. 4. Dess. 2. Cun. San. et Wakef. Probat etiam Burm. ad Virg. Æn. II. 647. et ad Val. Flacc. VI. 733. ‘Sed tamen vulgata exquisitor.’ Jani.—8 Unus Bersmanni, Dess. 2. et Cuning.—9 Harl. 1. nec ego perfidum.—13 Nec me Chimæ-*

NOTE

Metrum est idem quod I. Od. 9.

1 *Cur me querelis, &c.*] Vix e perti-  
 naci morbo convalescentem inviserat  
 Mæcenatem Horatius, atque seu af-  
 fectæ valetudinis tædio, sen integræ  
 salutis desperatione, graviore in que-  
 relas erumpentem, ærumnosæ etiam  
 isti vitæ mortem præoptantem audi-  
 erat. Quo ipse dolore percussus O-  
 den hanc ei scribit.

*Exanimas*] Mærore conficis ac per-  
 imis. Cic. pro Milone: ‘Me qui-  
 dem exanimant et interimunt hæ vo-  
 ces Milonis.’ Æneid. IV. 360. ‘De-  
 sine meque tuis incendere teque que-  
 relis.’

2 *Dis amicum*] Dictio Græca, θεοῖς  
 φίλον. Epod. I. ad eundem Mæcena-  
 tem: ‘Quid nos, quibus te vita si su-  
 perstite Jucunda; si contra, gravis?’

4 *Grande decus columenque*] Vide I.  
 Od. 1.

5 *Partem animæ*] I. Od. 3. ‘animæ  
 dimidium meæ.’ Pythagoras aiebat  
 amicum esse animam unam duobus in  
 corporibus.

6 *Maturior vis*] Celerior quam fe-  
 rat Naturæ lex.

7 *Nec carus æque*] Vel Populo Ro-  
 mano non perinde carus, ut Mæce-  
 nas: vel ipse sibi molestus ablato  
 amico.

*Nec superstes Integer*] S. Aug. Conf.  
 IV. 6. ‘Sensi ego,’ inquit, ‘animam  
 meam et animam illius (amici) unam  
 fuisse . . . ideoque eo morte snblato,  
 mihi horrore vita erat; quia nolebam  
 dimidius vivere,’ &c. S. Gregorius  
 Naz. suam cum D. Basilio animi con-  
 junctionem et amicitiam συμψυχίαν  
 vocat, eandem animam.

8 *Ille dies utramque Ducet ruinam*] Qui te dies e vivis auferet, is et me videbit morientem. Hoc fere ita contigit: nam obiit Mæcenas ann. U. C. 746. Horatius vero anno præcedenti, qui Imperii Augusti 34. erat. Dio Euseb. Chron.

9 *Non ego perfidum Dixi sacramentum*] Non temere, aut fallaciter, sed ex animo et sincere spondeo fore me tibi vitæ mortisque comitem, atque

Dixi sacramentum : ibimus, ibimus,  
 Utcumque præcedes, supremum  
 Carpere iter comites parati.  
 Me nec Chimærae spiritus igneæ,  
 Nec, si resurgat centimanus Gyges,

10

*itium. Haud falsum juravi. Pergemus una; quoquo modo anteibis, pergemus ultimam inire viam expediti socii. Neque me separabit unquam a te Chimæra flammas spirans, neque redivivus Gyas centum manus habens. Ita decretum The-*

*ræ* Lips. 1.—14 *Gygas* Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. ‘*gigas* jam legisse videntur Acr. et Comment. Cruq. explicantes : ‘*Briareus.*’ Et sic (vel *Gygas*) summo consensu omnes Cruquii, Pulm. Torrent. et Bentl. tres Bersm. Lipss. Dess. Helmst. Fran. Venett. Locher. Asc. Cruq. Torr. Rutg. &c. Sed recte viderunt viri docti, h. l. nomen proprium potius possuisse putandum Horatium. *Gyges* quidam Lamb. (et ejus edit. prima) Altt. Priscian. lib. vi. p. 718. (quanquam et ibi quidam Mss. *gigas*) Venet. 1590. Basill. Fabr. Bentl. Baxt. Gesn. et Sivr. Sic enim vocant *Γύγνη* Hesiod. *Θ.* 149. 618. 714. 734. Schol. Apollon. et *Æschyl.* Palæphatus, Auctor Etymologici in *Τριτοπάροπος*, alii; *Gygen* Ovid. *Am.* ii. 1. 12. *Fast.* iv. 593. *Trist.* iv. 7. 18. (quibus tamen locis nonnulli etiam exhibent *Gias*, *Gygas*) Senec. *Herc. Cæt.* 167. (ubi cod. Flor. *Gygas*) Hygin. præfat. Sed *Gyas* posterior lectio Lamb. Sic in antt. libb. reperisse se ait Muret. qui et in ll. Hesiod. quosdam Mss. *Γύγνη* testatur habere; cujus autem utriusque rei penes ipsum solum fides. Vid. ejus varr. lectt. vi. 12. Apollod. *Bibl. pr.* *Γύγνη* appellat; unde esset *Gyes*, ut Scaliger vult, vel ex Dorica ratione *Gyas*. Ediderunt et *Gyas* Landin. Steph. Heins. Fab. Cun. Dacer. San. et Jones. Sed recte Heins. ad Ovid. *Am.* ii. 1. 12. Apollodorum potius ex ceteris pluribus, quam hos ex illo uno emendari oportere judicat, et Græcorum igitur auctoritate dicendum *Gygen*. vid. et Bentl.

## NOTE

deveo. Itaque Horatius ostendit esse se ex eorum numero, qui Principibus devoti appellabantur. Cæsar de *Bell. Gall.* iii. 23. ‘Alia ex parte oppidi Adcantuanus, qui summam Imperii tenebat, eruptionem facere conatus est cum sexcentis devotis, quos illi Soldurios appellant; quorum hæc est conditio, ut omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum se amicitia dederint; si quid eis per vim accidat, aut eundem casum una ferant, aut sibi mortem consciscant. Neque adhuc hominum memoria repertus est quisquam, qui eo interfecto, cujus se amicitia devovisset, mori recusaret.’ Dio lib. lxxx. morem istum fluxisse ab Hispanis ait, favetque Sallustius: ‘Hispani

se regibus devovent, et post eos vitam refutant.’ Et Val. Max. ii. 6. ‘Celtiberi nefas esse ducebant prælio superesse, cum is occidisset, pro cuius salute spiritum devoverant.’

11 *Supremum Carpere iter*] Discesum e vita hac ad inferas regiones mortisque Imperium.

13 *Me nec Chimæra, &c.*] Non divellar ego a te ulla re quantumvis terribili. De Chimæra i. Od. 27. *πῦρ πνέουσα*, ignem spirans, dicitur Pindaro.

14 *Nec, si resurgat, &c.*] *Epod.* 1. ‘Et te vel per Alpium juga, Inhospitalem et Caucasum, Vel Occidentis usque ad ultimum sinum, Forti sequemur pectore.’

*Centimanus Gyges* [*Gyas*] Is unus e

Divellet unquam: sic potenti

15

Justitiæ placitumque Parcís.

Seu Libra, seu me Scorpius aspíct

Formidosus, pars violentior

*midi prævalenti et fatís. Sive Libra, sive Scorpius timendus mihi dominatur, pars*

//////////

Neque nos perturbare debet, quod *Gyges* alias priorem syllabam longam habet. Nam ut *Thalia* Musa mediam producit, *Thalia* Gratia corripit, ita potuit *Gyges*, ubi nomen gigantis est, priorem brevem habere, alias longam. Lectio *Gygas* mihi ex Dorica Dialecto orta videtur. *Jani*. Vet. Comb. *Gigas*; Bond. Schrevel. et Delph. *Gyas*; Mitsch. Bipont. Wetzel. Wakef. et Kidd. *Gyges*.—17 *Scorpius* Bentl. Cuning. et Kidd.—19 *Letatis horæ* duo

## NOTÆ

natis Cælo Terraque, de quibus *Apolodorus*. Legunt alii, *Gyges*; alii, *Gigas*. In scirpo est nodum quærere. De nomine controversia est. Designatur certe Gigantum aliquis, qualis *Briarens*, de quo *Virgil. Æneid. x. 566*. ‘Centum cui brachia dicunt, Centenasque manus, quinquaginta oribus ignem Pectoribusque arsisse.’

15 *Sic potenti Justitiæ placitumque Parcís*] Has cum illa jungit, quasi justæ Deorum ac fatorum legis ac decreti vindices et administras.

17 *Seu Libra, seu me, &c.*] Quodcumque nascenti mihi sidus affulsit, ac dominatum vitæ meæ obtinuit, eundem affirmaverim tuis natalibus horoscopus fuisse. Adeo id comprobant eventa nobis paria. Enimvero tu emergis vix e periculosa ægritudine, ego prope casu sum arboris oppressus. Scilicet ex ea parte Zodiaci, quæ nostræ genituræ tempore in hemisphærium nostrum assurgit, natalitias suas prædictiones colligunt Astrologi; quorum tamen vanitatem suggillat *Juvenalis Sat. vi. 552*. et seqq.

*Libra*] Septimum hoc est e duodecim Zodiaci signis, quod Sol ingreditur circa diem 20. Septembris, æquinoctium Autumnale facit. Vide *Macrob. in Somn. Scip. i. 18*. *Virgil.*

*Georg. i. 208*. *Maail. lib. ii.* ‘Quosque dabant chelæ (*Libra*) et quos dat *Aquarius* ortus, Unum pectus habent, fideique immobile vinclum.’ Et *lib. v.* ‘Felix æquato genitus sub pondere *Libræ*.’ *Pers. Sat. v.* ‘Nostra vel æquali suspendit tempora *Libra* Parca tenax veri.’

*Scorpius*] Octavum est hoc Zodiaci signum, tunc oriens cum *Orion* occidit. Hinc fabula, interemtum *Scorpionis* aculeo *Orionem*, qui juvenili robore ferox nullam esse feram jactarat, quam conficere non posset. Ejus vero superbiæ ultus *Jupiter* mortales docere voluit, non plus æquo viribus suis fidere. *Hygin. de Sign. Cælest. lib. ii.*

18 *Formidosus, pars violentior Natalis horæ*] Nempe sidus hoc ad *Martem* pertinet, qui et inclemens, maleficus, horribilis. Unde referri huc potest *Horatii* in *Philippensi* clade periculosa fuga, de qua supra, *Od. vii.* Vide *Cic. de Nat. Deor. ii. n. 113*. *Virgil. Georg. i. 38*. *Maail. lib. iv.* ‘*Scorpius* armata violenta cuspide cauda, In bellum ardentés animos, et *Martia* castra Ellicit,’ &c. Hinc et *Arat.* ‘*Scorpius* infestus præportans flebile acumen.’ Quidam codices habent *Letalis horæ*. Sed apage. Aiunt porro sub hoc natis

Natalis horæ, seu tyrannus  
 Hesperiaë Capricornus undæ;  
 Utrumque nostrum incredibili modo  
 Consentit astrum; te Jovis impio  
 Tutela Saturno refulgens  
 Eripuit, volucrisque Fati

20

*temporis natalitii periculosior, sive Capricornus occidentalis Oceani potens; vix credibili ratione convenit sidus nostri amborum. Te a crudeli Saturno defendit Jovis fulgor propitius; atque fati præcipitis volatum remoratus est, quando plebs nu-*

\*\*\*\*\*

Blandd. Cruquii et Franeq. *Natalis horæ* Harl. 1.—21 *Urinque* Lips. 3.—22 *Consensit* var. lect. ap. Jones. et sic etiam Harl. 3.—24 Quidam codd. Lambini, unns Bersmanni, Lips. 1. ceteri ap. Jani, Venet. 1492. Locher. Ascens. Bentl. et Kidd. *volucresque*. 'Codd. nil definire apparet: sed exquisitius et elegantius esse *volucris Fati* quam *volucres alas* facile sentitur. Vide Cuning. Animadv. cap. xv. p. 272.' Jani. Multi scribunt *fati*, prima litera

## NOTE

astro et horoscopo vitam esse brevior-rem.

19 *Seu tyrannus Hesperiaë Capricornus undæ*] Sive prodii in lucem sub Capricorni sidere, quod cum Saturnus obtinet, graves excitat pluvias atque tempestates in mari præsertim occiduo; teste Servio in Georgic. 1. cit. Et Manil. lib. 1v. 'Tu, Capricorne, regis quicquid sub Sole cadente,' &c. Propert. 1v. 1. 88. 'Lotus et Hesperia quid Capricornus aqua?' Decimum hoc signum Zodiaci solstitium Decembri mense facit hybernum: unde Cic. de Nat. Deor. 11. 'Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans, Corpore semifero, magno Capricornus in orbe: Quem cum perpetuo vestivit lumine Titan, Brumali flectens contorquet tempore curram.'

21 *Utrumque nostrum incredibili modo Consentit astrum*] Sensus est: Etsi non est idem mihi, qui tibi horoscopus; at certe magna et incredibilis inter meum natalitium sidus ac tuum consensio est, convenientia, similitudo: quapropter ut mutus dudum coaluit inter nos amor, ut etiam mor-

tis pariter effugimus periculum; ista quidem efficiente cælestium vi; sic licet spondere, alterum ab altero nec in morte sejungendos aut divellendos. Persius, Horatii perpetuus imitator, hoc loco videatur superasse, Sat. v. 45. 'Non equidem hoc dubites, amborum federe certo Consentire dies, et ab uno sidere duci.'

22 *Te Jovis impio Tutela, &c.*] Benvignus Jovis aspectus Saturni (ut fit) malignitatem correxit infregitque, contra fulgendo, in hora natali. Pers. cit. mox, vs. 50. 'Saturnumque gravem nostro Jove frangimus nna.'

*Impio Saturno*] Fabulantur nimirum Saturnum proprios devorasse filios: hinc et aiunt sub ejus sidere genitos sævos et impios effici. Propertius et Pers. cit. Saturnum 'gravem,' Jvenalis 'tristem' appellat.

24 *Eripuit*] E gravi morbo incolumem præstitit, ac veluti rapuit violentiæ Saturni falcem jam tibi suam intentantis ad vitam intereidendam.

*Volucrisque Fati Tardavit alas*] Advolantem prope, ut solet, mortem retardavit.

Tardavit alas, cum populus frequens	25
Lætum theatris ter crepuit sonum :	
Me truncus illapsus cerebro	
Sustulerat, nisi Faunus ictum	
Dextra levasset, Mercurialiam	
Custos virorum. Reddere victimas	30
Ædemque votivam memento :	
Nos humilem feriemus agnam.	

*merosa alacrem ter sustulit acclamationem in theatro. Me decidens in caput arbor oppressisset, nisi manu casum arctisset Faunus, tutor clientium Mercurii. Cura ut offeras victimas, et promissum templum. Ego parvulam agnam immolabo.*

minore.—25 Duo codd. Torrentii et Cuning. *tum populus*, improbante Jani.  
—26 Pro *Lætum*, quidam codd. ap. Cuning. *Festum*; unde ille emend. *Faustum*, quod recepit Sanad.—29 *Dexter levasset*, i. e. ad dextram stans, emend. Cuning. et sic Sanad.—32 *Nos humiles* duo Bland. ap. Cruq.

NOTE

25 *Cum populus frequens, &c.*] Istam Jovis tutelam animadvertit, ac celebravit; teque sibi redditum Populus Romanus gratulatus est, Jovique gratias retulit, sublata in lætitiæ signum triplici acclamatione et plausu, quando te, post morbi periculum, melius habentem in theatrum adventare conspexit. Vide 1. Od. 20.

27 *Me truncus illapsus cerebro, &c.*] Ut te Jupiter, sic me Faunus imminenti exitio subtraxit; cum 'triste lignum' declinavi 'caducum In domini caput immerentis;' ut est Od. XIII. hujus libri. Vide ibidem.

28 *Nisi Faunus ictum Dextra levasset*] Perieram, nisi subvenisset Faunus Mercurii amicus, et secundum aliquos, idem Deus; certe literatorum uterque patronus. De Mercurio dictum jam non semel, maxime vero supra Od. VII. Porro quod reri beneficium, servatam nempe salutem, accepit, bene refert ad rris sylvarumque Deum. Porro dicitur Faunus doctorum virorum 'custos' ac tutor, vel ob hoc, quod studiosi secessum et quietem ac liberale otium ruri con-

quirunt et captant, quæ quidem in urbibus ac inter populares strepitus obtinere vix possunt.

29 *Mercurialium*] Viris eruditus Mercuriales nuncupat: eo quod illi clientes habeantur Mercurii. Hic enimvero disciplinarum et artium repletor asseritur a Diodoro Siculo II. 1. et I. 2. inventor literarum, vocum, palæstræ, numerorum, lyræ, Medicinæ, Astronomiæ, denique interpretationis verborum, unde cognominatus Hermes. Idem affirmat Plinius VII. 56. ex Gellio. Mercurio sacras esse linguas ob eloquentiam, refert Athenæus I. 14. et XIII. 1. statuis Mercurii tanquam orationis et facundiæ præsidis ornata fuisse Gymnasia. Quod et testatur Tullius ad Attic. ut observat Casaubonus in citatum mox Athenæi locum.

30 *Reddere victimas, &c.*] Votivas offer victimas Jovi Servatori: ædem quoque seu templum, quod æger voti vovisti, si convalesceres, jam voti reus, Salutis ædifica et persolve.

32 *Nos humilem feriemus agnam*] Jovi taurus, aliæque id genus majore-

## NOTÆ

res hostiæ cædebantur: minores autem cæteris Diis. Hinc Horatius, non pro sua præ Mæcenatis opulentia tenuitate, ut garrunt aliqui, sed more majorum, et ex solenni instituto

scribit, et spondet Fauno *humilem ferire agnam*. Sic 1. Od. 4. 'Nunc et in umbrosis Fauno decet immolare luctis, Seu poscat agnam, sive malit hædum.'

## ODE XVIII.

Paupertatem suam magnis opibus præfert: Avaris deesse et probitatem et bonam mentem.

NON ebur neque aureum  
Mea renidet in domo lacunar,  
Non trabes Hymettiiæ  
Premunt columnas ultima recisas

*Nec ebur nec aurum splendet in laqueari ædium mearum. Haud Hymettiiæ tra-*

//////////

Ode sexta Libri quinti in Ed. Sanadoni. Quidam codd. Torrentii inscribunt Varo; unde hic scriptum putant Carmen ad istum Varum, ad quem erat 1. Od. 18. Sed vidit Dacer. ortam fuisse eam inscriptionem ex Avaro, unde prima litera perierit.—2 *Meis in ædibus nitet lacunar* nova lectio ap. H. Steph. Diatr. II. p. 135.—3 *Hymettius* ex *mox recisæ* conj. Thom. Gale ap. Bentr. (qui admodum favere videtur); et sic Cun. et San. Non

## NOTÆ

Hæc Ode est Dicolos Distrophos. Metrum dicitur vel Hipponactium, ab Auctore; vel Euripidæum, quod eo frequenter usus sit Euripides. Primus versus est Trochaicus Dimeter Catalecticus; ubi deest una syllaba ad perfectionem: et scanditur hoc modo:

Nōn ě | būr ně | que āurē | ūm

Alii volunt esse Iambicum Archilochium Dimetrum Acatalectum; qui constat Amphimacro, et duobus Iambis; hac ratione:

Nōn ěbūr | něque āu | réūm

Alter versus est Iambicus Archilochius Trimeter Catalectus, constans quinque Iambis et una syllaba; admissis locis imparibus Spondæo: et sic scanditur:

Měā | rēnī | dēt īn | dōmō | lăcū |  
năr.

1 *Non ebur neque, &c.*] Opes et divitias nec possideo, nec cupio, quæ omnibus appeti solent: at ea quæ paucorum sunt, habeo; indeque me beatum existimo. Fide integer, ingenio valens cuilibet me ostento et præfero.

*Neque aureum Mea renidet in domo lacunar*] Domos non habito magnificas, ebore et auro exornatas, marmore peregrino ædificatas et fulgentes. Arnob. lib. VI. 'Laquearibus renideant aureis.' Lucret. lib. II. sub init. 'Nec domus argento fulgens auroque renidens, Nec citharis reboant laqueata aurataque templa.'

3 *Non trabes Hymettiiæ Premunt columnas, &c.*] In meis ædibus non sunt pretiosæ ex Hymetto trabes, columnis exquisiti marmoris sustentatæ. Hymettus Atticæ mons regionis, mel-

Africa, neque Attali  
Ignotus hæres regiam occupavi,

5

*bes innituntur columnis extrema in Africa excisis. Neque Attali hæres incognitus*

putarunt viri docti esse potuisse trabes marmoreas, dum proprie acceperunt de trabibus tectorum, cubiculorum, cct. Trabes ultima recisas Africa, esse intelligendas citreas, ex arbore, quam Thyas Græci, citrum Latini vocent, quæque in Mauretania habitavit; columnas Hymettias satis celebres esse. Sed ita non est, quod hæreamus, ut potius architectura antiqua vulgata tueatur. Quanquam fatendum, elegantiolem prope verborum structu-

## NOTE

le quidem abundans, insigni vero marmore clarus. Plin. xvii. 1. columnas quatuor Hymettii marmoris ad scenam ornandam advectas refert. Has porro centum millibus nummum emtas ait Val. Max. Idem Plin. xxxvi. 3. ita scribit: 'L. Crassus Orator primus peregrini marmoris columnas habuit in eodem palatio Hymettias.' Val. Max. ix. 1. 'Cu. Domitius L. Crasso collegæ suo, altercatione orta, objecit quod columnas Hymettias in porticu domus haberet.' Magna porro lis, fuerintne trabes illæ lignæ, an marmoreæ. Verum enim e ligno potius Hymettio quam e marmore crediderim: quanquam et ex lapide trabes extitisse, clare docet Plin. xxxvi. 8. ubi sic habet: 'Circa Syenen vero Thebaidis Syenites, quem ante Pylropecilon vocabant. Trabes ex eo fecere Reges quodam certamine obeliscos vocantes Solis numini sacros.' Vide Strabon. lib. ix. ubi ex Hymetto advectas trabes longas et densas commemorat.

4 *Ultima recisas Africa*] Columnas intelligit e marmore Numidico, cujus pretium ingens fuisse testatur Plinius xxxvi. 6. his verbis: 'M. Lepidus Catuli in Consulatu collega, primus omnium limina e Numidico marmore in domo posuit, magna reprehensione.' Numidia Africæ regio ultima, et maxime occidentalis.

5 *Neque Attali Ignotus hæres regiam*

*occupari*] Nec divitis cujusquam hæreditatem captavi, ullave fraude et arte mala invasi, opulentus quoquo modo esse volens: sicut Aristonicus (quem sane respexit hoc loco Horatius) regnum Asiæ sibi vindicavit. Duo fuerunt Attali Pergami Reges. Prior Eumenis frater, posterior autem filius. Hic Attalo patruo successit in Asiæ Imperium. Post annos vero quinque instare sibi mortem sentiens Populum Romanum opum suarum regnique hæredem nuncupavit. Quod ut accepit Aristonicus Eumenis ex pellice filius, regiam stirpem ostentans, conscripto exercitu, Pergamentum invasit, &c. principatum ac dominationem Asiæ obtinuit, Crassi a Romanis missi Prætoris fractis viribus et auctoritate. Post annos vero fere quatuor debellatus a Perpenna, moxque ab Aquilio Consulibus plane extinctus est. Justinus lib. xxxvi. sub finem: 'In Asia Rex Attalus florentissimum et ab Eumene patruo acceptum regnum cædibus fœdabat. . . . morbum ex Solis fervore contraxit, et septima die decessit. Hujus testamento hæres Populus Romanus tunc instituitur. Sed erat ex Eumene Aristonicus non justo matrimonio, sed ex pellice Ephesia citharistæ cujusdam filia genitus, qui post mortem Attali velut paternum regnum Asiam invasit,' &c. Vide et Flor. II. 20. ubi 'Aristonicus,' in-

Nec Laconicas mihi

Trahunt honestæ purpuras clientæ.

At fides et ingenî

Benigna vena est; pauperemque dives 10

*regalem potentiam invasi. Nec clientæ haud viles nent mihi purpuram Laconicam. Verum fidelitas adest et copiosus ingenii fons. Et exiguum me opulentus requirit.*

//////////

ram ex altera lectione existere.' *Jani.*—7 *Nec Laconias* unus codex Pulmanni, unus Gifanii, (vide Ind. Lucret.) unus Cruq. Dess. 2. Helmstad. Cuning. et Sanad. Vide ad 1. Od. 1. 3.—8 Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. *clientes*; ita etiam Pulmanni Hunn. Genblac. 1. et Beller. unus Bland. Cruq. a m. s. omnes Torr. quid. Lamb. duo Bersm. Alt. 1. (qui et habet *honesti*) et 2. Dess. 1. a m. s. et 2. Lips. 1. a m. s. Lips. 2. 3. 4. Zar. Flor. 1482. Vet. Comb. Venet. 1492. Asc. Locher. 'Sed præter auctoritatem plurimorum ac præstantissimorum codd. multo etiam exquisitius et venustius est *clientæ*.' *Jani.*—9 Heinsius scribit *ingenii*, ex quibusdam codd. *at ingenî* conj. Cuning.—

#### NOTÆ

quit, 'regii sanguinis ferox juvenis urbes regibus parere consuetas partim sollicitat: paucas resistentes vi recepit: Crassi quoque Prætoris cecidit exercitum . . . mox a Perpena domitus et captus . . . Aquilius Asiatici belli reliquias confecit; mixtis (nefas) veneno fontibus ad dedicationem quarundam urbium,' &c.

7 *Nec Laconicas mihi Trahunt honestæ purpuras clientæ*] *Nec* habeo clientes, quos soli divites ac potentes habent: nec adeo clientium uxores nent mihi lanas, e quibus pannus confectus, ac imbutus humore piscis muricis, ad Tænarum Laconicæ promontorium capti, suppeditet mihi vestes purpureas easque valde exquisitas, quæ ad solos nobiles, Patricios, ac Magistratus pertinent. Cic. Verr. iv. n. 59. 'Ipse dabat purpuram tantum, amici operas.' Laconia Peloponnesi regio purpuræ excellentia nobilis. Plin. XXI. 8. 'Unguento naturam vicis gaudens luxuria, vestibus quoque provocavit eos flores, qui colore commendantur. Hos animadverto tres esse principales: nnum in cocco, qui in rosis micat. Gratius nihil aspectu. Trahitur in purpuras

Tyrias, dibaphasque et Laconicas,' &c. Et xxxv. 6. 'E liquidis coloribus, quos a dominis dari diximus propter magnitudinem pretii, ante omnes est purpurissimum . . . laudatur Laconicum, unde pretiosissimæ purpuræ.' Vide supra Od. xvi. sub finem Not. ad has voces: 'Te bis Afro murice tinctæ Vestiunt lanæ.'

9 *At fides et ingenî Benigna vena est*] Quod si desint opes, at opibus quidpiam melius ac præstantius habere contigit, nimirum fidei virtutem, necnon ingenii lumen et facultatem.

*Benigna vena*] Metaphora a terræ venis, e quibus fontes promanant uberes: designat optime discendi scribendique facilitatem, qua qui destitutus fuerit, is invita Minerva, invitit Apolline ac Musis literarum studium capessit, hoc est, oleum et operam perdit. Epist. ad Pisones, vs. 385. 'Tu nihil invita dices faciesve Minerva.' Et vs. 408. 'Natura fieret laudabile carmen, an arte, Quæsitum est. Ego nec studium sine divite vena, Nec rude quid prosit video ingenium.'

10 *Pauperemque dives Me petit*] Me



Me petit; nihil supra  
 Deos lacezzo; nec potentem amicum  
 Largiora flagito,  
 Satis beatus unicus Sabinis.  
 Truditur dies die,  
 Novæque pergunt interire Lunæ.  
 Tu secanda marmora  
 Locas sub ipsum funus, et sepulcri

15

*Nihil præterea a Numinibus efflagito: neque ab amico divite majora posco, contentus admodum agro tantum Sabino. Urgetur dies die: et novæ Lunæ properant deficere. Tu morti vicinus incidenda marmora pacisceris: et tumuli oblitus ædificas;*



14 *Satis beatus in vicis Sabinis* Helmstad. a m. sec.—15 *Truditur die dies* Cuning.—18 Cuning. et Sanad. ac *sepulcri*.—20 Multi codd. et edd. *urgues*; et

## NOTÆ

diligit, ac familiaritatem meam petit Mæcenas, tum ob fidem, cum propter ingenium ad artes liberales idoneum. Epist. ad Pisones vs. 405. 'Gratia regum Pieriis tentata modis.' Quoties vero Doctores et Sapientes a Principibus viris sunt honorati et accersiti?

11 *Nihil supra Deos lacezzo*] Ut largiantur quidquam præter ista, non importunis Deos precibus fatigo, non urgeo, non efflagito. Sed nec Mæcenatem amicum, plura, si rogitem, dare paratum ac potentem, nequaquam ego lacezzo, nec ampliora flagito, quam quæ jam donavit, videlicet agrum in Sabinis, quo victito beatus et contentus. Sic cupiditatem aversatur omnem ac libidinem, ut vocat Tullius. Hanc ferocientem equo similem aiebat Plato in Phædro. Diogenes autem Cynicus 'arceem omnium malorum' vocitabat.

13 *Flagito*] Quid valeat ista vox, docet Cic. Epist. ix. 8. ad Varronem: ubi sic scribit: 'Metuo ne te forte flagitent: ego autem mandavi ut rogent.'

14 *Satis beatus unicus Sabinis*] Præ-

dio in Sabinis, quo donatus sum a Mæcenate, satis me locupletem existimo, nec ab eo quicquam ultra peto, vel cupio. Vide III. Od. 13. 1. ibique Not. Item Epist. xvi. initium, ubi suam ipse villam describit Poëta.

15 *Truditur dies die*] Epod. xvii. 'Urget diem nox, et dies noctem.' Senec. Epist. xxiv. 'Nullius rei finis est. Sed in orbem nexa sunt universa. Fugiunt ac sequuntur. Diem nox premit; dies noctem. Ætas in Autumnum desinit. Autumno Hyems instat; quæ Vere compescitur. Omnia transeunt, ut revertantur.' Sic fere ad rem nostram Ecclesiastes cap. 1. 'Oritur Sol et occidit, et ad locum suum revertitur: ibique renascens gyrat per Meridiem, et flectitur ad Aquilonem.' Vide Pers. Sat. v. 66. et seqq.

16 *Novæque pergunt interire Lunæ*] Ita labuntur menses annique: novæ Lunæ complentur; tum decrescunt, ac intereunt: rursusque renascuntur, et crescunt, perpetuis vicibus. Ita fugit tempus, ita fluit ac perit ætas et vita nostra. Tu tamen, o superbe et

Immemor, struis domos ;  
 Marisque Baiis obstrepentis urges 20  
 Summovere littora,  
 Parum locuples continente ripa.  
 Quid ? quod usque proximos  
 Revellis agri terminos, et ultra

*atque satagis extendere littus muris ad Baias frementis, non sat dives stabili terra. Quid dicam, quod vicinos etiam agri limites removes, et clientium terminos transi-*

—————  
 sic etiam Bentl. Baxt. Gesner. Jani, Bipont. Mitsch. Wakef. et Kidd.—

#### NOTÆ

ambitiose, quasi vitæ sit tibi securitas, et immunitas a morte, insanas molibus substructiones.

17 *Tu secunda marmora Locas*] Mercede conducis sectores marmoris et sculptores: vel redemptori negotium das secandorum marmorum, ad extruendas domos superbas.

20 *Marisque Baiis obstrepentis urges Summovere littora*] Molibus in mare jactis extendis littus, ut ibi ædifices, amœno loco, ad Baias, ubi fluctus marini ventis agitati fremunt et obstrepunt vehementer: quasi non sufficiat continens terra, ad construendas ædes. Sallust. 'Divitias profundunt in extruendo mari, et montibus æquandis.' Senec. Controvers. v. 'Maria summoventur projectis molibus.' Vide supra Od. xv. init. ibique Not. Item postea, III. Od. I. 33. Et III. Od. 24. 3.

*Baiis*] Baiæ civitas Campaniæ, a Baio Ulyssis socio ibi sepulto nominata; sita Puteolos inter et Cumas, in eo sinu qui nunc dicitur *Golfo di Pozzuolo*, et *di Napoli*: calentibus aquis ad sanitatem valde utilibus, cœli temperie, amœno secessu, Romanorum Procerum nitidas illic ædes habentium frequentia perquam felix: ut etiam vitanda velut occasio luxuriæ dicatur a Seneca ad Lucil.

Epist. LII. 'Illic,' inquit, 'tanquam loco debeat licentia, magis luxuria solvitur. Non tantum corpori, sed etiam moribus salubrem locum eligere debemus.'

23 *Quid? quod usque proximos, &c.*] Quinetiam sacrilega ratione rem augere non vereris; tum vicinorum, tum etiam clientium terminos removendo. Duo sunt itaque delicta, alterum contra fidem clientibus debitam, alterum contra justitiæ et religionis virtutem. Quod ad primum attinet: illatam clienti injuriam eo constat graviorem esse, quod post parentes et pupillos fidei tutelæque nostræ creditos, proximum obtineant locum clientes, qui sese pariter in fidem patrociniūque nostrum dederunt; ut asserit Gellius v. 13. et Lex XII. Tab. hæc est: 'Si clienti patronus fraudem fecerit, sacer esto.'

24 *Revellis agri terminos*] Hoc alterum est peccati genus sacrilegum quidem, ex ista Numæ Pompiliæ Lege, quæ jubebat, ut qui terminum exarasset, ipse et boves Deo sacri fierent. Eodem pertinet, quod Terminum Deum consecrarant colebantque veteres. Translator etiam terminorum damnatus Lege Divina noscitur. Denteron. cap. XIX. 14. Proverb. cap. XXII. 28. &c.

Limites clientium	25
Salis avarus? pellitur paternos	
In sinu ferens Deos	
Et uxor, et vir, sordidosque natos.	
Nulla certior tamen,	
Rapacis Orci fine, destinata	30
Aula divitem manet	
Herum. Quid ultra tendis? Æqua tellus	
Pauperi recluditur,	
Regumque pueris; nec satelles Orci	

*lis, per avaritiam. Fjicitur et maritus, et conjux portans in gremio Penates, et pueros squalidos. Attamen potentem dominum haud expectat ulla basilicu melior parata sede Inferorum omnia absorbentium. Quid amplius quæris? Terra pariter inopi sinum aperit, atque Principum filiis. Neque Inferorum custos auro corruptus*

\*\*\*\*\*

25 *Limitem* Brod. Lips. 2. Alt. 2. a m. pr. et Harl. 6. probante Gesnero.—27 *In sinu Deos ferens* Cuning.—30 *Capacis Orci* conj. Bentl. improbante Jani; nam Orcus h. l. persona est. *fine* habent Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Scholl. magnoque consensu omnes, qui extant, codd. quatuor exceptis, et edd. priscaæ. *sede destinata* Serv. ad Virg. Æn. vi. 152. ubi editt. quidem exhibent *fine*, sed enim *sede* scripsisse apparet, quod probare vult, *sedem* de sepulcro dici. Tum sic Mart. Mald. Sil. ap. Cruq. Bentleii Zulich. Ediderunt Bentl. Baxt. Cun. San. Jones. Sivr. Wakef. et Kidd. Probant quoque Bos Anim. ad Hor. p. 40. H. Steph. Diatr. iii. p. 64. Arridet et Lambino ac Torrentio. ‘Sed neque Servii, quem ex memoria laudato loco lapsum esse probabile est, nec tam paucorum codd. fide quicquam mutandum. Denique et lectio *fine* bene habet, atque doctior etiam haud dubie est.’ Jani.—32 *Quid ultra? tendis* Fabric. *Quid? ultra tendis?* Cuning.—34 *Regumque natis* sex codd. Lambini, unus Bersmanni, vetus liber Canteri, Nov. Lectt. vi. 14. qui præ-

NOTÆ

26 *Pellitur paternos, &c.*] Expolitio, ad augendam invidiam. Sic possessione legitima deturbatur cliens a te, et ad inopiam redactus abit, cum uxore gemebunda, sed religiosa, quæ portat in sinu Deos familiares, puerosque ob egestatem sordidos.

29 *Nulla certior tamen, &c.*] Quod si opibus mortem eluetari liceret, aut si potiore apud Inferos sedem opulentus quisque occuparet, libens ego tibi sane condonarem, quod qua jure qua injuria divitias accumules. Verum non ita se res habet; nec enim ‘divitem manet herum nlla certior aula aut fuis,’ quam quæ ‘Orco de-

stinata’ est. Non sors ibi aut conditio melior opulento cuiilibet, quam inopi. Quid ergo ultra tendis, quam sancitum decretumque tibi est fatorum ac Numinum lege immutabili? Horat. ii. Epist. 2. ‘Quid vici prosunt, aut horrea, quidve Calabris Saltibus adjecti Lucani, si metit Orcus Grandia cum parvis, non exorabilis auro?’

32 *Æqua tellus Pauperi recluditur, &c.*] Lib. i. Od. 4. ‘Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas Regumque turres.’

34 *Nec satelles Orci, &c.*] Nec mors muneribus ac donis corrumpitur, ut

## Callidum Promethea

35

Revexit auro captus: hic superbum  
Tantalum, atque Tantali

Genus coërcet: hic levare functum  
Pauperem laboribus,

Vocatus atque non vocatus audit.

40

*astutum Prometheus reportavit. Ille Tantalum Tantalique posteros tenet. Ille ipse egenum ærumnas perpessum sive rogatus, sive non rogatus, auscultat levatque.*



fert. 'Non dubium, quin a Grammatico sit, qui metro timeret.' Jani.—36 *Revixit* quidam codd. Lambini, plures Torrentii, Mentel. et Alt. 2. *Revixit* Dess. 1. et Locher.—40 Cuning. emend. *non vocatus astat*; alia conj. ap. eundem, *non vocatus aulet*; var. lect. ap. Jones. *non vocatus odit*. 'Refero levare ad *vocatus*, non ad *audit*, quod mihi videtur durius, et minime ferendum.' Wakef.

## NOTÆ

suam dimittat prædam: omnes mortales rapit. Æschyl. *Μόνος θεῶν γὰρ Θάνατος οὐ δάρων ἐρᾷ. Inter Dcossola mors non capitur muneribus.* Theognis: *ὄστις ἄποινα δίδους θάπτον φύγοι.* Nemo pretium offerens sese a morte redimit. Vide supra Od. III. et XIV.

*Satelles Orci, &c.*] Charon, de quo supra, Od. III. ad vs. ult. et alibi.

35 *Callidum Promethea*] De eo I. Od. 3. 27. et I. Od. 16. 13. Sensus est: Nec Charon oblato captus auro transvectum in alteram Cocyti ripam Prometheus revexit ad vivos redditurum. Et Prometheus quantumvis sagax, qui hominem sapienter e luto finxerat, qui cælestem ignem ferula ad Solis currum extensa callide suffuratus in terras detulerat, is tamen nec astu nec pretio Satellitem Orci vicit, ut mortem evadere posset. II. Epist. 2. mox cit. 'metit Orcus Grandia cum parvis, non exorabilis auro.'

36 *Hic superbum Tantalum, &c.*] Hic ipse Charon neque superbus veretur, immo domat, et in Inferis coërcet. De Tantalo supra, Od. XII. ad finem.

37 *Tantali Genus*] Pelopem, Atreum, Agamemnonem, Orestem.

38 *Hic levare functum pauperem, &c.*] Idem ille pauperi præsto est; atque laboriosa et ærumnosa defunctum vita ultra sublevat, cymba excipit et transfert in sedes quietas. Cic. Catilin. IV. n. 7. scribit: 'Mortem a Diis immortalibus non esse supplicii causa constitutam, sed ant necessitatem naturæ, aut laborum ac miseriarum quietem esse.'

40 *Vocatus atque non vocatus*] Alindit ad Oraculum Lacedæmoniiis redditum: *Καλούμενος κἄκλητος Θεὸς παρέσται, Vocatus et non vocatus Deus aderit.*

## ODE XIX.

## IN BACCHUM.

Horatius super vino cantat laudes Bacchi.

'Satur est cum dicit Horatius, Evæ!' Juvenal. vii. 62.

BACCHUM in remotis carmina rupibus

Vidi docentem (credite posteri)

Nymphasque discentes, et aures

Capripedum Satyrorum acutas.

*Bacchum versus dictantem in secretis aspexi cautibus, et Nymphas auscultantes, arrectasque aures Satyrorum caprinos pedes habentium. Fidem habete, nepotes.*



Ode undecima Libri primi in Ed. Sanad. Codd. Torrentii inscribunt,

## NOTÆ

Metrum idem quod supra i. Od. 9.

1 *Bacchum in remotis, &c.*] Festum Poëtis Bacchi diem, epulumque tunc Poëticum fuisse, sacrumque celebre, et Hymnum solemnem decantari solitum, constat: auctoresque sunt Ovid. Trist. v. 3. et Propert. iv. 6. sive quod Liber et Apollo Deus idem est, ut pluribus asserit Macrob. Saturn. i. 18. ac evinentur Æschyli Euripidisque testimonia ibidem allata. Æschyl. Ἀπολλων, ὦ Βάκχε, ὦ Μάντις. Euripid. Φιλόδαφνε, Βάκχε, Παιὰν, Ἀπολλων, Εὐλύρε. Sive quod Bacchus, id est, vinum, scribendis versibus ingenium exacuatur. Unde, supra i. Od. 9. 'Nulla placere diu nec vivere carmina possunt Quæ scribuntur aquæ potoribus,' &c. Ut Noster egregie docet i. Epist. 19. Istius igitur generis Hymnus est Ode hæc elegantissima, et quæ sane probet 'benignam ingenii venam,' qua gloriabatur Poëta, Ode superiori. Talis etiam iii. Od. 25. Et Propert. iii. 16.

*In remotis carmina rupibus*] Longe

a strepitu tumultuque populari, urbano, forensi. Nam (Ovid. Trist. i. 1. 41.) 'Carmina secessum scribentis et otia quærunt.'

2 *Vidi docentem*] Sic et apud Virgil. Eclog. vi. Silenus in antro a pueris Nymphisque deprehensus petita dudum carmina tandem pangit: 'Satis est potuisse videri. Carmina quæ vultis cognoscite,' &c.

3 *Nymphasque discentes*] Musas intellige. Sic Eclog. vii. 21. 'Nymphæ, noster amor, Libethrides, aut mihi carmen, Quale meo Codro, concedite.'

*Aures Capripedum Satyrorum acutas*] Vel in acumen factas et formatas: tales enim habere dicuntur Satyri: vel ad audiendum erectas, paratas, avidas. Lucian. Οἱ δὲ Σάτυροι ὀξεῖς τὰ ᾄτα, καὶ αὐτοὶ φαλακροί. Et alibi: ᾄτα μεγάλα ὄρθια dicit habuisse unum e Bacchici exercitus ducibus, *magnas aures rectas*. Dialog. cui tit. 'Bacchus.' Ovid. Trist. v. 3. 36. 'Fer, bone Liber, open,' et: 'Sic tibi cum Bacchis Satyrorum gnava juvenus

Evæ! recenti mens trepidat metu,  
 Plenoque Bacchi pectore turbidum  
 Lætatur. Evæ! parce, Liber,  
 Parce, gravi metuende thyrso!  
 Fas pervicaces est mihi Thyiades,

5

*Evæ! timore nuper incusso agitur animus, et, ob repletum Baccho pectus, non sine gaudio conturbatur. Evæ! indulge, Bacche, Indulge verendo thyrso formidande.*

~~~~~

Enthusiastice Libero; Sanad. *Dithyrambus*.—5 *Euhoe, Euhoe, Evohe, Eyoche, Ehohe, Heuhoe, Hevohe, Heve, Heuhohe, Heuoeche*, variantes ap. Jani. *Euhoe* Gott. et Harl. 5. *Euohe* Zarot. *Heuhoe* Florent. Brod. et Harl. 6. *Euhoe* Harl. 2. *Euohe* Bentr. et Wakef. *Eua* Kidd. *Evæ* Harl. 1. 3. 4. Jani, Mitsch. Bipont. Wetzel. al.—7 *Lymphatur*, pro *Latatur*, conj. Dan. Heins. ap. Bentr. improbante Jani. In *Evæ* variatur ut supra.—9 *Fas pervicacis sit*, i. e. licet mihi canere, emend. Bentr. reclamantibus, ut ipse fatetur, codd. et sic Sanad. Sivr. et Kidd. *Fas p. et mihi* var. lect. ap. Jones. *Thyadas* vulgo scribitur et sic Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. cum multis aliis codd. *Thyiadas* restituit ex Vello Longo et Hesychio Bentr. item Pierius ad Virg. *Æn.* iv. 302. ubi vide Heyn. Ita etiam Cuning. Sanad. Bipont. Zenn. Jani, Mitsch. Wetzel. et Kidd.

NOTÆ

Adsit, et attonito non tacere sono.
 Vide i. Od. 1. De Satyris plura, ad vs. 31.

5 *Evæ*] Vel, *Euhoe*: ut doctiores aliqui volunt: qua voce Bacchantes in sacris divino se furore concitabant, ut aiunt. Juvenal. Sat. vii. 62. 'Satur est, cum dicit Horatius, *Evæ*.' Vide i. Od. 18. ibique Not.

Recenti mens trepidat metu, &c.] Enthusiasmum sibi affingit Poëta, quem semper comitatur sacer quidam ac religiosus horror, ob Numinis præsentis agentisque reverentiam vehementemque vim, qua turbatur non nihil simulque lætatur mens divinitus afflata, extra se posita et alienata, superiorisque potentia arbitrio mota.

6 *Plenoque Bacchi pectore turbidum Lætatur*] Numinis insidente correptus de divino gaudet consortio, non tamen sine perturbatione.

7 *Parce, Liber, Parce*] Indignum tali se dignatione professus veniam rogat, ne in ultionem visi nminis id

sibi contingat mali, quod Actæoni, Pentheo, Lycurgo, aliisque acciderat. Deprecatur et vehementiorem Dei agitationem, qua de sua sede mens omnino dejiciatur.

8 *Gravi metuende thyrso*] Quo tot adversarios perculisti ac perdidisti. Thyrsus hasta erat hederis et pampinis intecta, quibus obvoluta etiam cuspis inopinatus ictus certumque exitium inferebat.

9 *Fas pervicaces, &c.*] Divino itaque spiritu correptus Poëta, vimque Numinis sentiens, recte ait, fas sibi esse Dei laudes exequi.

Pervicaces] Concepto furore petulantibus et protervas. Pervicacia interdum est bonarum rerum perseverantia, pertinentia semper malarum, inquit Non. Marcell. Acciique ad Myrmidones verba hæc affert: 'Tu pertinaciam, Antiloche, esse hanc prædicas: ego pervicaciam aio Tu addis quod vitio est: demis quod laudi datur.'

| | |
|-----------------------------------|----|
| Vinique fontem, lactis et uberes | 10 |
| Cantare rivos, atque truncis | |
| Lapsa cavis iterare mella ; | |
| Fas et beatæ conjugis additum | |
| Stellis honorem, tectaque Penthei | |
| Disjecta non levi ruina, | 15 |
| Thracis et exitium Lycurgi. | |

Licet mihi canere Bacchantes protervas, et vinum defluens, et lac copiose manans, et mel excavatis arboribus stillans celebrare; nec non felicitis uxoris ornamentum astris insertum, Pentheique domum gravi deturbatam casu, et Lycurgi Thraci



Thiadas, vel Tiadas in nonnullis codd.—10 Vinique fontes Alt. 2. a m. sec.—*14 Pentei, Phentei* variantes ap. Jani.—15 ‘Vulgo legitur *levi*; sed Iambum

NOTÆ

Thyadas] A θύω, sacrifico, feror impetu quodam furibundo. Thyades appellatæ sunt Bacchi sacrificulæ seu Bacchantes.

10 *Vinique fontem, lactis et uberes, &c.*] Licet mihi referre et cantare patrata Baccho prodigia et miracula. Perperam, ut videtur, afferunt hic aliqui morem veterem Baccho seu Dionyso in spelæis sacrificandi vino, lacte, et melle. Sane respexit ea scribens Horatius Enripidis locum, in Bacchis 703. sqq. in quo Baccharum una thyrsu dicitur petram verberasse, et mox inde prosiluisse aquæ fons: alia ferulam projiciente in terram, rivum Deus emisisse: quæ vero candidi potus cupidæ fuerunt, summis digitis terram scalpentes, lactis flumina statim elicuisse: e thyrsis autem hederaceis flava mella guttis dulcibus stillasse.

13 *Fas et beatæ conjugis additum Stellis honorem*] Dicam et Ariadnes coronam nuptialem inter sidera relatam. Hujus meminit Virgil. Georg. I. 222. Ovid. Trist. v. 3. ‘Sic micet æternum vicinaque sidera vincat Conjugis in cælo clara corona tuæ.’ Quomodo vero desertam a Theseo Ariadnem sibi in uxorem adoptarit Liber,

Delph. et Var. Clas.

coronamque in cælum transtulerit, canit idem Ovid. Met. VIII. 176. ‘Desertæ et multa querenti Amplexus et opem Liber tulit; utque perenni Sidere clara foret, sumtam de fronte coronam Immisit cælo. Tenuis volat illa per auras, Dumque volat, gemmæ nitidos vertuntur in ignes; Consistuntque loco, specie remanente coronæ, Qui medius nixique genu est, anguemque tenentis.’

14 *Tectaque Penthei Disjecta*] Et hic alludit ad Enripid. cit. loc. ubi Penthei palatium brevi subvertendum minatur Bacchus: Διατινάξαντος Βακχίου δῶμα Πενθέως. Pentheus rex Thebarum Bacchantes noctu discurrentes, quod nefas, spectans, iram in se numinis concitavit: unde et ab ipsa matre sua Agave sociisque Bacchantibus discerptus misere periit. Ita Pausan. in Corinth. Euripid. cit. &c. Hyginus autem a Libero patre insania et furore percussus violentas ipsum sibi manus intulisse, refert. Vide Ovid. Met. III. Fab. 7. et seq. Pers. Sat. I. 100. Diodor. Sicul. lib. IV.

15 *Non levi ruina*] Legunt alii, *non levi ruina*, id est, sæva. Alii, *non levi*, seu *levi*, id est, aspera.

16 *Thracis et exitium Lycurgi*] Re-

Horat.

Z

Tu flectis amnes, tu mare barbarum :

Tu separatis uvidus in jugis

Nodo coërces viperino

Bistonidum sine fraude crines :

20

mortem. Tu domas fluvios, et mare longinquum. Tu secretis in montibus Thraciarum mulierum capillos nodo serpentino citra periculum constringis vino madens.

~~~~~

in ea regione nunquam Horatius posuit. Vera haud dubie lectio est *leni*; nam et sic quidam codd. Lambini, Pulm. Gemblac. 1. duo Torrent. tres Blandd. Cruq. Bentl. Græv. Leid. et Regin. Dess. 1. Lips. 1. 2. duo Bersm. Heins. Fab. Steph. Diatr. II. p. 55. Dacer. Bentl. Cun. San. et Sivr. Etiam mox vs. 30. quid. Mss. vitiose exhibebant *leviter*.<sup>7</sup> Jani. *levi* Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. aliique multi codd. *leni* Jani, Mitsch. Bipont. Wetzel. Wakef. et Kidd. Inter *leni* et *levi* vix discernitur in codd. antiquis.—16 *Licurgi* var. lect. ap. Jani.—18 *Tu separatis uvidus* Florent. 1482. *Tu s. invidus* unus Bersmanni, Alt. 1. et Alt. 2. a m. pr. Dess. 2.—20 Mald. Cruqii, *sine fronde*; unus Bland.

#### NOTÆ

feram quoque vindicatum Bacchi nomen, prostratis quotquot huic adversari refragarive ausi sunt: quales Pentheus, de quo mox; et Lycurgus, qui spreto illo pœnas luit, seu a Jove privatus oculis vitæ ipsa, ut scribit Homerus, seu ab ipso interfectus Baccho, ut volunt alii. Is Thracum Rex multa per temulentiam prave committi videns, abscondi vineta jussit omnia, vinumque aboleri: hinc porro fabulati sunt, ultore Baccho, versum in furorem crura sibi amputasse falce vinitoria. Hygin. et Plutarchus. Aliter paulo, quod nimirum in carcerem Bacchas et Satyros conjecisset, Lycurgo exitium accidisse, narrant Apollodorus lib. III. et Euripides antea citatus. Ovid. Trist. v. 3. 39. 'Ossa bipenniferi sic sint male pressa Lycurgi, Impia nec pœna Pentheos umbra vacet.' Propert. III. 17. 24. 'Vesanumque nova nequicquam in vite Lycurgum, Pentheos in triplices funera grata greges.'

17 *Tu flectis amnes*] Gangen et Indum fluvios intelligunt quidam: alii Hydaspen et Orontem, quos Bacchus transiit in Indiam pergens. Alii Strymonem Thraciæ fluvium, cujus

accolæ Edoni cum suo Rege Lycurgo primum reluctati, postea vero domiti a Baccho, ejus se legibus ac disciplinæ subdiderunt. Favet Ovid. Trist. v. 3. 21. 'Nec patria est habitata tibi: sed ad usque nivosum Strymona venisti, Marticolamque Geten, Persidaque, et late spatiantem flumine Gangem, Et quascumque bibit decolor Indus aquas.'

*Tu mare barbarum*] Indicum mare, populosque Indos sub jugum tnum misisti. Ex Diodor. Sicul. v. 1. Triumphator Bacchus est appellatus, quoniam ille primus de Indis cum spoliis opimis in patriam reversus triumphavit.

18 *Tu separatis uvidus in jugis, &c.*] Per te fit, ut Bacchantes viperis ac serpentibus implicitos habeant crines, sine ullo damno suo. Scribit Plutarchus in Alexandro, mulieres istas Orgia Baccho celebrantes impune serpentes tractasse: volunt alii alludi ad fabulam, qua Bacchus infans anguibus a Parcibus cinctus fertur, qui nihil intulerint mali, sed ora pueri lamberent.

20 *Bistonidum*] A Bistone stagno vel lacu dicti Bistonii et Bistones



Tu, cum parentis regna per arduum  
 Cohors gigantum scanderet impia,  
 Rhætum retorsisti leonis  
 Unguibus horribilique mala ;  
 Quanquam, choreis aptior et jocis  
 Ludoque dictus, non sat idoneus  
 Pugnæ ferebaris ; sed idem  
 Pacis eras mediusque belli.

25

*Cum vero scelerata Gigantum turma per sublime appeteret Imperium Jovis patris tui, tu Rhætum dejecisti leoninis unguibus ac terribili maxilla : quamvis saltationibus, cavillationibus, lusibusque habebaris magis idoneus, nec ita ad certamina habilis : veruntamen paci atque bello communis eras. Innoxius te Cerberus aspexit aureo*

\*\*\*\*\*

ejusdem, sine fune.—21 *Tum cum parentis* edd. quædam.—23 ‘*Rhæcum* Lamb. Cruq. Turneb. Adv. x. 22. Heins. Fab. Steph. Baxt. Dacer. et Jones. Esse aiunt ex Gr. *Ροῖκος*, qui memoretur ap. Apollod. III. 9. Ælian. XIII. 1. Callim. Hymn. Dian. 221. Sed cum objici possit, hunc Centaurum esse, non gigantem ; tum non solum ipsum illum Centaurum Latini summa constantia *Rhætum* nominant, (vid. Bentl.) sed etiam tam h. l. quam inf. III. Od. 4. 55. omnes Codd. Cruquii (præter Blandin. antiquiss. qui, at cum litura, *Rhæcum* exhibet), omnes Bentl. et Torrent. item Mentel. Francq. Dess. 1. 2. Lipss. 1. 2. 3. 4. omnesque edit. ante annum 1550. constantissime habent *Rhætum*, vel aberrando, *Rhæthum*, *Ræthum*, *Rætum*, *Rhetum*, *Rethum*, *Ræthum*, &c. unde et sic Rutg. Bentl. San. et Sivr. *Rhæton* Cun. Vindicarunt quoque *Rhætum* gigantem VV. DD. ad Sidon. Apoll. vi. 24. *Jani. Rethum* Harl. 2. 4. *Rohetum* Harl. 5. *Rhæthum* Vet. Comb. *Rhætum* Harl. 6. *Jani, Zenn. Mitsch. Bipont. Wetzcl. Wakef. et Kidd.*—24 Bentl. ex Acronis verbis, ‘maxilla metuendus,’ conj. *horribilisque*. ‘At quam debile hoc! attamen

## NOTÆ

Thraciæ populi ; et Bistonides mulieres ibidem sacra Baccho facientes. Est et Bistonia urbs prope mare, hodie *Bouron* dicta.

21 *Tu, cum parentis, &c.*] Quin et præclare a te in bello gesta celebrabo. Tu enim, Bacche, opem Jovi patri tuo egregiam operamque navasti, quando impie tentarunt Gigantes cælum scandere, montes montibus imponendo. Tum siquidem assumpta leonis specie, unguibus et dentibus decertando, Rhætum aliosque vicisti, dejecisti, profligasti. Leonis pelle indutum pugnasse Bacchum aiunt alii, leoninaque audacia : quod quidem minus fabulosum. Diodor. vero pardorum pellibus usum refert.

25 *Quanquam, choreis aptior]* Duo

extitere Dionysii, inquit Diodor. Sicul. v. 1. Prior senex promissa barba, ex veteri more. Alter juvenis, speciosior, et deliciosus. Is Satyrorum saltatione, risu, et joco delectabatur. Omnes etiam qui in exercitu musicis exercerentur, immunes fecit. Hæc Diod. Ex quibus mollities Bacchi notatur, qui etiam in Indiam duxerit exercitum mulierum et delicatarum hominum tripudiis et cantionibus operam dantium. Lucian. in Dial. cui titulus, ‘Dionysus.’ Diodor. cit. &c.

*Aptior et jocis Ludoque dictus]* Huc pertinet, quod vulgo circumfertur adagium : ‘Sine Cerere et Baccho friget Venus.’

27 *Idem Pacis eras mediusque belli]*

Ad utrumque pariter, seu ad pacem

Te vidit insons Cerberus aureo  
Cornu decorum, leniter atterens  
Caudam, et recedentis trilingui  
Ore pedes tetigitque crura.

30

*cornu insignem, movens caudam leviter, et regredientis pedes cruraque triplici lingua et ore delinxit.*

//////////

ita Cuning. et aute utrumque Bochart. Hieroz. III. 2.' Jani.—29 *Cerberos* Cuning.—31 *Caudam, recedentis* unus Bersmanni, et Dess. 1. *Caudam recedenti, et trilinguo* var. lect. ap. Jones.

## NOTÆ

sanciendam, seu ad bellum movendum, paratus et accommodatus. Diodor. cit. loco: 'Quidam duplicem ei formam attributam volunt, quoniam ebrietas et iracundos efficiat et hilares.' Medium belli pacisque 'communem' interpretatus sum, ex eo loco Ovid. Met. XIII. 397. 'Litera communis mediis pneroque viroque Inscripta est foliis.'

29 *Te vidit insons Cerberus*] Cum ad Inferos denique descendisti, Semelen matrem, vel, ut alii narrant, Ariadnen conjugem inde reducturus, nedum tibi nocuerit Cerberus, immo tuum numen reveritus est, cauda leniter mota blandiens, tibias etiam et pedes lambens. De Cerbero plura ad Od. XIII. hujus libri, sub finem.

*Aureo Cornu decorum*] Cornua tribuuntur Baccho, quod immoderate bibentes quemlibet obvium ferire soleant. Unde et tauro similem faciunt, quod, perinde ut ille, bibaces sint iracundi et petulci: teste Athenæo lib. I. Non ita videtur ad rem quod ex eodem Athenæo afferunt quidam, cornua pro poculis fuisse olim: nec quod, ex Diodoro, lib. IV. primus ille terram junctis bobus exercuerit: multo minus quod idem alibi ait, cornutum dici Bacchum, ob acumen in excogitandis rebus ad vitam utilibus.

Ceterum Sacros Moysis Libros haud Ethnicis Auctoribus incognitos fuisse,

alibi quidem annotavimus: inde vero pleraque veri Dei miracula expiscatos imitatosque fabulatores falsis numinibus et heroibus suis affinxisse, sciolus quisque vix ignorat. At cum id abunde probet et ostendat vel una hæc Ode, non est leviter prætermittenda, quin rem penitus excutiamus, atque paulo otiosius inspiciamus et perscrutemur. Enimvero quanta et quot attribuuntur Baccho, quæ vel Noachi sunt, vel ipsius Moysis? Singula perstringamus: quorum plurima tamen alii non absurde jam protulerunt, occuparuntque. Bacchus inventor viii, vitesque plantare docuisse jactatur. Diodor. Sicul. V. 1. Atqui hoc longe verius Noacho vindicatur, Genes. IX. 20. ubi et inebriatus ille et nudatus in tabernaculo suo, nec non majori filio ludibrio habitus refertur: quæ ad Bacchum transtulere fere omnia.

Bacchus in sylvis et rupibus Satyris et Musis documenta varia tradidit. Noachus post Diluvium, devastata ac in solitudinem redacta terra, de cultu Dei præcepta hominibus sedulo inculcavit.

Bacchus amnes et mare flexit: Noachus aquarum eluvionem arca evasit, superavitque.

Bacchus Gigantes Jovi bellum moventes expugnavit. Noë Chamio filio impie se colendum Numinis instar

## NOTÆ

exhibenti, posterisque ejus idololatris vel atheis, fortiter repugnavit.

Bacchus pacis bellique medius et arbiter extitit: Noë sequester et conciliator Deum inter et homines audire meruit: 'Non erunt ultra aquæ Diluvii, ad delendum universam carnem.' Item: 'Ponam arcum meum in nubibus, eritque signum fœderis inter me et inter terram.' Genes. ix. 11. et 13.

Quod si Moysen, Josuen, et quæ ad eos pertinent, conferamus cum iis quæ Baccho assignat Horatius, eadem prope esse agnosceamus. Moyses in monte Sina acceptas Dei leges populo Hebræo perfert. Bacchus in rupibus Satyros et Nymphas docet.

Bacchi 'thyrsus' quid aliud, quam 'virga' Moysis? Per hanc patrata certe prodigia, per illum similiter facta mentiti sunt. 'Vini fontem,' 'lactis rivos,' 'mel stillans,' quis non intelligat ficta, vel ex promissa Hebræis terra lacte et melle mananti, vel ex erutis e silice per Moysen aquis? Virga Moysis in serpentem versa, et sine damno apprehensa, serpens item ænens in deserto jussu Moysis erectus, Exod. iv. &c. nonne locum dederunt 'viperis' et anguibus Baccharum 'crines' implicandi 'sine fraude' quidem et 'coërcen-

di?' Jam domita Baccho 'flumina' ipsumque 'mare' vel lippientibus ostendunt Jordanis marisque Rubri sicco vestigio transitum, ducibus Moyse et Josuë. 'Disjecta' vero 'Pentheï tecta,' 'Lycurgique' fatale 'exitium,' adumbrant satis clare urbes deletas, Reges victos gentesque fractas ab Israëlitis, Deo suffragante et opitulante. Denique Gigantes et potentes a sæculo viri famosi, Genes. cap. vi. et monstra filiorum Enaci de genere giganteo, Num. xiiii. 34. necnon Turris Babel, Genes. cap. xi. gigantomachiam, cœlique per arduum oppugnationem fabulosam peperere.

Cornutum vero Bacchum dixere, juxta id quod Exodi xxxiv. 29. et seq. legitur, de cornuta Moysis facie, seu duplici luminis radio conspicua, ex consortio sermonis Domini, quam Israëlita quidem non sine metu ac stupore animadverterunt.

Adde, si lubet, Bacchi descensum ad Inferos, ac reditum incolumem, imaginem videri genninam Moysis in monte nebuloso dies quadraginta commorantis, quem omnium opinione mortuum cum rursus viderunt Israëlita, velut ab Inferis reducem ac redivivum exceperunt.

## ODE XX.

## AD MÆCENATEM.

Horatius in cycnum versus universum orbem volatu lustrat.

' Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu

Faxit: Cur? volito vivu' per ora virum.'

Epitaphium Ennii ap. Cic. Tusc. I. 15.

(Circa hujus Carminis argumentum se ipsum quodammodo superasse Harduinus hic videtur. 'Prosopopœia, inquit, hæc est Christi triumphantis et Judæos alloquentis statim ac resurrexit.' Nolumus hæreseos crimen impingere ex Prosopopœias appellatione, multo minus refutare mirificam sententiam; sed paucula modo decerpere de interpretatione. 'Biformis' hic vocatur Christus, 'quia simul in forma Dei et in forma servi.' Ad vs. 9. 'Allegoriæ, inquit, pars altera sequitur, quæ Fratres Prædicatores sancti Dominici alumnos egregie commendat. Vaticinatur enim Christus, se illis præconibus Evangelii sui . . . per complures orbis provincias volaturum'—'alitem album' interpretatur candida veste indutum.—Quæ 'residunt pelles cruribus asperæ,' ocreas intelligit, quibus equitans Dominicanus crura tegit.—Ohe! jam satis est: qui valido stomacho est, potest librum adire. Clauditur annotatio ad hanc Oden ita: 'Aut nihil in ullo ænigmate video' (quis hoc suspicetur de viro, qui tot nummorum ænigmata solvit, viditque quod nusquam erat?) 'aut indubitata hæc nostra interpretatio debet videri ingeniosissimæ, ut nunc quidem arbitror, omnium Odarum Pseudo-Horatii. Quam si quis contendat annis haud paucis scriptam fuisse post alias plurimas, neque horum collectionem Carminum lucem aspexisse ante annum circiter 1250. haud gravate assentiar.' Gesn.)

## NON usitata nec tenui ferar

*Nec solita nec levi per aëra fluentem ala vehar ego Poëta duplici forma pollens.*

Ode decima tertia Libri tertii in Ed. Sanad. *Nec usitata* quidam codd. *nec tenui* omnes fere codd. ita certe Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. et edd. vett. sed ex Bentleii Regim. et Petrens. Bentl. Cuning. Sanad. Sivv. Jani, Bipont.

## NOTÆ

Metrum idem quod supra 1. Od. 9.  
1 *Non usitata, &c.*] Scaliger Poët. lib. VI. Oden hanc ait 'magni spiritus, et tanto dignam ingenio.' Se suosque versus immortales futuros præ sagit Horatius, atque suo nomine et fama implendum orbem totum gloriatur. Quo si quis offendatur, summis quibusque Poëtis magna de se,

nec omnino sine causa, jactare solitis succenseat necesse est. Paulo certe audacius canebat et vaticinabatur Ovid. Met. xv. 871. 'Jamque opus exegi, quod nec Jovis ira, nec ignis, Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.'

*Nec tenui ferar Penna*] Non tenui aut fragili volatu, qui dissolvatur, et

Penna biformis per liquidum æthera  
 Vates; neque in terris morabor  
 Longius; invidiæque major  
 Urbes relinquam. Non ego pauperum 5  
 Sanguis parentum, non ego, quem vocas,

*Nequaquam in terris manebo diutius: invidiæque superior deseram civitates. Ego proles majorum inopum, ego quem appellas, curissime, o Mæcenas, haud moriar:*



Mitsch. Wetzel. et Kidd. edidere *non tenui*.—2 Alt. 2. Lips. 1. a m. sec. et Harl. 2. *per liquidum æra*.—3 Plures codd. Torrentii, unus Bersmanni, Dess. 2. Brod. Harl. 1. et Bentleii Græv. Regin. Magdal. Galens. et Bodl. *in terra*. ‘Sed vulgatum magis poëticum.’ Jani. *in terras* edd. vett. ap. Gesner.—5 *Urbem* Alt. 2. ‘Locus hic doctissimos exercuit Interpretes, et summos vexavit criticos. Bentleius torquet se mirum in modum, neque se satis expedit. Certe ab Horatii manu sic profectum esse, ut vulgo legitur, nemo sanus crediderit. Quid enim? Nonne Latinis auribus insolitum: *quem vocas sanguis pauperum parentum?* et cur inepta illarum vocum, *Non ego* geminatio fiat, ratio nulla videtur. Age! sagaci conjectura tentemus locum. Lego: *Non ego, p. Sanguen p. nobile quem vocas, &c.* Vide Hor. 1. Epist. 20. 10. *Sanguen* antiquo more genere neutro dixit Poëta, ut Lucret. 1. 837. Vid. Gifan. Ind.’ *Jever ad Lucan.* 1. 331. Josephus Fowke Calcuttensis *vocas* interpretatur ‘revocas,’ sc. e cælo, ab æthere, probantibus VV. DD. Sam. Johnson. et Wakef. Vid. Francis. ed. ult. Lond. 1807. *quam vocas* Mentel. *quem vocas Dilecte*, Acr. Comment. Cruq. Lamb. Asc. Marcil. Cruq. Heins. Dacer. Cun. Benth. et Kidd. ‘Et quis non natura feratur ad jungenda *dilecte M.* — *non ego quem* (h. quenquam) *vocas*, sequi me poscens, emend. Cl. Sivr. Mæcenatem idem, quod supra XVII. 10. Horatius, sacramentum dixisse; quo eum h. l. solvat Poëta. *quem vocant* (obtrectatores np. sanguinem p. p.) conj. Benth. et recep. San. *quem notant*, h. vituperant, conj. Klotzii Lectt. Venus. p. 277. Non opus his omnibus.’ Jani. ‘Locus difficillimus, in quo non me expedio. Si Nodelli conj. quam Schradero probavit, *non ego, quem fores*, codicis unius consensu confirmetur, textus, meo saltem judicio,

NOTÆ

brevi cadat, famamque meam perire sinat. Ovid. Met. xv. 875. ‘Parte tamen meliore mei super alta perennis Astra ferar, nomenque erit indelebile nostrum.’

2 *Penna*] Alæ naturam commune quidpiam cum Deo habere, asserit Plato in Phædro.

*Biformis*] Lyricus Vates atque Satyricus, inquit plerique. At videntur alii sapere plusculum, sic interpretantes; paulo ante homo, jam vero cygnus: bina forma præditus, humana et cynea.

4 *Invidiæque major, &c.*] Plutarch.

de invidia et odio, ut Sol, inquit, supra verticem extans aut umbram adimit, aut certe parvam facit; ita summa felicitas comprimit invidiam, quasi supra caput ejus consistens.

5 *Pauperum Sanguis parentum*] Obscuro loco natus, avo nempe liberto, patre libertino.

6 *Quem vocas, Dilecte*] Sic interpunge sedulo: id est, quem tibi dilectum vocas, pro tua in me animi propensione, o Mæcenas, qua me ignobilem et humilem prosequeris, exornas, beas. Mæcenatis in Horatium morte sublato naniola erat: ‘Lu-

Dilecte Mæcenas, obibo;  
 Nec Stygia cohibebor unda.  
 Jam jam residunt cruribus asperæ  
 Pelles; et album mutor in alitem 10  
 Superna; nascunturque leves  
 Per digitos humerosque plumæ:  
 Jam Dædaleo ocyor Icaro

*nec Stygia palude coërcebor. En modo tibiis increscunt pelles scabræ; atque in avem candidam transformor secundum superiores partes; et plumæ tenues exoriuntur in brachiis et scapulis. Nunc ad litus Bospori frementis, et Libycas Syrtes,*

//////////

melius procedit.' Kidd.—9 *Jam jam resident* codd. Bersmanni.—11 '*Superne* omnes Lamb. Cruq. Torr. et Pulm. Mentel. Lipss. Altt. alii; item vett. editt. Fabr. Bentl. et Sivr. Sed cum nolo monere, ultimam in *superne* plane contra auræ ætatis poëtarum consuetudinem corripit (licet antiquior usus in eo liberior fuerit; ut Lucret. vi. 543. 596.); tum *Superne* prorsus humile et prosaicum est. Multo aptius et doctius (etiam ex eleganti Græcismo) *superna* Muret. ex libb. antt. Bentleii Zulich. Heins. Fab. Rutg. Steph. Dacer. Cun. et San.' Jani. *Superne* Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. alii multi, cum edd. Bond. Delph. Baxt. Gesner. Wetzel. Comb. et Kidd. *Superna* Schrevel. Jani, Bipont. Mitsch. et Wakef.—13 *Quidam libri vett. teste Lamb. ociorque; unde quosdam conjecisse dicit, Dædaleoque ocyor; Bentleii Leid. item Mentel. Lips. 1. et Dess. 1. notior vel nocior; Bentl. conj. tutior; et sic Sanad. Sivr. et Wakef. lator, sive cautior conj. Withof. ornator conj. ap. Jones. 'Offensi sunt VV. DD. cum hiatu Dædaleo ocyor; cujus tamen exempla satis multa in Horatio et Virgilio: tum quia mali ominis sit exemplum Icaro, il-*

#### NOTE

gens te, mea vita, nec smaragdus, Beryllos neque, Flacce, pernites, Nec mi candida margarita quæro,' &c.

8 *Nec Stygia cohibebor unda*] Id est, non moriar, nec proinde in Inferis detinebor aut coërcebor. Ovid. Met. xv. 877. 'Quaque patet domitis Romana potentia terris, Ore legar populi; perque omnia sæcula fama, Si quid habent veri vatum præ-sagia, vivam.' Vide supra, Od. xiv. 8. De 'Styge' dixi i. Od. 34. 10.

9 *Jam jam residunt cruribus, &c.*] Sentio me transformari in cycnum: jamque meis tibiis humana carne et cute spoliatis succrescunt pelles asperæ, quales sunt in cruribus cycnorum.

10 *Album mutor in alitem*] Ex Pythagoræ sententia loquitur Horatius. Aiebat ille Poëtarum animas transire in canoras aves: ac vicissim lusciniarum et cycnorum animas Poëtis im-mitti. Porro cycnos ut et Poëtas in tutela esse Apollinis creditum est. Unde cycni appellantur boni Poëtæ, mali autem aseribus comparantur. Cic. Tusc. i. n. 73. 'Cycni non sine causa Apollini dicati sunt; sed quod ab eo divinationem habere videantur, qua providentes quid in morte boni sit, cum cantu et voluptate moriantur.' Virgil. Eclog. ix. 'Vare tuum nomen... Cantantes sublime ferent ad sidera cycni.' Infra Noster de Pindaro, iv. Od. 2. 'Multa Dircaum levat aura cycnum.'

Visam gementis littora Bospori  
 Syrtesque Gætulas, canorus 15  
 Ales, Hyperboreosque campos.  
 Me Colchus, et qui dissimulat metum  
 Marsæ cohortis Dacus, et ultimi  
 Noscent Geloni; me peritus  
 Discet Iber, Rhodanique poter. 20

*regionesque Boreales pergam, factus avis canens suaviter, velocior autem Icaro Dædali filio. Me Colchus, Dacusque Italum exercitum simulans non timere, atque extremi celebrabunt Geloni. Me cognoscat doctus Hispanus, et qui bibit aquas*

ludque augurium celeritatis notione non tollatur.' Jani.—14 Brod. *dementis*, pro *gementis*. Vide III. Od. 4. 30. Sed est contra metrum.—17 *Colchis* Brod. et qui d. m. *M. cohortis* Dacer. et Saad. de Parthis accipiunt, et distinguunt a Daco.—19 Broukhus. ap. Cuning. emend. *me perustus*; var. lect. ap. Jones. *me petitus*.—20 *Yber, Hyber, Hiber* variantes ap. Jani. Etiam Bentl. ejusque asscla Kidd. *Hiber*. Sed vide Cellar. Orthogr. Lat. ed. Har-

NOTÆ

13 *Dædaleo ocyor Icaro*] Id est, non ego temere volatum tentabo, velut Icarus, neque pennas assumo fictitias et ascititias. De Icaro ejusque patre Dædalo, I. Od. 3. sub finem.

14 *Visam gementis littora Bospori, &c.*] Barbaris etiam populis et regionibus innotescam: meaque poësis ad remotissimas orbis partes celebris erit. De Bosporo, supra, Od. XIII. 14.

*Gementis*] Illic enim horrendum stridet ac fremit mare angusto coarctatum spatio, et ad comprimentes ripas fluctus alliduntur ac gemunt.

15 *Syrtesque Gætulas*] Ad Africæ littora. Vide I. Od. 22. 5. Gætulia regio Libyæ circa Syrtes: de qua I. Od. 23. 10.

*Canorus Ales*] Cyni more, canens dulciter. Sitne vero fabulosus iste cantus, disserui ad Juvenalem.

16 *Hyperboreosque campos*] Ad Polium Arcticum, ultimumque Septemtrionem; quasi ultra Boreæ flatus et originem. Vide I. Od. 22. ad penultimam strophen Not.

17 *Me Colchus*] Asiæ populus ad oram Euxini maris Orientalem. Ea regio vocatur hodie *Mengrelia*.

*Qui dissimulat metum*] Ista periphrasi videtur Horatius indicare Parthos, de quibus vide Not. I. Od. 19. 12. Quidam tamen referunt ad sequentem vocem, *Dacus*.

18 *Marsæ cohortis*] Vel per Synecdochen Marsos pro Italis ponit, vel potius illos præ ceteris nominat, quod in bello erant 'genus acre virum,' ut vocat Virgil. Georg. II. 167. Marsi Italiæ populi fuere, ubi nunc est pars Aprutii ulterioris, juxta lacum Fucinum: nomenque regiuncula conservat adhuc, Marsi Ducatus titulo insignita.

*Dacus*] Gens vicinam Danubio regionem incolens, Transylvani, Moldavi, &c.

19 *Geloni*] Scythiæ populi ad fluvium Boristhenem, a Gelono Herculis filio cognominati. De illis jam supra Od. IX. vs. penult. Intelligi possunt etiam Scythæ remotissimi, de quibus I. Od. 19. 10.

Absint inani funere nœniæ,  
 Luctusque turpes et querimonïæ:  
 Compesce clamorem, ac sepulcri  
 Mitte supervacuos honores.

Rhodani. *Apage cantus lugubres inutilibus exequiis, fletusque indecoros, et querelas. Comprime ejulatus, et prætermitte vana tumuli ornamenta.*



les. tom. i. p. 254.—21 *Absint inanes* conj. With. *nœniæ* multi scribunt h. l. etiam Sanad. Sed scripturam *nœniæ* major virorum doctorum pars vindicavit et prætulit. Vid. Cellar. Orthogr. Lat. ed. Harles. t. i. p. 297.—22 *Luctusque, turpes et qu.* Sivr. *L. turpes; et querimonïæ Compesce clamorem* Sanad.

#### NOTÆ

*Peritus Iber*] Hispaniæ populus ab Ibero seu Rege, seu fluvio dictus.

*Peritus*] Literarum studiosus, variaque instructus doctrina. Alii referunt ad navigandi peritiam.

20 *Rhodanique poter*] Lugdunenses Gallos innuit et designat, apud quos facundiæ certamen erat; cujus meminit Juvenalis Sat. i. 44. 'Palleat,' inquit, 'Ut Lugdunensem Rhetor dicitur ad aram.' Rhodanus fluvius Galliæ præcipuus, apud Helvetios scaturiens, per lacum Lemanum tam rapide fluens, ut suas non coinquinat aut permisceat aquas: Genevam aluit: Galliam a Sabaudia, Delphinatum a Bressia discernit: ad Lugdunum excipit Ararim amnem, Isaram autem ad Valentiam et Vivarium: Occitaniam inter et Provinciam ad Avenionem perlabitur: inde vero non procul, Druentia fluvio auctus Arelatem adit. Demum ostiis quinque ma-

re Mediterraneum ingreditur. Rhodani magnitudinem commendat M. Varro, nec inferiorem Istro prædicat, apud Gell. x. 7.

*Absint inani funere nœniæ, &c.*] Funus velut inane, nœnias, luctus, et querimonias ut turpes viris, denique sepulcri honores tanquam supervacuos respuit, quippe vivens immortalisque futurus: quibus expressit Ennii Epitaphium ita de se ominati: 'Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu Faxit. Cur? Volito vivu' per ora virum.'

*Nœniæ*] De his supra Od. i. ad finem.

23 *Sepulcri Mitte supervacuos honores*] Plane loquitur ex mente ipsius Mæcenatis, cujus hæc apud Senec. Epist. 92. refertur sententia: 'Nec tumulum curo. Sepelit natura relictos.'



# EXCURSUS

## AD CARMINUM LIB. II.

---

---

### EXCURSUS I.

AD OD. XII.

DE LICYMNIA.

**M**AGNA sunt et atrocia bella gesta inter Horatii Intpp. de hac Licymnia ; quæ causa licet parum profecto momenti habeat, tamen opus est recte de illa judicare posse adolescentem. Qua eadem de re, quod non solemus alias, varietates librorum in nomine puellæ accuratius percensuimus. Acerrime enim contendit Dacer. (post T. Fabrum, Epist. II. 54.) scribendum esse *Liciniam* ; nam cum pro *Licinius* et *Licina* etiam *Licinnius* et *Licinnia* scripserint, hoc Horatio veniam dedisse producendæ syllabæ *ci*. Sed cum soli seriores scriptores Græci, ut Dio, *Λικίννιον* dicant, illi ex Augusteo sæculo, vel ante illud, ut Polybius, Dionysius Halic. semper *Λικίνιον*, nec nomen Latinorum Græci arbitri potius esse possint, quam Romani ; facile refutatur Dacerii lectio.

Sed gravior etiam lis est de ipsa Licymnia. Plurimi fuerunt viri docti, qui significari putarent Terentiam, Mæcenatis uxorem. In his sunt Lambin. Cruq. Marcil. Mancinell. T. Faber, Bentleius, Dacer. Gesner. et nuper J. F. Schmid. et Sivrius, viri clarissimi. Et jam olim fuisse, qui id suspicarentur, intelligitur ex Acrone ad vs. 13. ‘Licymnia aut uxor Mæcenatis, aut ipsius Horatii amica.’ Et clarius etiam idem Acron ad I. Sat. 2. 64. ‘*Villius in Fausta*] Semper incerta nomina pro incertis, ut alibi : ‘Me dulcis dominæ Musa Licymniæ’ pro ‘Terentiæ :’ et : ‘Malthinus tunicis demissis ambulat,’ pro ‘Mæcenas :’ et hic : ‘*Villius in Fausta*,’ pro, ‘*Annius in Fausta* :’ eodem numero syllabarum commutationem nominum fecit.’ Hic, nisi me omnia fallant, primarius fundus est illius virorum doctorum sententiæ. Hæc ratio etiam, cur Dacer. tam pertinaciter *Liciniam* legi velit, putans, Terentiam illam, quia frater Licinius Varro Muræna audierit, et ipsam Liciniam dictam fuisse. Sed non videt, quam id parum firmum sit, ac, etiamsi auctoritate confirmaretur, quam parum tunc dici posset nomen fictum pro vero posuisse Horatius.

Jam, ut ad rem veniamus, ipsorum, quos diximus, virorum doctorum quibusdam in mentem venit gravis de Terentia dubitatio. Eam enim constat formosissimam quidem, sed et morosam admodum elatamque fuisse ; continuas inter ipsam et maritum fuisse lites ; sæpe eam ab hoc repudiatam, sed, cum

desiderium absentis ferre non posset, semper domum reductam esse. Unde Mæcenatem ait Seneca de Provid. c. 111. 'Amoribus anxium morosæ uxoris quotidiana repudia deflevisse,' tum Epist. cxiv. 'Millies uxorem duxisse, quam unam habuerit.' Qua re commoti viri docti sumere coguntur, vel desponsam eam Mæcenati eo tempore fuisse, vel nuper nuptam, vel post divortium reductam. Itaque, cum soliti essent poëta, pro veris nominibus ficta æquali syllabarum numero et quantitate substituere, ut Lesbiam pro Clodia, Perillam pro Metella, Cynthiam pro Hostia; tum pro Terentiæ nomine ab Horatio Licymniam positam esse, cum hoc Carmen in vulgus ederet.

Argumenta, quibus hæc opinio confirmari soleat, hæc fere sunt. Primum, quod vs. 13. dicatur 'domina;' sed ad id non opus est respondere. Deinde, quod versus 17—20. non cadere possint in libertinam (qualis tamen fuerit Licymnia necesse sit, si pro Horatii amica habeatur); nam in sacris solennibus non nisi ingenuas virgines et matronas saltasse: quem in finem Bentl. laudat Horat. A. P. 232. iv. Od. 6. 31. Omnino ex his agnoscamus, quod facile per se intelligitur, a religiosioribus ac solennioribus saltationibus, in Urbe inprimis, exclusas fuisse libertinas; sed quid tandem cogat nos credere, iis omni omnino festa dierum lætitia, etiam minus sacra, quæ et in Urbe, et ruri, ac in nemoribus ageretur, carendum fuisse? Hoc nobis nemo obtrudet. Accedit, quod ex Augusti historia constat, libertos multos magna apud illum gratia valuisse, atque adeo provinciarum procuratores ab eo esse factos. Talis hominis filiam aut sororem quis ausus fuerit ab ejusmodi solennibus remove? Denique urgent inprimis hoc, quod a vs. 21. aperte ipsius Mæcenatis amica intelligenda sit. Sed nolo repetere jam dicta in Obs.

Verum etiam ostendere volebamus, quam parum sibi constare posset universa descriptio Carminis, si de Terentia acciperetur. 'Non possum res heroicæ et grandes canere. Victorias Augusti tibi, Mæcenas, relinquo celebrandas. Ego tantum celebrare possum uxorem s. amicam tuam.' Quid minus aptum cogitari possit tali sensuum nexu? Et nonne profitetur Horatius universa Carminis conversione, se amare Licymniam? Nonne id docent teneri ac molles modi, quibus eam cecinit? Quis tam acutus est, qui amatorem a Poëta discernere possit? Profecto, si quid ego video, Poëta parum prudens erat parumque urbanus, qui ad Mæcenatem, amore Terentiæ flagrantem, hoc modo scriberet. Denique illud festivum prope sit et subridere nos cogat, quod (si sequamur illam opinionem) Horatius res magnas, quas ipsum canere vetet Terentiæ pulchritudo, eas Mæcenatem amatorem celebrare jubeat, vs. 9.

## EXCURSUS II.

## AD OD. XVII. Vs. 17. Sqq.

CUM magnam vim in res humanas sideribus, præcipue iis, quæ in zodiaco sunt, et planetis, tribueret veterum superstitio; tum omnia fata hominis, ac tempus mortis ejus, putabat constitui ac definiri inprimis eo sidere, quod eo momento, quo quisque nasceretur, surgeret sive emergeret; tum etiam eo, quod isti primario astro vel proximum ac vicinum esset ('conjunctionem' vocabant), vel distaret ab eo sexta, quarta, tertia cæli parte (unde 'triangula' et 'quadrata' dicta), vel denique 'diametrum' illi seu e regione oppositum esset. In planetis etiam multum valebat, in quo zodiaci signo tum versarentur. Nam singulo suum signum attributum erat, in quo constitutus maximam vim haberet, ut Veneri Libra, Saturno Capricornus, Marti Scorpius, &c. quæ dicebatur 'domus' planetæ. His omnibus junctis et inter se comparatis efficiebatur 'genesis,' hora, genitura, sidus natalitium; ejusque observatio et comparatio, a mathematicis, seu genethliacis, instituta, 'horoscopus,' horæ notatio et inspectio, dicebatur.

Jam cum prospera et salutaria essent alia (*ἀγαθοποιῶν ἀστέρες*), ut Taurus, Libra, et ex planetis Jupiter, Venus, Luna, alia noxia et infesta (*κακοποιῶν ἀστέρες*), ut Scorpius, Capricornus, Saturnus, Mars; tum horum vis pestilens frangi et mitigari credebatur conjunctione vel oppositione salutarium; ut, quæ ab illis mala seu pericula immittereutur, ex iis eriperet felicemque exitum daret horum beneficentia. Quo fiebat, ut e conjunctione seu oppositione noxiorum et salutarium siderum, et utrorumque vi utrimque temperata, felicissima sæpe genesis exire putaretur; quale de Augusti horoscopo, qui sub Capricorno natus esset, constat e Sueton. Oct. 94. Cf. super omni hac re Cic. de Divin. II. 89. Juvenal. VI. 552. sqq. et, qui inprimis fuse omnia persequitur, Manil. III. 160. sqq. IV. 122. sqq. 294. sqq.

# Q. HORATII FLACCI

## CARMINUM

### LIBER III.

---

---

#### ODE I.

Horatius, Stoicæ philosophiæ sacris initiatus, humana negotia atque studia ludibrio habet, et ut vulgi deliramenta ingenti animo spernit, parvo rure et continentia sua beatus. (Primam hujus Carminis strophem prologum Carminum Sæcularium facit Sanadonns, ingeniose magis, quam probabiliter. Est hæc potius præfatio libri tertii constanti ætate scripti ab Horatio, cujus non modo prima Carmina sunt severa et religionis plena, sed reliqua etiam nihil habent, quod non virginibus puerisque commendari debeat: ipsi autem primæ Odæ vel maxime hoc exordium convenit: quod dicit, 'non prius audita,' negat extare Latina Carmina lyrica ejus argumenti, ut iv. Od. 9. 2. Gesn.) (Non hominibus corruptis et veræ sapientiæ expertibus scribo Carmina, sed pueris et puellis castis. Reges potentes imperio Jovis potentissimi sunt subjecti: hominibus agri amplitudine, nobilitate generis, moribus, gloria, et gratia inter se discrepantibus eadem moriendi necessitas est. Ergo qui mortis metu terretur, eum nec dapes lautissimæ nec soni musicæ tranquillum reddunt. Illa animi tranquillitas non abest ab hominibus tenuis sortis et vitæ rusticæ. Qui enim paucis est contentus, is nec timet maris tempestatem, nec grandinem, nec agri sterilitatem. Villæ magnifice exstructæ non liberant a mortis metu, qui semper et ubique animum impotentem urget. Quod si nec ædificia magnifica, nec vestes purpureæ, nec vina optima, nec unguenta Persica morbo animi medentur, ego meo agello in Sabinis contentus divitias non sectabor. Zeun.)

#### ODI profanum vulgus, et arceo :

*Imperitum vulgus aversor atque amoveo. Obsecundate ore: Musarum ego antis-*

~~~~~

Quatuor primi versus Odes hujus primam partem Carminis Sæcularis, sive Odes vigesimæ Libri quarti, constituunt in Ed. Sanad. Vide Argum. Epigraphie in Ascens. Locher. et Venett. *De hominum variis curis, variaque fortuna, et æqua morte*; in aliis, *Ad indoctos*; item, *Ad chorum virginum et puero-*

Favete linguis ; carmina non prius

NOTÆ

Metrum idem quod 1. Od. 9.

1 *Odi profanum*] Quod Persius sub finem Satiræ primæ, hoc Odes hujus initio præstat Horatius. Nimirum quibus scribat, et quos lectores velit, uterque imperiose statuit. Est igitur prima strophe velut præmium gravissimi Carminis gravissime quidem tractati, documenta pleraque ad mores pertinentia continentis. Certe in hujus et sequentis libri Carminibus potissimum enitescit illa, quam laudat Petronius: 'Horatii curiosa felicitas.' Audiatur hic Scaliger hypercritic. Tertiæ libri Ode prima 'magnifico dicendi genere structa est:' et postea: 'sequuntur Carmina plena sapientiæ, numerosa, ardua.' Secunda Ode pariter altiloqua: 'tertia gravissima: quarta nec Pindaro cedit, ac ne quinta quidem. Quin sexta quoque altissime sonat,' &c. Hæc ille.

Profanum vulgus] Orpheus: *Φθέγγομαι οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας δ' ἐπιθεσθε βεβήλοις.* *Loquar quibus fas est, at fores occludite profanis.* Arcet vulgus indoctum et rude utpote Musarum sacris haud initiatum. Solennis erat sacrorum formula, quam habet Virgil. *Æneid.* vi. 258. 'Procul, o procul este, profani.' Callimach. *ἐκάς, ἐκάς, ὅστις ἀλιτρός.* In Petronii Satyrico, Eumolpus ita præcipit: 'Effugiendum est ab omni verborum, ut ita dicam, vilitate: et sumendæ voces a plebe summotæ, ut fiat, odi profanum vulgus et arceo:' quibus verbis explicari, quid voluerit Horatius per 'vulgus profanum,' bene monet Cruq. A. Gell. ad finem lib. ult. sic ait: 'Commentariis his legendis dabo legem, ut ne ea attingat, neve adeat profestum et profanum vulgus a ludo musico diversum.' Apud Macrob. in *Sonn. Scip.* 1. 2. Philoso-

phia ex fabulis quædam abs se abdicat, ac 'velut profana ab ipso vestibulo sacræ disputationis excludit.'

2 *Favete linguis*] Vox in sacris olim usitata, qua silentium imperabatur. Et certe nihil est, quo reverentiam numiis aptius aut amplius liceat protestari, quam profunda illa taciturnitate atque attentione animi ad divina quasi stupentis. Huc facit Psalm. *LXIV.* 1. Interpretatio sancti Hieronymi ex Hebræo: 'Tibi silentium laus Deus in Sion.' Aristophanes: 'Linguis faveat omnis populus ore clauso: ædes enim ingressus est Musarum cætus.' Seneca de *Vita Beata*, cap. 27. 'Hoc verbum, 'favete linguis,' non ut plerique existimant, a favore trahitur; sed imperatur silentium, ut rite peragi sacrum possit, nulla voce mala obstrepente.' Quæ postrema verba favent iis, qui interpretantur: bene precamini; cavete ne quicquam loquamini infaustum et mali ominis. Cic. de *Divin.* 1. n. 102. 'Non solum Deorum voces Pythagoræi observaverunt, sed etiam hominum, quæ vocant omina. Quæ majores nostri, quia valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, fortunatumque sit, præfabantur: rebusque divinis, quæ publice fierent, ut faverent linguis imperabatur.' Festus: 'Faventia bonam ominationem habet: nam præcones clamantes populum sacrificiis favere jubebant. 'Favere' est 'hona fari.''

Carmina non prius Audita] Nova, Lyrica scilicet, a nemine Latinorum lactenus, saltem exacte, facta. In hujus libri ultima Ode pariter gloriatur: 'Princeps Æolium carmen ad Italos Deduxisse modos.'

Audita Musarum sacerdos
 Virginibus puerisque canto.
 Regum timendorum in proprios greges, 5
 Reges in ipsos imperium est Jovis,
 Clari Giganteo triumpho,
 Cuncta supercilio moventis.

tes inauditos antea versus cano puellis ac juvenibus. Reges metuendi suos in populos. ipsos autem in Reges potestatem habet Jupiter, victis gigantibus inclutus, omnia



rum.—5 Hic incipit Ode decima quarta quinti Libri in Ed. Sanad.—6 Deest verbum *est* in uno Bersm. et Dess. 1. *est Jovi* unus Fabr. et unus Bersm. improbante Jani.—7 Cuning. *triumpho*, et *Cuncta*, &c.—9 ‘*Esto* (h. e. conceda-

NOTÆ

Musarum sacerdos] Bonus omnis Poëta Musarum et Apollinis antistes et sacerdos audit. Virgil. Æneid. vi. 615. de Orpheo: ‘Nec non Threicius longa cum veste sacerdos.’ Ovid. Amor. iii. 8. 23. ‘Ille ego Musarum purus Phœbique sacerdos.’ Tibull. ii. 5. 1. ‘Phœbe, fave, novus ingreditur tua templa sacerdos. Huc age cum cithara carminibusque veni.’

4 *Virginibus puerisque canto*] Velut castis et docilibus, proindeque idoneis tum ad sacra tum ad præcepta morum capessenda. Sic et in Carmine Sæculari ait a Sibyllis moneri ‘virgines lectas puerosque castos Dis... Dicere carmen.’ Et i. Od. 21. ‘Dianam teneræ dicite virgines, Intosum pueri dicite Cynthium.’

5 *Regum timendorum*, &c.] Docet inprimis in quo non sit felicitas statuenda: et quam aberrent qui suprema potestate gaudentem censeant beatum, quod ab aliis timeatur, nullum vero timeat. Enimvero mortaliū nemo quantumvis potens ejusmodi est; cum supra se Deos habeat æqui et iniqui vindices, et Regum perinde, ut hi populorum, cervicibus incubantes. Plaut. Casin. ii. 5. 26. ‘Quasi tu nescias repente ut emo-

riantur humani Joves,’ id est, Reges et Principes.

In proprios greges] Sunt Reges quasi pastores populorum. Psalm. lxxvi. 20. ‘Deduxisti sicut oves populum tuum in manu Moysis et Aaron.’ Et Psalm. lxxvii. 53. ‘Abstulit sicut oves populum suum, et perduxit eos tanquam gregem.’

6 *Reges in ipsos imperium est Jovis*] Sueton. Jul. Cæs. cap. 6. ‘Est in genere et sanctitas Regum, qui plurimum inter homines pollent, et carmonia Deorum, quorum ipsi in potestate sunt Reges.’

7 *Clari Giganteo triumpho*] Apparuit satis quantum Dii hominibus prævaleant, cum Gigantes immani robore superbientes Jupiter debellavit. Vide ii. Od. 12. 19. et Od. iv. hujus libri.

8 *Cuncta supercilio moventis*] Orbem universum nutu unico quatientis. Virgil. Æneid. ix. 106. ‘Annuit, et totum nutu tremefecit Olympum.’ Egregia divinæ Majestatis declaratio; ex Homeri Iliad. A. ἐπ’ ὀφρύσι νεύσε Κρονίων, *superciliis annuit Saturnides*, id est, Jupiter: hinc et concussis comis cælum concussisse ibidem dicitur. Quibus e versibus Phidias aie-

Est ut viro vir latius ordinet
 Arbusta sulcis ; hic generosior 10
 Descendat in Campum petitor ;
 Moribus hic meliorque fama
 Contendat ; illi turba clientium
 Sit major : Æqua lege Necessitas
 Sortitur insignes et imos ; 15
 Omne capax movet urna nomen.

nutu concutiens. Fit ut alius alio spatiosius disponat arbores scrobibus. Ille candidatus in campum Martium nobilior veniat: iste virtutibus et existimatione potior concertet. Huic adsit amplior clientium numerus: at pari jure magnos et parvos obtinet mors: quodlibet nomen urna complectitur et versat. Cui supra sceleratum

//////////

mus) ut conj. Bentl. nam vulgare *Est ut frigere*, et apud Schol. Cruq. esse: '*Est pro sit*' ubi legendum esse apparet: '*Esto pro sit.*' Assentit Bentleio With. laudans i. Ser. 6. 19. Stat. VII. 158. Sed bene habet *Est ut*; ap. Schol. Cr. lege, '*Est pro fit.*' Jani.—10 *Arbusta sylvis* Lips. 4.—11 *Descendit in Campum* Harl. 4. *petitor Moribus: hic melior fama* Locher.—12 *Con-*

NOTÆ

bat Jovis se Olympii simulacrum mira arte effluxisse. Plin. XI. 37. ita scribit: 'Supercilliis negamus, annimus. Hæc maxime fastum indicant.' Ibid. 'Frons severitatis index, ut et clementiæ.' Ammianus Marcell. 'Supercilia velut cornua erigi,' dixit. Vide Cæl. Rhodig. III. 27.

9 *Est ut viro vir, &c.*] Nec eos esse felices putaris, qui ingentibus prædiis, Magistratibus, Palatiis fruuntur. Nam sint quidem alii opulentiores aliis, nobiliores, potentiores, fama celebriores: at nemini propterea mors parcat; omnes æquat, et pariter aufert. Quæ sententia variis est locis apud Horatium, varia ubique dictione expolita. i. Od. I. &c.

Latius ordinet Arbusta sulcis] Vine-ta vel arbusta plantet agro ampliori spatiosiora.

10 *Hic generosior Descendat, &c.*] Ille claritate generis fretus ambiat magistratum, proindeque veniat in Campum Martium, quo ad ferenda suffragia Populus Romanus conveniebat.

Descendat] Erat campus ille inferior urbe collibus inædificata. Adde quod in edito colle spectandum se populo præbebat candidatus, antequam in Campum descenderet. Vide Alex. ab Alex. IV. 3. ubi fuse de comitiis, et de ratione creandorum apud Romanos magistratum.

12 *Moribus hic meliorque fama Contendat*] Alius accedit minus forte domi nobilis, sed virtutum gloria conspicuus; et de eodem honore et magistratu capessendo adversus alterum contendat.

13 *Illi turba clientium Sit major*] Alius potentiam ostendet numerosa clientium turba stipatus, ut ad munera publica evehat.

14 *Æqua lege Necessitas, &c.*] Numinis voluntas, æternum decretum, factum, sine delectu summos æque ac infimos complectitur, movet, amovet, absunt. Bene apud Suidam: 'Lex quidem similis est Tyrannidi: terrore enim et vi cuncta perficit.'

16 *Omne capax movet urna nomen*] Omnium perinde mortalium nomina

Districtus ensis cui super impia
 Cervice pendet, non Siculæ dapes
 Dulcem elaborabunt saporem;
 Non avium citharæque cantus
 Somnum reducent: somnus agrestium

20

caput strictus gladius impendet, gustum suavem haud comparabunt epulæ Siculæ; nec saporem revocabit volucrum aut lyræ modulatio. Quietus sopor haud aspernatur

//////////

tendit Harl. 4.—17 *Districtus* Mentel. Alt. Lipss. 2. 3. Pulm. Gemblac. 2. Beller. et Diesth. Harl. 3. 5. aliique multi; item sic Venett. Asc. Locher. Basill. Fabr. Cruq. Torrent. Baxt. San. Jon. Delph. Bond. Schrevel. Wakef. al. 'Et est fere lectio vulg. Sed præstat, ut exquisitius et aptius, *districtus* (strictus de vagina), uti est in Pulm. Hunn. et Gemblac. 1. Franeq. Dess. Lipss. 1. 4. Helmst. duobus Bersm. et in pluribus aliis haud dubie, non animadversum editoribus.' *Jani*. Sic et Heins. Bentl. Cunn. *Jani*, Mitsch. Bipont. et Wetzl.—19 '*Dulcem elaborarunt* quid. Lambini aliique codd. Haud dubie, quod librarius putaret, ad Damoclem omnia pertinere. Unde sic vulgo editi. sæc. XVI. ante Lamb.' *Jani*. Sed *elaborabunt* quatuor Lamb. omnes Cruq. Pulm. Torr. Bentl. et *Jani*: item Harl. 1. 2. 4. 6. et editi. prisca, Venett. Asc. Locher. &c. et post Lambin. vulgata hæc lectio. *elaborarint* Cuning. *elaborabunt saporem* var. lect. ap. *Jani*.—21 Quidam codd. ap. Lamb. *reducent*; Muret. *reducat*; var. lect. ap. Cuning. *reducent*; unde ille emend. *reducant*.

NOTÆ

fatalis urna continet, donec suo quæque tempore educantur. Atque ita cuncti serius ocyus ultimæ necessitati mancipantur et traduntur. Vide II. Od. 3.

17 *Districtus ensis cui super*, &c.] Quod si legitima dominatio non reddit fortunatum, ut initio assernit, multo minus tyrannica et per scelus occupata. Nam, ex Tullio mox citando, 'Cui semper aliquis terror impendeat, nihil ei beatum:' is nec epularum nec somni dulcedinem experitur. Quod sane Damocles impius ille Dionysii Syracusarum Tyranni assentator intellexit, vel ab ipso Tyranno edoctus. Cum enim regiam experiri fortunam ab eo petiisset, aureo lecto, strato pulcherrimo, textili stragulo, magnificis operibus picto collocatus est. Aderant unguenta et coronæ: odores incendebantur: mensæ conquisitissimis epulis exstruebantur: ad

mensam eximia forma delecti ministrabant pueri. Jamque fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc autem medio apparatu fulgentem gladium e lacunari seta equina appensum demitti jussit Tyrannus, ut impenderet illius beati cervicibus. Itaque nec pompanam, nec dapes, nec pueros aspiciebat. Jam ipsæ defluebant coronæ. Denique exoravit Tyrannum, ut sibi abire liceret, quod jam beatus esse nollet. Hæc Cic. Tusc. v. n. 61.

18 *Siculæ dapes*] Harum ut lautissimarum meminit Plato III. de Rep. Cic. II. de Finibus, et Tusc. v. n. 100. Athenæus I. 19. Coquos item Siculos velut ciborum optime condiendorum artifices eximios laudat XIV. 23.

21 *Somnum reducent*] Quem abstulit mortis pavor imminentis.

Somnus agrestium Lenis virorum, &c.] Rusticis contra viris somnus

Lenis virorum non humiles domos
 Fastidit, umbrosamque ripam,
 Non zephyris agitata Tempe.
 Desiderantem quod satis est, neque 25
 Tumultuosum sollicitat mare,
 Nec sævus Arcturi cadentis
 Impetus, aut orientis Hædi :

abjecta hominum agresium casas, et litus umbra amœnum, nec Tempe Zephyris afflata. Qui cupit duntaxat quod sufficit, hunc nec angit mare procellosum, nec violentia occidentis Arcturi, vel Caprorum surgentium; neque vineæ per grandinem

—23 Omnes codd. et edd. vett. cum Bentl. Sanad. Cuning. Baxt. Gesner. Zeun. Comb. Wetz. Wakef. et Kidd. *umbrosamque*; Jani edidit *umbrosamve*, eumque secuti sunt Mitsch. et Bipont. Vide ad vs. 44.—24 Francius ap.

NOTÆ

adest ultro suavis et placidus, seu in agresti tugurio, seu ad fluminis ripam, sub arboribus frigus umbram et amœnitatem prætendentibus. Virgil. Georg. II. 467. ‘At secura quies . . . Speluncæ, vivique lacus, at frigida Tempe . . . mollesque sub arbore somni Non absunt.’

24 *Zephyris agitata*] Leniter aspirante eo vento, qui ‘genitalis spiritus mundi’ appellatur a Plinio XVI. 25. ‘Flat ab Æquinoctiali Occasu, ver inchoat, aperitque terras tenni frigore saluber. ‘Favonius’ Latinis a favendo vel fovendo; ‘Zephyrus’ Græcis nominatus, quasi ζephyρός, vitam ferens.’ Id. Plin. XVIII. 34.

Agitata] ‘Incertas Zephyris motantibus umbras,’ ut canit Virgil. Eclog. V. Quæ quidem omnia somnos dulces faciunt.

Tempe] Accusativus est pluralis neutrius generis. Nomen erat vallis amœnissimæ in Thessalia, Penco irrigatæ fluvio, montibus Ossa, Pelio, Olympo circumdatæ. Pro locis quibuslibet amœnis usurpari solet. Vide I. Od. 7. 4.

25 *Desiderantem quod satis est, &c.*] Qui parvo contentus agit, et necessa-

ria tantum desiderat, is pecunias augendi parum cupidus, longinquam negotiationem minime suscipit, adeoque maris pericula declinat: nec ille angitur valde, si quando calamitatem grandio aut agrorum sterilitas annonæ penuriam invehat. Senec. ‘Si ad naturam vives, nunquam eris pauper: si ad opiniones, nunquam eris dives.’

26 *Tumultuosum mare*] In fine Odes XXXIX. hujus libri ‘Ægæos tumultus’ vocat.

27 *Sævus Arcturi cadentis Impetus*] Arcturus sive Arctophylax, quod Ursam sequatur ac veluti custodiat dicta constellatio, magnas tempestates movet, præsertim cum occidit, videlicet Octobri inennte. Vide Plant. Rudent. Prolog. vs. 69. ibi sic loquens inducit illud sidus: ‘Incepui hybernum, et fluctus movi maritimos. Namque Arcturus signum omnium sum acerrimum: Vehemens sum exoriens; cum occido, vehementior.’

28 *Orientis Hædi*] Pro ‘hædorum.’ Sunt enim duæ stellæ in sinistra manu Erichthonii, seu Aurigæ, quibus orientibus sævit mare; tum scilicet cum Sagittarium Sol decurrit. Vir-

Non verberatæ grandine vineæ
 Fundusque mendax, arbore nunc aquas 30
 Culpante, nunc torrentia agros
 Sidera, nunc hyemes iniquas.
 Contracta pisces æquora sentiunt,

attrita, vel ager fallax, arboribus modo pluvias accusantibus, modo constellationes arva exurentes, modo frigoris sævitiam. Aquas molibus in mare projectis coarcta-

Cuning. conj. *animata Tempe*.—29 *Nec verberatæ* unns Bersmanni.—30 *Fundusve* Lips. 4. et sic Cuning. Jones. Sanad. Jani, Bipont. Mitsch. et Wetzcl. Vide infra ad vs. 44. et supra ad vs. 23. *Fundusque* Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. ceteri codd. et edd. vett. cum Bond. Schrevel. Delpb. Bentl. Baxt. Gesner. Zenn. Wakef. et Kidd.—31 Gesner. conj. *agro, putans, s adhæsisse e seq.*

NOTÆ

gil. Georg. 1. 204. 'Præterea tam sunt Arcturi sidera nobis Hædorum-que dies servandi,' &c.

30 *Fundusque mendax*] Ager infructuosus, spemque et laborem agricolæ destituens, 'spem mentita seges,' ut ait Epist. ad Mæcen. Petronius ait similiter, 'fundos mendaces.' Et Psalm. XXXII. 'fallax equus ad salutem.'

Arbore nunc aquas Culpante, &c.] Arbore sterilitatem suam velut excusante, tres ejus afferente causas, vitiumque refundente vel in aquas et imbres nimios, quibus putrefactio generatur; vel in torrentia agros sidera, æstus nimirum et calores immoderatos, qui succum et humorem absorbunt omnem: atqui ex humido et calido attemperatis fructum ac fœtum quemlibet suum natura producit et procreat: vel in asperitatem denique hyemis et immodicum gelu, quod nimis astringit, fruges adurit, arboresque enecat, dum vegetandi vim prorsus extinguit. Lucret. v. 214. 'Et tamen interdum magno quæsitâ labore, Cum jam per terras frondent, atque omnia florent, Aut nimis torret fervoribus Ætherius Sol, Aut sub-

iti perinunt imbres, gelidæque pruinæ.'

33 *Contracta pisces æquora sentiunt, &c.*] Invehitur modo in insanas substructiones, inque stultam ædificandi in mari libidinem, de quibus jam II. Od. 15. et 18. Item postea Od. XXIV. hujus libri. Petronius in Satyrico: cap. cxx. 'aspice late Luxuriam spoliolorum, et censum in damna furentem. Ædificant auro, sedesque ad sidera mittunt. Expelluntur aquæ saxis; mare nascitur arvis; Et permutata rerum statione rebellant. En etiam mea regna petunt: perfossa dehiscit Molibus insanis tellus. Jam montibus haustis Antra gemunt,' &c. Sallust. Bell. Catilin. cap. XIII. 'Nam quid ea memorem, quæ nisi his qui videre, nemini credibilia sunt? A privatis compluribus subversos montes, maria constrata' (alii legunt, *constructa*), &c. Sucton. Caligul. cap. 37. 'In exstructionibus Prætoriorum atque villarum, omni ratione posthabita, nihil tam efficere concupiscebat, quam quod posse effici negaretur. Et jactæ itaque moles infesto ac profundo mari: excisæ rupes durissimi silicis: et campi montibus

Jactis in altum molibus; huc frequens
 Cæmenta demittit redemptor 35
 Cum famulis, dominusque terræ
 Fastidiosus: sed Timor et Minæ
 Scandunt eodem quo dominus; neque
 Decedit ærata triremi, et
 Post equitem sedet atra Cura. 40
 Quod si dolentem nec Phrygius lapis,

tas sentiunt pisces. Illuc cæmenta sæpius immittit operum conductor cum servis, nec non possessor terram contemnens. At metus et formido eodem quo dominus ascendunt: neque triremem ære munitam deserit molesta sollicitudo, immo equitanti assidet. Quod si male habentem haud subleuat Phrygium saxum, nec vestis

//////////

ut sit, aut agro Culpante, &c. probante Jani.—35 *Cæmenta dimittit* Lambini ed. sec. Pulmanni codd. Hunn. et Diesth. duo Blandd. Cruquii, Franeq. Lips. 4. al. cum Locher. et Heins. *C. demittit* omnes Torrentii et Bentl. Mentel. Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Dess. 1. 2. Lipss. tres, Pulmanni Gemblac. 1. 2. et Beller. duo Blandd. Cruquii et Mald. et sic Venett. Basill. Ascens. Steph. Lambini ed. pr. Cruq. Torrent. Fabr. Faber. Dacer. Bond. Schrevel. Delph. Bentl. Sanad. Cuning. Baxt. Gesn. Jani, Bipont. Mitsch. Comb. Wetzel. Wakef. et Kidd.—37 *Timor, Minæ*, et mox *Cura* literis majusculis, ex conj. Fabri, edidit Cuning. Sanad. Jones. Sivr. Jani, Mitsch. Bipont. et Wetzel.—38 *Scandunt eodem* unus Bersmanni et Dess. 1.—39 *Decedit ex acta trir.* Lips. 4. *Post triremi* deerat et in Pulm. Hunn. Gemblac. 1. 2. Beller. et Diesth. omnibus Bentl. Franeq. Alt. 1. 2. Dess. 1. 2. Lipss. 1. 4. Harl. 1. 2. 5. 6. Gott. Helmst. forte et (ut suspicatur Bentl.) in aliis; item in ed. Locher. Unde Bentl. conj. *Postque equitem.* 'Non opus! Sufficit, τὸ et in aliis plurimis adesse (ut e nostris, in Mentel. Lipss. 2. 3. Venett.), et facile negligi a librariis potuisse.' Jani.—40 Dess. 2. *alta cura*, 'altior equite,' s.

NOTÆ

aggere æquati: et complanata fossuris montium juga; incredibili quidem celeritate; cum moræ culpa capite lueretur.'

34 *Huc frequens Cæmenta demittit*, &c.] Variam e rudi saxo lapidumque cæsorum frustis et fragmentis, materiam in mare dejicit, ut substratis molibus positoque fundamento ædificium superstruat ille fabricæ susceptor, ἐργολάβος, manceps apud Cic. item *redemptor*, qui nempe quodlibet opus suo periculo, certa mercede faciendum assumit.

36 *Dominusque terræ Fastidiosus*] Superbus et ambitiosus dominus fastidiens ædes habere in terra, jamque

novi quidpiam moliri volens, in mari ædificat.

37 *Sed Timor et Minæ Scandunt eodem*, &c.] Verum sive ille dives et luxuriosus habitet in ædibus ejusmodi maritimis, sive naves et triremes, sive equum inscendat, non effugiet usquam sollicitudines et metus. Vide II. Od. 16.

41 *Quod si dolentem nec*, &c.] Quod si magna palatia, si vestes molles et nitidæ, si lautæ dapes, si odores et unguenta nihil prosunt ad levandam corporis aut animi ægritudinem, cur fortunam ego meam tennem, sed tranquillam et felicem, non anteferam opibus summis, quas magni perinde

Nec purpurarum sidere clarior
 Delinit usus, nec Falerna
 Vitis, Achæmeniumque costum ;
 Cur invidendis postibus et novo 45
 Sublime ritu moliar atrium ?
 Cur valle permutem Sabina
 Divitias operosiores ?

pu purca astris splendidior, neque vinum Falernum, et unguentum Persicum ; quare celsus ædes construam postibus invidiam cientibus, et ratione singulari? Quare vallem Sabinam commutem opibus plusculum laboriosis.

.....

super illum eminens. 'Inops idea!' *Jani.*—43 *Delinit* duo Vatt. et Torn. Lambini, Pulmanni Hunn. Beller. et Diesth. unus Bland. Mald. Mart. Silv. et Div. Cruquii Dess. Alt. 1. Lipss. Franeg. Gott. Harl. 1. 2. 3. 4. 6. Exc. Sax. Venett. Asc. Locher. Fabr. cet. Cruq. Bentl. Jon. Baxt. Comb. Wakef. et Kidd. Contra *Delent* Lambin. e reliquis suis, Torrent. e suis, Pulm. 2. 3. duo antiquiss. Cruq. Mentel. Alt. 2. Harl. 5. Venet. ap. Gesn. H. et Ro. Stephh. Fab. Heins. Dacer. Cnn. Sanad. Jani, Bipont. Mitsch. et Wetzcl. 'Non multum interest ; attamen scripturam *Delent*, ut antiquiorem haud dubie, in contextu prætuli.' *Jani.* *Falernæ Vitis*, ut pendeat ab *usus*, quidam codd. Lambini et Cruquii, Pulmanni Hunn. Gemblac. 2. et Beller. Harl. 4. 5. 6. Mentel. Lips. 3. Venett. Vet. Comb. Glarean. Basill. Fabric. Rutgers. Heins. Steph. et vulg. ante Lambin. unde porro in multis mendose *Falernæ Vites*, ut in Lips. 1. a m. sec. Lips. 2. Franq. Dess. 1. 2. Helmstad. Venett. ap. Jani, Ascens. et Locher. *Falerna Vitis* Harl. 1. 2. 3. cum multis aliis et cdd. Lamb. Cruq. Torrent. Bond. Schrevel. Delph. Cuning. Sanad. Jones. Bentl. et recentt.—44 '*Achæmenium, Achamerium, Achemonium*, aberratt. Vulgo etiam *Achæmeniumque*. Sed recte Bentl. in edit. poster. *Achæmeniumve*, quem secuti Cnn. San. et Jones. Nam cum aliis poëtis, tum imprimis Horatio solenne est, in distributione pro *nec s. non* repetendo ponere *aut s. ve* (non *que*) ; e. g. II. Od. 5. 20. III. Od. 23. 4. et 30. 4. IV. Od. 9. 17. &c. Sed ex illo *ve* inscitia librorum sæpissime *que* fecit.' *Jani.* *Achæmeniumve* etiam Bipont. Mitsch. Wetzcl. Wakef. et Kidd.—48 *Divitias onerosiores* conj. Bentl. improbante Jani.

NOTÆ

labores et curæ nunquam non comitantur ?

Phrygius lapis] Innixæ et exornatæ basilicæ columnis e marmore Phrygio rubris celsu maculis. Tibull. III. 3. 13. 'Quidve domus prodest Phrygiis innixa columnis ?'

44 *Achæmeniumque costum*] Unguentum pretiosum et exquisitum e costo frutice, cujus 'radix gustu fervens, odore eximio ;' proveniente in Persia, ubi regnavit Achæmenes. Vide Plin. XII. 12. Dioscorid. &c.

45 *Invidendis postibus*] Invidiæ ex-

positis ob luxum et pompam. Sic II. Od. 10. dixit 'aulam invidendam.' Et Martial. Spectac. Epigr. II. 'invidiosa atria.'

47 *Cur valle permutem Sabina, &c.*] Cur præ majoribus possessionibus enrarum feracibus, præ basilicis atque divitiis Regum, non amem et colam prædiolum meum, in Sabinis, amœna situm valle, unde mihi quod satis est suppedatur, et quo valde contentus et quietus victito, Regibus proinde beator ?

ODE II.

Virum fortem et honestum oportere supra vulgus sapere, hoc est, voluptates, divitias, popularem auram, et Epicuri dogmata contemnere. (Rectius argumentum statuit Jani hoc: Horatius commendat veterum Romanorum in filiis educandis disciplinam, nempe virtutem bellicam vs. 1-16. virtutem civilem vs. 17-24. pietatem erga Deos vs. 25-32. Zeun.)

ANGUSTAM amice pauperiem pati

O amici, puer gravi bello fortis discat tolerare arctam inopiam; atque bellicosos

Ode decima nona Libri primi in Ed. Sanad. Inscibitur *Ad Amicos* in codd. Torrent. et Venet. 1478. *De Institutione ad Amicos loquitur* Bentleii Græv. et Leid. *De Instructione ad Amicos loquitur* Bentleii Regin. *De Institutione puerorum* codex Barthii, Advers. xxxvii. 18. *Subeundam esse Militiam, Virtutemque immortalem esse decet* Venet. 1492. Locher. et Ascens.— 1 Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. omnes Cruqii, Torrentii, Bersmanni, Fabricii, Bentleii, et Jani *amice*; item cod. Barthii, Pulmanni Hunn. Beller. et Diesth. Exc. Sax. Brod. Manc. Venett. 1478. 1492. Locher. Ascens. omninoque omnes edd. Sæc. xv. Basil. 1531. Heins. Jones. Talbot. Pine, &c. Probat et H. Steph. Diatr. sec. ii. pr. 'Male pro vocativo plurimi acceperunt, ut Asc. Jones. (commate utrimque posito). Contra in uno Torr. et cod. Barth. ascripta glossa: 'Adverbium est' et in codd. Bersm. 'amicabiliter.' *amici* Pulm. Gemblac. 1. 2. Lamb. (qui de codd. suis nihil refert), Basil. 1527. (et plures editt. Sæc. xvi.) Fabric. T. Fab. Rutg. Dacer. Bentl. Cun. San. Sivr. et hodie vulgati fere. Præferi Bentl. hanc lect. quia nusquam occurrat alias *amice pati* et satis sit *pati*; sed hoc argumento in Poëta Lyrico nil efficitur: tum ob Inscriptt. codd. denique, quod sic legerint Acron et Comment. Cruq. Nam ille: 'Hanc Oden generaliter ad amicos scribit;' hic vero: 'Romanos omnes commonet.' Sed ex Inscriptt. quidem, quæ recentioris ætatis, et fere a seriori manu sunt, nil sequitur; cum et ipsi illi codd. qui eas habeant, in contextu plane exhibeant *amice*. Commentatoris Cruq. nota ita nil decernit, ut facile, si velis, alteram inde lectionem defendere possis. Acron autem quid? si potuit ante oculos habere *amice*, et tamen, cum pro vocativo haberet, illam notam ascribere? ne quis ad unum certum amicum pertinere

NOTÆ

Metrum idem quod supra 1. Od. 9.

1 *Angustam amice*, &c.] Horatii mentem et scopum in hac Ode præ ceteris expiscatus est Theod. Marcius. Hujus itaque non solum interpretandi rationem sed ipsa verba libet afferre. 'Tria,' inquit, 'Reipublicæ quasi membra complexus est Poëta; artes belli, artes pacis, religionem.' In tribus nempe hujus Odes partibus. In prima laudat 'disciplinam militarem;' in secunda 'virtu-

tem,' quam 'ad forum et Campum refert;' in tertia denique 'silentium, quod ad religionem.' Tribus istis sane tota Respublica continetur.

Amice [*amici*] In quibusdam codicibus legitur, *amice*, in nonnullis etiam adverbialiter, *amicè*; quod ita explicant: tam libenter amanterque colendam esse paupertatem, ut jam gravis non sit aut videatur toleranti.

Pauperiem pati] Id est, ut miles

Robustus acri militia puer
 Condiscat; et Parthos feroces
 Vexet eques metuendus hasta:
 Vitamque sub divo, et trepidis agat .

5

Parthos urgeat equitans, telo formidabilis. Sub aperto caelo degat etiam inter peri-

carmen putaret. Vel quid? si omnino illud, *Ad amicos* aut a serio Grammatico assutum sit, aut (quod facile erat) corruptum ex *Ad cives*? Certe in hoc populari Carmine, quod (ut Acron) *generaliter*, h. patriæ, populo, sæculo suo scripsit Horatius, cives potius aut Romani alloquendi erant, quam amici: ut III. Od. 6. 2. 'Romane;' III. Od. 14. 1. 'o plebs.' Sæpius vero neminem omnino alloquitur in talibus; ut II. Od. 15. et 18. III. Od. 1. 5. et 24. v. 16. Itaque in tam constanti omnium codd. et vet. edd. consensu, et cum *amice* ita non sit inculcatum et inane verbum (quod timet J. F. Schmid.), ut doctam potius et ab Hellenismo pulchram sententiam efficiat; non impedit sola Acronis Nota, quo minus sic ederem. Potuit facile inde error oboriri, quod *amice* pro vocativo acciperetur, et, cum metro timeretur, inde fieret *amici*; quam rationem discrete affert Fabr. *Jani. amice* Mitsch. Comb. et Bipont. *amici* Delph. Bond. Schrevel. Wetzel. Wakef. et Kidd.—2 'Bene Acron ad h. l. 'Suadens, ita adolescentes institui debere, ut paupertate et exercitio *ad militiam* firmentur.' Quod legenti mihi in mentem venit, fortasse, si non legisse Acronem, at Horatium scripsisse *acri militia*, casu commodi, s. scopi, qui certe aptior sententiæ videri queat.' *Jani.*—3 Ascens. ut *Parthos* ex emendatione Bonfin.—5 Meliores libri, velut omnes Cruq. et

NOTÆ

Romanus fiat robustus ac strenuus, assuescat puer militiae laboribus; discatque inprimis ferre pauperiem, qua prisci inclaruere tum Romani cum Græci. Apuleius in Apolog. 'Paupertas,' inquit, 'populo Romano Imperium a primordio fundavit.' Et paulo ante: 'Hæc in Aristide justa, in Phocione benigna, in Epaminonda strenua, in Socrate sapiens, in Homero diserta.' Vide Val. Max. II. 5. et 7. III. 3. IV. 4. Plutarch. in vita Phocionis; ubi Dux ille eximius Atheniensium refertur nudis semper fuisse pedibus tum ruri cum militia, nisi ad calceos impulisset hyems atrocior. Unde jocantes milites asperum et crudele frigus arguebant ex eo quod calceatus esset Phocion. Cic. Tusc. II. n. 34. 'Cretum leges . . . itemque Lycurgi, laboribus erudiunt juventutem vegando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando.'

Theocrit. Idyll. XXI. init. *πενία... μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει. Αὐτὰ τῷ μόχθῳ διδάσκαλος. Paupertas sola artes excitat: ipsa laboris magistra est.* Menander: *πενία γὰρ ἐστὶν ἡ τρώπων διδάσκαλος. Paupertas morum est magistra. Paupertatis e contrario incommoda, si vacat et libet, vide apud Juvenal. Sat. III. 143. et seq.*

3 *Parthos feroces Vexet eques metuendus hasta*] Equitando jaculandoque se valde exerceat, ut par evadat propulsandis Romani nominis hostibus, præcipue vero Parthis equitandi et sagittandi solertia pollutibus. Vide I. Od. 8. De Parthis autem jam ante sæpius.

5 *Sub divo*] Sub ardoribus Solis, sub imbri, sub frigore, ut quamlibet æris inclementem æquo animo ferat, robusto corpore perferat. I. Od. 1. 'sub Jove frigido.'

Trepidis agat In rebus] Inter belli

In rebus: illum ex mœnibus hosticis

Matrona bellantis tyranni

Prospiciens, et adulta virgo,

Suspiret: Eheu! ne rudis agminum

Sponsus lacessat regius asperum

10

Tactu leonem, quem cruenta

Per medias rapit ira cædes.

Dulce et decorum est pro patria mori:

Mors et fugacem persequitur virum,

cula. Illum e muris hostium videns uxor Regis præliantis, et grandior puella, ingemat: Heu, ne maritus regalis certaminum imperitus incurrat in istum leonem conflictu sævum, quem furor sanguinolentus agit in medias strages. Jucundum atque gloriosum est occumbere pro patria: fugientem etiam hominem mors consecatur.

//////////

Pulm. et plerique Lamb. *sub divo*; al. *sub dio*.—9 *Suspiret heu heu* codd. ap. Jani.—10 Tres codd. Blandd. Cruquii, *Sponsus lacesset*; Locher. *Sponsus lacessat*.—13 Cuning. conj. *abundare est*.—14 *Mors efficacem* Markland. in Explicat. V. A. A. improbante Valcken. *Mors et f. prosequitur* Harl. 4. 6. Janoet. et duo Vatt. Lambini, unus Cruq. Bentleii Græv. et Petrens. et Alt. 1. *consequitur* emend. Bentl. quod et Cuning. reperit in cod. pejoris notæ; et sic edidit Kidd. *persequitur* Harl. 1. 2. 3. 5. ceteri codd. et edd. Vide Cu-

NOTE

tumultus, perpetnamque trepidationem versetur, ut fiat intrepidus impavidusque; nam, ex Philosophis, assuetis parum aut nihil movemur et afficimur.

6 *Illum ex mœnibus hosticis, &c.*] Egrege tractatus per prosopopœiam locus; in quo virtutem Romanam facit exhibetque hosti admirabilem, quo eam Romanis juvenibus amabilem reddat. Tam acer, inquit, inter dimicandum appareat, ut eum in acie decertantem e muris aspiciens Tyranni contra pugnantis uxor aut filia, cum gemitu statim exclamet: Heu de viro meo, vel sponso conclamatum est, si in talem incidat adversarium. Hic enim in præliis exercitatus; ille 'rudis agminum,' scilicet instruendorum ac ducendorum. Romanus iste quasi leo ferox et sævus quicquid hjicitur dejicit et vastat: sponsus

autem mens nihil par habet isti bellico ardori.

13 *Dulce et decorum est pro patria mori*] Mortis pavorem et metum adimere etiam Poëta solers conatur, gloriam certam generosis, meticulosi autem nihilo secius instare exitium asseverans. Cic. Offic. 1. n. 57. 'Pro patria quis bonus dubitet mortem optetere, si ei sit profuturus?' ad Attic. VIII. 2. 'Pro patria mori præclarum est.' Quam sententiam Tyræus, Carm. de Virtute Bellica, non uno loco ventilat: occumbere pro patria *pulchrum est*, inquit, *καλόν ἐστιν honorabile et splendidum, τιμῆν τε καὶ ἀγλαδν, κ. τ. λ.*

14 *Mors et fugacem persequitur virum*] Per prolepsin diluit quod objici posset: satius esse fuga salutem consuere, quam se prædam instanti morti dedere. Atqui in gloriam velle vitam

15

Nec parcat imbellis juventæ
 Poplitibus timidove tergo.
 Virtus, repulsæ nescia sordidæ,
 Intaminatis fulget honoribus :

Nec indulget ignavis adolescentibus genu tremantibus et dorsum vertentibus. Virtus turpem repulsam ignorat: puris honoribus decoratur: neque accipit vel deponit



ning. Anim. cap. xv. p. 266.—16 Faërn. Torn. et unus Vat. Lambini, Pulmanni Gemblac. 2. Helmstad. Alt. 1. 2. Lips. 1. 3. Bentleii Perrens. Gal. et Reg. Soc. *timidove*; et sic Bentl. (qui ait, non opus esse, ut duobus locis mors eum percipiat,) Cuning. Sanad. Jones. Baxt. Gesn. Zeun. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzcl. Comb. Wakef. et Kidd. Vulgo *timidoque*. Fabr. ait olim lectum fuisse, *nitidove*.—17 Novam Oden hic orditur Sivry.—18 ‘Unus Lambini, Pulmanni, Hunn. et Diesth. Franeq. cod. Ob. Gifanii Ind. Lucr. v. ‘Hyperm.’ p. 432. (Collect. ad Lucr. p. 252. ed. Haverk.) Pulm. Heins. Cuning. et Sanad.

Virtus, repulsæ nescia sordidæ, in-contaminatis, &c.

Probant etiam H. Steph. Diatr. Sec. 1. extr. (qui dicit, quamplurimos codd. ita habere, cujus rei penes ipsum fides!) Klotz. Lect. Ven. p. 280. Bos Anim. ad Hor. cap. viii. item magis placet Lamb. Bentl. et, ut videtur, Gesnero. Probabile, lectionem, *incontaminatis*, ortam esse e glossa Grammatici, ambiguitatem tollere volentis.’ Jani. *Interminatis* conj. With. et sic jam var.

NOTÆ

protrahere, stultum est et vanum, inquit: nam ‘mors apprehendit eum quoque qui pugnam refugit,’ ex Simone: *Θάνατος ἐφῆκε καὶ τὸν φευγομάχου*. Et Tyræus mox cit. ait: ‘Eum qui e prælio telisque elapsus est, domi sæpe a morte corripit.’

15 *Nec parcat imbellis juventæ Poplitibus timidove tergo*] Huc revocari possunt et debent plures et variæ fugacium et delinquentium in bello punitiones, quas fuse refert Alex. ab Alex. ii. 13.

17 *Virtus, repulsæ nescia sordidæ, &c.*] Hæc secunda pars est Odæ, in qua Stoice prorsus omnia. Virtus, inquit, puris fruitur honoribus; proprios in semetipsa fulgores habet, quos ei vel auferre vel obscurare nihil potest. Contra honores a populi arbitrio pendentes, ambitionis, largitionum, corruptelæ sordibus conta-

minantur: abjectarum prensationum adulationumque maculis fœdantur, turpis etiam repulsæ ignominia dehonstantur. Quot et quam indecoris artibus uterentur candidati ad plebeculæ favorem aucupandum, vide apud Alex. ab Alex. iv. 3.

Repulsæ nescia sordidæ] Cato cum peteret magistratum repudiatus populi judicium contempsit, aiebatque familiaribus perperam et incassum pudibundis, non sibi qui recte petiisset, sed populo qui male judicasset ignominiosum illud esse. Vide Plutarch. Cic. Tusc. v. n. 54. ‘Si in virtute satis est præsidii ad bene vivendum, satis est etiam ad beate. . . Cum sapiens et bonus vir suffragiis præteritur, populus a bono Consule potius, quam ille a vano populo repulsam fert.’

Nec sumit aut ponit secures
 Arbitrio popularis auræ. 20
 Virtus, recludens immeritis mori
 Cœlum, negata tentat iter via;
 Cœtusque vulgares et udam
 Spernit humum fugiente penna.

fascēs ad voluntatem plebis faventis. Virtus, Olympum aperiens dignis immortalitate, semitas inīit arduas: vulgi turbam despicit, ac terram humidum linquit, ala



lect. ap. Jones.—19 *Nec sumet aut ponet* lectio nova ap. Steph. Diatr. sect. 11. *Nec ponit aut sumit* Bentleii Regin. Battel. et Vigorn. et Lips. 2. improbante Jani.—22 Lips. 1. 2. 3. 4. Dess. 1. 2. Helmstad. et Fraueq. *tentat ire via.*—24 Antiquiss. Bland. Cruquii, et Dess. 1. a m.

NOTÆ

19 *Nec sumit aut ponit secures Arbitrio popularis auræ*] Insignia magistratus fascēs et secures extitisse, et pro eo sæpius usurpari, nemo, qui vel primoribus labris literas attingit aut delibavit, ignorat. Crassus, petens Consulatum, populo blandiri et supplicare detrectavit coram socero suo Scævola viro gravissimo. Apud Græcos autem Phocioni nedum plebem palpanti, immo ejus voluntatibus sæpe acriter et mordaciter reluctato, comitiis etiam adesse recusanti, honores delati sunt. Plutarch. cit. &c. Adeo verum est quod canit Claudianus, Carm. xvii. ‘Ipsa quidem virtus pretium sibi, solaque late Fortunæ secura nitet, nec fascibus ullis Erigitur, plausuve petit clarescere vulgi: Nil opis externæ cupiens, nil indiga laudis; Divitiis animosa suis, immotaque cunctis Casibus, ex alta mortalia despicit arce. Attamen invitam blande vestigat, et ultro Ambit honor. Docuit toties a rure profectus Lictor, et in mediis Consul quæsitus aratris.’

20 *Popularis auræ*] Favor populi vento levioris bene sic appellatur. Virgil. Æneid. vi. 815. ‘Jactantior

Ancus Nunc quoque jam nimium gaudens popularibus auris.’

21 *Virtus, recludens immeritis mori Cœlum*] Iis qui semper vivere digni forent, cum urgente fati necessitate cedunt hac vita, nominis immortalitatem æternumque decus virtus confert: cœlestes etiam honores tribuit heroibus inter Deos relatis. Apud Senec. Herc. Œt. 1943. Hercules de se ita jactat: ‘Virtus mihi In astra et ipsos fecit ad Superos iter.’

22 *Negata tentat iter via, &c.*] Contendit ad cœlum per excelsa facinora ignavis haud concessa; vel simpliciter, per ‘liquidum aëra’ subvolat, ‘in terris non morando,’ ut est in 11. Ode 20. Quæ *negata* est hominibus *via*, quippe non volucris, aut ala a natura donatis. Sic 1. Od. 3. dicitur ‘Expertus vacuum Dædalus aëra Pennis non homini datis.’ At virtus, supra vulgares sensus plebeiosque affectus assurgens, penna, id est, alto spiritu et generoso, udam spernit et fugit humum, quasi cœnosam et lutosam, id est, cupiditates sordidas, in quibus vulgi mens demersa hærrere solet.

Est et fideli tuta silentio
 Mercēs: vetabo, qui Cereris sacrum
 Vulgarit arcanæ, sub isdem
 Sit trabibus, fragilemve mecum

fugaci assurgens. Fida taciturnitati securum quoque stat præmium. Qui revelarit secreta mysteria Cereris, prohibebo ne sub eodem tecto maneant, neve cymbam levem



pr. pinna.—25 *Est, est fideli emend.* Sivr. scilicet ut novam hinc Oden ordini posset. Alt. 1. *cuncta silentia*, cum var. lect. *tuta*. Nodell. conj. *multa*; sed postea respuisse videtur.—26 Mentel. *vetabo*. Franeq. Lambini, *qui Cereris sacra*.—27 Hail. 2. 5. 6. Pulmanni Hunn. et Gemblac. 1. Mentel. Brod. unus Bersmanni, Alt. 1. Helmstad. Lips. 1. *vulgavit*; sed Lips. 1. r scriptum habet. Quidam ap. Fabric. *Vulgarit arcanum*; alii, *sub hisdem*.—28 Vulgg. *fragilemque*. Benti. emend. *fragilemve*; et sic Helmstad. item edd. Baxt. Jones. Cuning. Sanad. Sivr. et Broukhuis. ad Tibull. III. 5. 8. Vide ad

NOTÆ

25 *Est et fideli tuta silentio Mercēs]* Pars hæc est Odæ tertia, in qua silentii laudationem agnoscit vulgus Interpretum. Verum non tam silentii religio, quam religionis silentium et sanctitas hic commendatur. Erant ergo qui Horatium ab instituto vel aberrare vel digredi existimant. Immo ut Deorum cultum universe persuadeat, sacra Eleusinæ Cereris religioso quidem silentio peragi solita, velut speciem pro genere, assumit; eorumque violationem pro quolibet sacrilegio affert. Quæ quidem sagaciter observarunt tum Parthenius, tum Marcilius jam citatus. Vide apud Val. Max. initio lib. 1. emolumenta observatæ religionis, neglectæ vero pœnas et mala. Tertull. Apologet. cap. 7. 'Vel ex forma omnibus mysteriis silentii fides debetur.' Et contra Valentin. cap. 1. 'Eleusinia Valentiniana fecerunt lenocinia sancta silentio magno sola taciturnitate cælestia.' Vide S. August. de Civit. Dei VII. 20. Arnob. lib. v. &c.

Fideli tuta silentio Mercēs] Grande semper credere piaculum, tacenda effutire, seu Reipublicæ arcana, seu privatæ fidei commissa evulgando.

Unde vindices perfidiæ aut temerariæ loquacitatis Deos semper jactare. Servius in Georgic. I. sub finem scribit Tribunum in crucem actum, quod urbis numen, quod nefas erat nominari, enuntiasset. Euripides ait, *κόσμον σιγῆς στέφανον ἀνδρῶν οὐ κακοῦ*, *pulchram silentii coronam viri boni*. Et ex Simonide, 'Nulli nunquam tacuisse nocet: nocet esse locutum.' Vide Plutarch. de Garrulitate.

26 *Vetabo, qui Cereris sacrum, &c.]* Si quis arcana sacrorum Eleusinorum mysteria revelarit, adeoque sancti silentii religionem violaverit, ejusmodi hominem tanti reum sacrilegii procul arcebo, ne, si contubernalis fuerim cum eo, plectar ab ultoribus violatæ religionis Diis. Itaque sub eodem tecto manere, aut simul navigare, fugiam. Proverb. est: *Cum viro scelesto ne viâ comes fueris*. *Κακῶ σὺν ἀνδρὶ μηδ' ἔλωσ ὁδοιπόρου*. Æschyl. in septem ad Thebas: **Ἡ γὰρ ξυνεισβάς πλοῖον εὐσεβῆς ἀνὴρ Ναύτησι θερμοῖς ἐν κακουργίᾳ τιλ, *Ὀλωλεν ἀνδρῶν ξὺν θεοπτύσῳ γένοι*. *Ingrediens navim pius quispiam, nautis improbitate ferventibus, cum hominum gente Diis in-visa perit*.

Solvat phaselon: sæpe Dicspiter
 Neglectus incesto addidit integrum: 30
 Raro antecedentem scelestum
 Deseruit pede Pœna claudo.

impellat mecum. Etenim haud raro Jupiter spretus innocentem scelerato junxit: et vix unquam flagitiosum fugientem dimisit punitio lento gressu insequens.



III. Od. 1. 44.—29 Vulgo *phaselum*, vel *faselum*. Bentleii Leid. Græv. et Battel. Acr. Lips. 1. 4. Helmstad. Land. Venet. 1509. Bentl. Cuning. Jani, Zeun. Mitsch. Wetzcl. Wakef. et Kidd. *phaselon*. Heinsius ad Ovid. Pont. 1. 10. 39. legit, *fragilemque mecum Solvat phaselum*.—32 *Pœna*, majusculo P. Zenrk. Bentl. Cuning. Sanad. Jones. Baxter. Sivr. Jani, Gesn. Zeun. Mitsch. Bipont. Wetzcl. Comb. Wakef. et Kidd.

NOTÆ

29 *Phaselon*] Navis erat oblonga et velox, quæ tam velis, quam remis agi poterat, myoparoni non absimilis. Erat et fluviale navigium. Virgil. Georg. iv. 288. 'Et circum pictis vehitur sua rura phaselis.'

Sæpe Dicspiter, &c.] Diei pater, scilicet Jupiter iratus repertum cum nocente innocentem simul plectit, et quasi participes ejusdem improbitatis utrumque mulctat. Hesiod. Πολ- λάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ. *Sæpe civitas universa viri improbi pœnas luit.* In Sacris etiam Codicibus ob unius peccata in omnes exarsisse divina ultio legitur. 4 Reg. cap. 21. 'Quia fecit Manasses Rex Juda abominaciones istas . . . ecce ego inducam mala super Jerusalem et

Judam,' &c.

31 *Raro untecedentem, &c.*] Pœna, licet *claudo*, id est, tardo *pede* gradiens, *scelestum* assequitur tandem, nec inultum *deserit*, quamvis ille fuga evadere malum speret. Huc pertinet quod ex adagio feruntur Dii 'laneos habere pedes.' Vide Plutarch. de Sera Dei Vindicta. Val. Max. 1. 1. 'Lento gradu ad vindictam sui divina procedit ira: tarditatem vero supplicii gravitate compensat.' Quam sententiam prior extulit Homerus Iliad. Δ. 160. Tibull. 1. 9. 4. 'Sera tamen tacitis Pœna venit pedibus.' Juvenal. Sat. XIII. 100. 'Ut sit magna, tamen certe lenta ira Deorum est.'

ODE III.

Pulcherrima Dilogia declarat Divum Augustum ob justitiam invictamque animi magnitudinem in Deorum numerum receptum, et contra M. Antonium perfidia et muliebri mollitie infamem Diis invisum periisse: quin et Deos universos, consopito jam civili bello, consensisse ad stabilendum Romanorum imperium. *Baxt.* (Tan. Faber. Epist. 11. 43. conjicit, Horatium dehortari voluisse Augustum, ne exemplo Julii Cæsaris, de quo Suet. c. 79. forte cogitaret de sede imperii Ilium transferenda. Massonus ait, laudari constantiam Augusti, qua is teste Dione LIV. 6. p. 524. C. A. U. 733. ex Sicilia, unde in Asiam iter parabat, revocari se Romam ad turbas, occasione consularium comitiorum ortas, non passus est. At nescio, an hic 'Justum et tenacem propositi virum' se valde præstiterit Augustus: et quidni dicat Faber, talium turbarum pertæsum principem vel eo ipso tempore cogitare potuisse de sede imperii Ilium transferenda? Certe Fabri conjectura ingenio Horatii et judicio infinitum quantum honorificentior est, quam Dilogia Baxteri, et Massoni historia. Sed plane sui similis est Hardninus, qui somniat, a Pseudo-Horatio Sæculo XIII. hic fictam esse Prophetiam de Hierosolymis (cujus cives *Quirites* אֲקִרִית) post Babelicum excidium recidivis, et a Vespasiano denno vastandis. *Gesn.*) Laudatur constantia in re bona exemplo Pollucis, Herculis, Augusti, Bacchi, Quirini, et inprimis Junonis de Troja nunquam reparanda, sed imperio Romano amplificando. Nec negaverim, Poëtam videri voluisse cavere, ne, ut Julius Cæsar, de sede imperii Ilium transferenda cogitaret Augustus. *Zeun.*

JUSTUM et tenacem propositi virum

Virum integrum et in sententia constantem de firmo proposito non dimovet vehem-

Ode sexta Libri quarti in Editione Sanad. 'Non est alia hæc Ode, quam superior, sed illi adhæret; quare falluntur, qui eam separant, quippe quæ manifeste cohæreat.' *Porphyr.* 'Ita in antiquiss. Bland. Crnq. neque inscriptione nec litera majore hoc Carm. ab antecedente distinctum erat. Neque id temere, ait Crnq. nam æternum præmium proponi illi viro forti et fideli. Sed docet et res et sensus lyricus, aliud esse Odes II. aliud hujus nostræ argumentum atque consilium; licet ob affinitatem argumenti, et idem metrum, facile iste error suboriri potuerit. Tum in codd. antt. Horatianis sæpius neglecta Odarum distinctio. Interim fuerunt, teste Sanad. qui quatuor priora nostri Carm. tetrasticha præcedenti annecterent. Quid? quod Du Hamel ea non solum h. l. ut separatam Oden exhibuit, sed eadem Carmini I. 29. attexuit.' *Jani.* Ceterum Inscriptt. in codd. sunt variæ. Mentel. *Ad Musas de Augusto*; Lips. 2. *In Laudem Augusti*; Locher. *Ad Musas de Augusto: Stocce Justitiam laudat*; Venet. 1492. et Ascens. *Docens virtute ascendi Calum, et de Romuli nomine loquens.*—1 *Justum et tenacem omnes codd. et*

NOTÆ

Metrum est idem quod I. Od. 9. tata' profecto 'nec tenui penna'
1 *Justum et tenacem, &c.* 'Non usi- hæc Ode scripta est, in qua cæco

Non civium ardor prava jubentium,
 Non vultus instantis tyranni
 Mente quatit solida, neque Auster
 Dux inquieti turbidus Adriæ,
 Nec fulminantis magna Jovis manus :

5

mentia civium improba præscribentium, nec facies tyranni urgentis, neque Notus turbator Adriatici maris procellosi, nec potens dextera Jovis fulmen vibrantis. Si

vulg. *Justum ac tenacem* Porphyr. Cuning. Sanad. Jani, et Bipont.—3 *Nec vultus* Lips. 1.—6 Harl. 1. 4. 5. 6. omnes Cruquii, et Bentleii, Pulmanni Græv. Gemblac. 2. Beller. et Diesth. Lips. 1. 2. 3. 4. Dess. 2. Mentel. Helmst. duo Bersmanni, Venet. 1478. Ald. 1501. Bentl. Cuning. Jani, Bipont. Mitsch.

NOTÆ

velint impetu fertur vates, at certe divino; divino, inquam, ubi graves prorsus ac sublimes sunt tum res cum dictio: cæco tamen, ut videtur; quandoquidem temere quolibet abripitur, atque a viri justî laudatione subito digressus, longiusque evagatus, ad canenda Trojæ fata prorumpit; ipse *propositi* parum tenax, ac immemor sui ad Pisones vs. 212. moniti, quo ita præcipit: 'Tantum series juncturaque pollet!' Quid ergo navus Poëta? Quid Interpretes? Horum plerique obvia certatim expli- cant, finem vero et scopum Odes satis quidem abstrusum minime scrutati, quod præcipuum est, omittunt. Nonnulli Oden hanc nec inscriptione, nec literis a præcedenti sejunctam in antiquis codicibus legi duntaxat admonent. Quidam Apotheosim Romuli, alii Augusti laudationem esse volunt. Verum quo tam accurata illa Junonis oratio Trojam restitui vetantis? Hoc in summa sua felicitate Romani tunc fortasse moliebantur, inquit Georg. Fabricius. At Fabricio sagacior Faber, in paucis eruditus vir acrisque judicii, mentem Horatii subodoratus, aut feliciter indagavit, aut certe conjecturam omnino verosimilem, pulchram sane,

protulit. Is ita rem statuit. Ex Sueton. Jul. cap. 79. Cæsar Ilium migrare, eoque Imperii opes transferre cogitaverat. Atqui ne Augusti Julii hæres idem moliretur, non abs re trepidatum est: quo Roma dubio procul extincta foret. Itaque solenter quidem, oblique, et arte singulari, ut tale consilium discutiat Horatius, exhibet ac minatur Junonis iram, quam jam tum a primordiis suis gravem experti fuerant Romani.

2 *Prava jubentium*] 'Velitis, jubeatis, Quirites:' verba Tribuni solennia: 'volumus, jubemusque,' populi erant legem sancientis.

3 *Non vultus instantis tyranni*] Ita 'Q. Scævola truculentius sibi minitanti Syllæ, Licet, inquit, mihi agmina militum, quibus Curiam circum-sedisti, ostentes, licet mortem ministeris, nunquam tamen efficies ut propter exiguum senilemque sanguinem memm, Marium, a quo urbs atque Italia conservata est, hostem judicem.' Alia vide exempla apud eundem Val. Max. III. 8.

4 *Auster Dux inquieti turbidus Adriæ*] Noster I. Od. 3. 'Nec timuit præcipitem Africum . . . nec rabiem Noti, Quo non arbiter Adriæ Major, tollere seu ponere vult freta.'

Si fractus illabatur orbis,
 Impavidum ferient ruinæ.
 Hac arte Pollux et vagus Hercules
 Enisus, arces attigit igneas ;
 Quos inter Augustus recumbens
 Purpureo bibit ore nectar.

10

ruat mundi soluta compages intrepidum opprimit casus. Ista pollens virtute Pollux et errabundus Hercules ades ad ignitas ascendit: inter quos Augustus sedens ore

Wetzel. Wakef. et Kidd. *magna manus Jovis.* Harl. 2. 3. alii, cum vulgg. *magna Jovis manus*; Gemblac. 1. Pulmanni, *magna domus Jovis.*—7 Bentleii Leid. et Petrens. Mentel. et Lips. 1. a m. pr. *illabetur.*—9 Cuning. emend. *hac vagus*; et sic Sanad. Jones. Sivr.—10 *Innixus* quid. Cruq. Harl. 6. Alt. 2. et Helmst. a m. s. Venett. Locher. Asc. Basill. Lamb. Glarean. Fabr. Steph. Rutg. Fab. Heins. Dacer. Sivr. et vulgati. *Innisus* Bentl. Græv. et Regin. tres Torr. plures Lamb. Harl. 1. 4. Lips. 2. 3. Dess. 2. duo Bersm. Vascos. *Invisus*, errore, quid. Cruq. Alt. 2. a m. pr. Lips. 4. Zarot. *Enisus* quid. Lamb. Blandin. antiquiss. et quatuor alii Cruq; unus Torr. Bentleii Leid. Reg. Soc. Petrens. et Vigorn. Brod. Lips. 1. Mentel. Franeq. et sic Cruq. Marcil. Bentl. Cun. San. Jones. Baxt. ‘Recte! nam ‘eniti’ eorum proprium est, qui ascendere in altum conantur; cum ‘inniti’ sit fulcro incumbere, quod h. l. minus aptum. Denique *Enixus* Alt. 1. minus bene; hoc enim fere de partu dicitur.’ Jani. *Enisus* habent etiam Harl. 2. 3. 5. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzel. Wakef. Comb. et Kidd.—12 *Purpureo bibit* Jannoct. et unus Vat. Lamb. Harl. 2. 4. 5. Pulm. Gemblac. 1. et Beller. quid. Cruq. et Bentl.

NOTE

7 *Si fractus illabatur orbis*] Alludit ad veterum quorundam opinionem, cælum constare lapidibus, et aliquando ruiturum. Vide Aristot. *Metaphys.* v. Diogen. Laërt. lib. 11. in Anaxagora. Celtæ quærenti Alexandro, quid potissimum formidarent, hoc responderunt, ne cadente cælo opprimerentur. Quint. Curt. Est et proverb. apud Erasm. ‘Quid si cælum ruat?’

9 *Hac arte Pollux, &c.*] Ea virtute, æquitate et constantia heroës immortalitatem adepti, divinosque honores sunt consecuti, Pollux, Hercules, Bacchus, Romulus, de quibus 1. Od. 12.

Vagus Hercules] Qui varias orbis regiones peragravit, et multa passim, monstribus etiam domitis, virtutis suæ

monumenta reliquit.

10 *Arces attigit igneas*] Adit cælum sideribus micans et ardens.

11 *Quos inter Augustus, &c.*] Deorum epulis accumbens nectar potat, jam tum cum in terris degeret factus Divus; nimirum post debellatum omnino Sext. Pompeium. De quo vide Appian. de Bell. Civil. lib. v. antea tamen quoque, sed per adulationem, ita Virgilio appellatus, *Ecloga* 1. ‘Deus nobis hæc otia fecit.’

12 *Purpureo bibit ore*] Deorum statuis os seu vultus nino pingebatur. Quo respexisse Horatium, non dubitaverim.

Nectar] Vide quæ mox annotabo ad eas voces: ‘ducere nectaris succos.’

Hac te merentem, Bacche pater, tuæ
Vexere tigres, îndocili jugum

Collo trahentes : hac Quirinus

15

Martis equis Acheronta fugit ;

Gratum elocuta consiliantibus

Junone Divis : Ilion, Ilion

*roseo nectar potat. Ista clarum te, Liber pater, traxere tuæ tigres indomita cer-
vice jugum ferentes. Per istam Romulus Martis equis effugit Inferos, Junone apud
Deos consilium habentes dicente rem jucundam : Funestus (dixit) et fugitiosus ar-*

Lipss. 1. et 3. a m. pr. Dess. 2. Helmst. Brod. Venett. Asc. Heins. Sivr. Probant et Masson. vit. H. p. 168. Klotz. lectt. Ven. p. 284. Negant VV. DD. posse Augustum, si vel maxime jam Deus sit, simul in terra præsentem versari, eodemque tempore in cælo accumbere ; quod et Harduinus male fe- rebat. Præstat bibit et sensus elegantia, et auctoritate. Sic enim Porphy. optimi plurimi ap. Lamb. et Cruq. omnes Torrentii, Bentl. Regin. Battel. et Bodl. 1. 2. Pulm. Hunn. Gemblac. 1. et Diesth. Helmst. Mentel. Fran. Lips. 2. 4. it. 1. et 3. a m. s. Harl. 1. 3. 6. Altt. Locher. Basill. it. Lamb. Cruq. Torr. Fabric. T. Fab. Rutg. Steph. Bentl. Baxt. Jon. Cun. San. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzel. Comb. Wakef. et Kidd. Vid. Heyn. ad Virg. Æn. 1. 590.—16 *Patris equis* ant. cod. Barthlii, Advers. xxxix. 9. cui valde arridet, nec minus Benteio et Gesnero. Est omnino exquisitius, inquit Jani. Putat Bentl. sic et legisse Comment. Cruquii, dum ascribat : ' Patria virtute.'—17 Withof. conj. *Gratum e. conciliantibus*, h. e. conciliare conanti-

NOTE

13 *Hac te merentem, Bacche, &c.*] Ista pariter virtute clarus, o Bacche, meruisti divinos honores, ferasque intractabiles ad currum tuum junxisti, ac numine tuo domitas jugum ferre docuisti natura sua indociles. Tigres ebriosorum feritatem optime designant : unde iis Bacchi currum trahi dixere ; seu quod nullum sit tam ferox ingenium, quod non vino mansueat et cicuretur.

15 *Hac Quirinus Martis equis Acheronta fugit*] Romulus etiam virtute bellica insignis, veluti Martis patris sui equis invectus ad Superos evasit, adeoque infernales effugit lacus. Vide Cic. de Legib. 1. n. 3. Ovid. Fast. 11. ' Fit fuga : Rex patriis astra petebat equis. . . Quirites Thura ferant : placentque novum pia turba Quirinum. . . Tempia Deo fiunt : collis quoque dictus ab illo.'

Delph. et Var. Clas.

17 *Gratum elocuta consiliantibus Junone Divis*] Junone in Deorum consilio elocuta rem Marti aliisque gratam : scilicet non prohibere se quominus immortalibus accenseatur Romulus, quod graves iras adversus Trojanos eorumque posteros Paridis causa dudum conceptas ipsa ex animo jam deposuerat.

Consiliantibus] Deliberantibus de recipiendo in cælum Romulo, deque fato Imperii Romani. Cic. ad Attic. xv. 10. ' Difficili ad consiliandum legatione.' Tacit. Histor. 11. ' Rediere omnes Bononiam consiliaturi.'

18 *Ilion, Ilion*] Motum animi gravem indicat geminatio vocis, veteremque iram exprimit. Porro sicut a Troë Rege Troja et Troas, sic ab Ilo ejus filio Ilium et Ilienses nomen sortiti sunt : cum hic eam ampliasset urbem, quam priores condiderant re-

Horat.

2 B

Fatalis incestusque iudex,
 Et mulier peregrina vertit 20
 In pulverem, ex quo destituit Deos
 Mercede pacta Laomedon, mihi
 Castæque damnatum Minervæ
 Cum populo et duce fraudulentō.
 Jam nec Lacænæ splendet adulteræ 25

biter, et barbara fœmina in favillas redegit Trojam, mihi et pudicæ Palladi cum plebe et rege fallaci addictam, ex quo tempore Laomedon numina defraudavit promisso stipendio. Non amplius mæchæ Lacedæmonicæ fulget hospes infamis; neque

bus np. Romulum Junoni, improbante Jani. Ita tamen Lips. 4.—21 Lips. 4. *ex quo deseruit.* Sanad. parenthesi inclusit: *exquo . . . Laomedon.*—22 *Laomedon* var. lect. ap. Jani.—24 *Glarean.* in edit. Henricop. Basil. 1580. emend. *damnatam*, quia et ‘*Ilios:*’ et sic Cuning. et Sanad. malit et sic Benti. (non laudato Glarean.) quia ambiguum alias sit, utrum ad *pulverem*, an ad *Ilion* pertineat.—25 *Lacænæ*, *Lucænæ* variantes ap. Jani.—27 Lips. 3. *pugnantes*

NOTE

ges aut exornarant.

19 *Fatalis incestusque iudex, &c.*] Ilium, inquit Juno, perdidit Paris inter Deas de pulchritudine contententes malo suo patriæque fato iudex electus, cum, Junone et Minerva posthabitis, Veneri primas detulit.

Incestus] Qui Helenam Menelai conjugem, violata hospitii sanctitate, rapuit. Vide 1. Od. 15.

20 *Et mulier peregrina vertit In pulverem*] Helena Spartana a Paride e Græcia in Phrygiam abducta in causa fuit cur Græci injuriam ulturi conjurarint in Trojanos, Trojamque decennali bello captam ferro flammæque devastarint. Vide Senec. Trag. Troad.

21 *Ex quo Laomedon, &c.*] Hic declaratur prima excidii Trojani origo, nimirum fraus Laomedontis patris Priami. Is enim, Trojæ muros ædificans, Neptuni et Apollinis opera usus eos mercede pacta defraudavit. Quo Jupiter offensus regni istius perniciem et ruinam sanxit. Tam notæ fabulæ dedit locum quod Rex ille, cum exstruendis urbi muris vel repa-

randis pecunia deesset, Deorum istorum thesauros et ornamenta templi, vel in hoc depositam pecuniam accepit, repositurum sacramento se obligans. Quod tamen postea minime præstitit. Homer. Iliad. φ. paulo ante finem.

22 *Mihi Castæque damnatum Minervæ, &c.*] Addictum, damnatum, traditum ad quæcumque perniciem in ultionem injuriæ iudicio Paridis nobis illatæ. Loquitur Horatius ex more Romanorum, debitores, qui non erant solvendo, creditoribus obnoxios facere, addicere, tradere consuetorum.

24 *Cum populo et duce fraudulentō*] Apud Homerum Iliad. mox cit. Neptunus Apollini exprobrat, quod pro Trojanis fœdifragis militet, inmemor superbicæ et injuriæ Laomedontis, qui locatæ in annum operæ pactam mercedem nedum persolveret, etiam minas sibi Diis intenterat. Virgil. Æneid. v. 810. ‘*Cuperem cum vertere ab imo Structa meis manibus perjuræ mœnia Trojæ.*’

25 *Jam nec Lacænæ splendet, &c.*]

Famosus hospes, nec Priami domus
 Perjura pugnaces Achivos
 Hectoreis opibus refringit;
 Nostrisque ductum seditionibus
 Bellum resedit; protinus et graves 30
 Iras, et invisum nepotem,
 Troica quem peperit sacerdos,
 Marti redonabo. Illum ego lucidas

Priami gens fraudulenta Græcos feroces expugnat viribus Hectoris: quievitque bellum nostris discordiis protractum. Ergo etiam deinceps grandes inimicitias, et nepotem odiosum, quem genuit sacrificula Trojana, Marti remittam. Hunc ego

Achivos, improbante Jani.—29 Auctumque nostris quidam ap. Steph. Diatr. sec. 11.—30 Bellum resedit membranæ Marcilii, qui præfert. ‘Protinus scribendum alii contendunt: nil sane interest, nisi quod antiquior scriptura est protenus. Distinguendum, ut recte Glarean. aliique viderunt, ante protenus; non post, ut Ascens. Basill. Fabr. alii.’ Jani.—32 Troia, ut est in Lips. 3. vult Nic. Heins. ap. Bentr. quemadmodum 1. Od. 6. 14. ubi vid. Var. Lectt. itaque sic edidere Bentr. Cuning. Sanad. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzel. Wakef. et Kidd. Wakef. interpungit: Protinus et g. Iras, et i. nepotem, Troia q. p. sacerdos Marti, redonabo: illum, &c. ita annotans: ‘De hac constructione,

NOTÆ

Non vivit amplius Paris, nec jam speciosum ac splendidum Helenæ se ostentat, ut in adulterium pelliciat.

26 *Famosus hospes*] Impurus. Vide 111. Od. 15. 3. Not.

Nec Priami domus, &c.] Nec Trojanis Græcis jam repugnant Hectoris fere unius virtute nixi. Vide 11. Od. 4. 10. ibique Not.

29 *Nostrisque ductum seditionibus Bellum resedit*] Tandemque finitum est illud bellum, quod nostris est discordiis ad annos decem productum et dilatatum. Pro Trojanis videlicet stabat Apollo, Mars, Diana, Latona, Venus: pro Græcis autem Neptunus, Mercurius, Vulcanus, Juno, Minerva. Homer. Iliad. γ.

30 *Resedit*] Quievit, pacatum est bellum. Cic. ad Famil. viii. 2. ‘Marcilii impetus resederunt, non inertia, sed (ut mihi videbatur) consilio.’

Tuscul. 111. ‘Timor animi resedit.’ Liv. ‘Postquam iræ resedissent.’

Protinus et graves Iras, &c.] Deinceps igitur condonabo priores inimicitias, et Marti concedam ut in cælum admittatur Romulus ejus filius, meus vero nepos eo mihi invisus quod e stirpe Trojana sit, matre scilicet Ilia, seu Rhea Numitoris filia Vestæ Sacerdote: Virgil. Æneid. 1. 278. ‘donec Regina Sacerdos Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.’ Æneid. vii. 293. ‘Heu stirpem invisam, et fatis contraria nostris Fata Phrygum!’ At cit. mox Æneid. 1. 283. Veneri prædicat Jupiter meliora, et sic spondet: ‘Quin aspera Juno, Quæ mare nunc terrasque metu cælumque fatigat, Consilia in melius referet; mecumque fovebit Romanos rerum dominos gentemque togatam,’ &c.

| | |
|------------------------------------|----|
| Inire sedes, ducere nectaris | |
| Succos, et ascribi quietis | 35 |
| Ordinibus patiar Deorum. | |
| Dum longus inter sæviat Ilion | |
| Romamque pontus, qualibet exules | |
| In parte regnanto beati ; | |
| Dum Priami Paridisque busto | 40 |
| Insultet armentum, et catulos feræ | |

sinam ingredi domicilium splendens, bibere nectareos liquores, atque numinum felici numero accenseri. Dummodo Trojam inter et Romam ingens mare fremit, quacumque in regione imperent fortunati extorres. Modo super sepulcrum Priami et



qua nihil tritius, nos agimus in Sylv. Crit. sect. XLVI. fin.'—34 'Vulgata lectio, *ducere*, satis per se bona, ut i. Od. 17. 22. Sed prisca lectio hand dubie *discere*; quam jam ante oculos habuit Porphyr. explicans: 'assnescere saporibus nectaris.' *Jani*. Item sic Bentleii Græv. Regim. Magdal. a m. pr. Gal. Battel. Bodl. Vigorn. et Colbert. pro var. lect. duo Torr. Mentel. Helmst. Alt. 2. Lips. 3. Venet. 1478. Locher. Sæpius *discere* et *ducere* permutata a librarr. Vid. e. g. Claudian. R. P. II. 368. et ibi N. Heins. Timet Bentl. ne 'discere' includat difficultatem, fastidium, metum. Harl. 1. 4. 6. *discere*; Delph. Bond. Schrevel. Bentl. Cuning. Sanad. Bipont. Mitsch. Gesn. Zeun. Comb. Wetzl. Wakef. et Kidd. *ducere*.—37 Lips. 3. et quidam alii ap. Jani, *intersæviat*, conjuncte.—41 Helmstad. ut *catulos*.—43 *Ingens* pro *Ful-*

NOTÆ

34 *Ducere nectaris Succos*] Cælesti cibo potuque, adeoque immortalitate frui: Deorum consortem esse. Apud Pindar. dicitur Tantalus Deorum furatus nectar et ambrosiam, in quibus Dii immortalitatem posuerunt. Vide Lucian. Dial. xxv. cui titul. 'Deorum Concilium;' ubi facete et lepide nectar et ambrosia deficere dicuntur ob multitudinem bibentium, sic ut mina jam constet sextarius: unde et statuitur animadvertendum in falso ascriptos, et nescio quomodo existimatos Deos.

35 *Quietis Ordinibus Deorum*] Apud Boëthium Deus stabilis 'Immotusque manens dat cuncta moveri.' Virgil. ÆN. IV. 379. 'Scilicet is superis labor est: ea cura quietos sollicitat.' Nempe solius divinitatis est quies.

37 *Dum longus inter, &c.*] Dummo-

do Ilium inter et Romam magnum interfluat mare, quo Romani a restituenda Troja, repetendaque vetere patria deterreantur, arceanturque, qualibet in orbis parte sint beati; quin et regnent ac dominantur; at exulent procul a regione et solo patrio.

40 *Dum Priami Paridisque busto, &c.*] Modo tam deserta sit Trojana terra, ut gramen producat armentis pascendis idoneum, sit et lustrum ferarum, ubi impune illæ catulos eniti et educare queant absque ullo metu. Ea conditione stet Capitolium, Roma floreat, atque nomen, famam Imperiumque ad ultimas extendat oras. Ad Orientem det jura Medis; ad Occidentem Hispanis, qua medius liquor, &c. ad Meridiem, Afris; qua tumidus rigat, &c.

Celent inultæ ; stet Capitolium
Fulgens, triumphatisque possit
Roma ferox dare jura Medis.

Horrenda late nomen in ultimas 45

Extendat oras ; qua medius liquor

Secernit Europen ab Afro,

Qua tumidus rigat arva Nilus :

Aurum irreperitum, et sic melius situm,

Paridis greges lasciviant, et belluæ illæ sæ fetus suos abscondant, stabile floreat Capitolium, et Roma bellicosa leges imponat victis Medis. Illa formidabilis procul ad extremas orbis partes famam propaget ; sive ubi mare interfusum separat Europam ab Africa ; sive ubi Nilus intumescens agros perfundit ; generosior contemnendo



gens Alt. 1. quod non improbat Jani.—46 *Extendit* Brod. qui *medius* Dess. 2. et unus Bersmanni.—47 *Secernit* unus Bersmanni.—49 *Hos* versus 49-52.

NOTÆ

44 *Dare jura Medis*] Ubi regnum aliquod in provinciam redegerant victores Romani, eo statim mittebant viros, qui jus et leges præscriberent.

Medis] Id est, Parthis, ut jam haud semel annotavi.

46 *Qua medius liquor Secernit Europen ab Afro*] Ad fretum usque Gaditanum. Solin. 'Oceanus ab Occasu irrupens lævo latere Europam radit, Africam dextro ; scissis Calpe et Abyla montibus, quos dicunt columnas Herculis, inter Mauros funditur et Hispaniam.'

48 *Qua tumidus rigat arva Nilus*] Per Africam, Æthiopiam, Ægyptum. Cic. de Nat. Deor. II. n. 130. 'Ægyptum Nilus irrigat, et cum tota æstate obrutam oppletamque tenuerit, tum recedit, mollitosque et oblimatos agros ad serendum relinquit.' Plin. v. 9. 'Nilus incertis ortus fontibus it per deserta et ardentia, immenso longitudinis spatio ambulans, . . . observatum est, prout in Mauritania nives imbresve satiaverint, ita Nilum increescere . . . Africam ab Æthiopia dispescens, . . . feris et bel-

luis frequens . . . medius Æthiopas secat . . . Insulas innumeras spargit. . . . Certis diebus auctu magno per totam spatiatum Ægyptum, fœcundus innatat terræ. Causas incrementi varias prodidere . . . incipit crescere Luna nova, quæcumque post solstitium est, sensim modiceque Cancrum Sole transeunte, abundantissime autem Leonem. Residit in Virgine, iisdem quibus accrevit modis. In totum autem revocatur intra ripas, in Libra, ut tradit Herodotus, centesimo die. Justum incrementum est cubitorum sexdecim. Minores aquæ non omnia rigant : ampliores detinent, tardius recedendo . . . in duodecim cubitis famem sentit Ægyptus, in tredecim esurit : quatuordecim cubita hilaritatem afferunt, quindecim securitatem, sexdecim delicias. Maximum incrementum ad hoc ævi fuit cubitorum octodecim. Claudio Principe,' &c. Nili aquas laudat Aristot. Galen. &c. originem nuper inquisivit Isaacus Vossius. De eo multa Herodot. lib. II. Senec. Nat. Qu. lib. IV. Agell. x. 7. &c.

49 *Aurum irreperitum, &c.*] Ordo

Cum terra celat, spernere fortior, 50
 Quam cogere humanos in usus,
 Omne sacrum rapiente dextra.
 Quicumque mundo terminus obstitit,
 Hunc tangat armis, visere gestiens
 Qua parte debacchentur ignes, 55
 Qua nebulæ pluviique rores.

aurum nondum inventum, atque ita convenientius positum, dum terra contegit, quam addicendo illud usui hominum, manu quodlibet sanctum depradante. Quisquis mundi finis impedivit, hunc bello obtineat, cupiens investigare, quo loco æstus,



delendos censet Valart. Pr. iv.—51 ‘Distinguendum post *cogere*, non post *usus*, ut vulgo.’ *Jani*.—53 *Quicumque* conj. Bentl. quia unus tantum sit terminus mundi. Sed ipse sentit se nugari. *mundi* Lamb. e quibusdam suis, Mald. Cruquii, Lips. 3. Harl. 2. 6. Steph. Cruq. Fab. Dacer. Heins. Baxt. Sivr. Sed *mundo* Harl. 1, 3. 4. 5. omnes Cruquii præter unum, omnes Bentl. præter nonnullos recentt. tres Torrent. omnes *Jani* præter unum, Venett. 1478. 1492. Ascens. Locher. Basill. Torrent. Bentl. Jones. Cuning. Sanad. Gesn. Zenn. et recentt. *exstitit* liber Basil. a G. Fabric. inspectus.—54 *Hunc tangat* Harl. 1. 4. 6. omnes Pulmanni, plures Torrentii, et Bentl. duo Bersmanni, Mentel. Franeq. Lips. 1. 2. 3. 4. Helmstad. Alt. 2. Dess. 2. Locher. Ascens. Venett. et Brod. *Hunc tangit* liber Fabricii; *Hunc tangat* Harl. 2.

NOTÆ

est: Roma fortior spernendo aurum quod e fodinis nondum erutum est, quam illud inde eruendo et ad usum fabricando, nummosque cndendo. De contemptu divitiarum apud Priscos Romanos usitato Val. Max. iv. 3. De Curio, Fabricio, Camillo, aliisque diximus ad 1. Od. 12. et alibi.

Sic melius situm, Cum terra celat] Seu quod raptoribus non est expositum, dum latet in visceribus terræ, seu potius, quod tunc avaritiam et cupiditatem non accendat, nec ad scelus impellat, aut ad explendas libidines fomitem præbeat et facultatem. Ovid. Met. i. 140. ‘Effodiuntur opes irritamenta malorum.’

51 *Cogere*, &c.] Vis siquidem inferri metallis videtur, cum e terræ visceribus extrahuntur.

52 *Omne sacrum rapiente dextra*] Duplici hoc sensu potest accipi: vel quod a Romanis spernatur aurum, cujus rapienti causa nec sacris par-

cunt homines: vel quod ipsi Romani, Prisci nempe, fortiores et nobiliores aurum contemnendo se præbuerint, quam posterii illud ab exteris nationibus devictis auferendo, sacra etiam e templis ac pretiosa quælibet ornamenta vi armorum et jure belli diripiendo. Dionys. Tyrannus Syracusanus Jovi Olympio detraxit amiculum aureum, addito etiam ludibrio, quod ætate gravior, hyeme frigidior esset. Val. Max. i. 1. ext. 3.

53 *Quicumque mundi terminus obstitit*, &c.] Si quis ante orbis angulus Romanis haud patuit, deinceps pateat, eoque victricia inferant arma: seu ad Zonam torridam, ubi *debacchentur ignes*, sævitque æstus; seu ad mundi polos, ubi *nebulæ*, glacies, caligo perpetua, *pluvii rores*, imbres. Vide 1. Od. 22. Lucret. lib. i. ponit etiam ‘*rores*’ pro imbribus et aquis pluviis.

Sed bellicosus fata Quiritibus
 Hac lege dico, ne nimium pii,
 Rebusque fidentes, avitæ
 Tecta velint reparare Trojæ.
 Trojæ renascens alite lugubri
 Fortuna tristi clade iterabitur,
 Ducente victrices catervas
 Conjuge me Jovis et sorore.

60

quo nubila et imbres sæviant. Verum fata sancio Romanis militia inclytis ea conditione, ut non plus quam fas est pii, neve opibus innixi, satagant antiquæ Trojæ domos instaurare. Namque sors Trojæ resurgens infaustis auspiciis repetetur casu iterum luctuoso, triumphantis exercitus ductrice me Jovis uxore et sorore. Si ter

NOTÆ

57 *Sed bellicosus fata Quiritibus, &c.]* Bis jam dixi, et tertium repeto, me Romanis indulgere, ut sint orbis domini, sed ea tantum lege, ne, præpostera moti pietate in patriam avorum suorum Trojam, ejus muros et tecta velint reparare, neve suis opibus ac rebus prosperis fidentes id unquam moliantur. Quod si fecerint, malis auspiciis et alite lugubri faxint: enimvero tristi clade iterum subvertetur Troja, quamvis muris æneis, auctore etiam Apolline, stabiliatur.

59 *Avitæ]* Æneas cum Trojanorum colonia 'Ilium in Italiam' portavit 'victosque Penates.' Æneid. 1.

60 *Tecta velint reparare Trojæ]* Patriæ certe caritatis in illum antiquæ suæ originis locum Romani sensum habere se testati sunt hand semel. Nam deletum a C. Fimbria Cinnæ legato Ilium restaurarunt. Vide Liv. Epit. lib. LXXXIII. Appian. Sueton. Claud. cap. 25. 'Iliensibus quasi Romanæ gentis auctoribus tributa in perpetuum remisit: recitata veteri epistola Græca Senatus Populique Romani Seleuco Regi amicitiam et societatem ita demum pollicentis, si consanguineos suos Ilienses ab omni onere immunes præstitisset.'

61 *Alite lugubri]* 'Mala avi;' 1. Od. 15. Ex avium aspectu, volatu, cantu, auspicia captari solita, notum est.

64 *Conjuge me Jovis et sorore]* Virgil. Æneid. 1. 50. 'Ast ego quæ Divum incedo Regina, Jovisque Et soror et conjux.' Servius ibid. 'Physici,' inquit, 'ætherem Jovem, id est ignem volunt intelligi, Junonem vero aërem: et quia tenuitate hæc elementa paria sunt, dixerunt esse germana: et quoniam Juno, id est aër, igni subjectus est, jure superposito elemento mariti nomen inditum.' Cic. 11. de Nat. Deor. n. 66. 'Aër, ut Stoici disputant, interjectus inter mare et cælum Junonis nomine consecratur; quæ est soror et conjux Jovis; quod et similitudo est ætheris, et cum eo summa conjunctio. Effeminarunt autem eum, Junonique tribuerunt, quod nihil est eo mollius.' Macrob. in Somn. Scip. 1. 17. 'Apud Theologos,' inquit, 'Jupiter est mundi anima, hinc illud: 'Ab Jove principium Musæ: Jovis omnia plena.' Quod alii Poëtæ sunt mutuati de Arato, qui de sideribus locuturus, a Cælo, in quo sunt sidera, exordium sumendum esse dceruens,

Ter si resurgat murus aëneus 65
 Auctore Phœbo, ter pereat meis
 Excisus Argivis; ter uxor
 Capta virum puerosque ploret.
 Non hæc jocosæ conveniunt lyræ:
 Quo, Musa, tendis? desine pervicax 70

ex ære mœnia reparentur, favente Apolline, ter quoque diruta prosternantur a Græcis mihi dilectis: ter captiva conjux plangat maritum ac filios. At ludenti citharæ ista minime congruunt. Quo pergis, o Musa? cessa narrare pertinax verba numi-

//////////

3. 5. cum aliis codd. et edd.—66 *Ductore* Pulmanni Diesth. Mald. Cruquii, lib. antiq. ap. Achil. Stat. teste Mureto; unde in edd. quasdam venit. Probat et Broukhus. ad Propert. 1. 7. 1. et Burm. ad Virg. *Æn.* v. 633. *Auctore* Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. omnes alii codd. et edd. *Structure* conj. Bentl.—67 *Excisus* Lamb. legendum contendit, et sic Heins. Vide Heyn. ad Virg. *Æn.* 11. 637.—69 *Mira* varietas codd. in h. v. *hoc j. conveniet* omnes Cruquii et Pulmanni, plures Torrentii, omnes Bentleii, præter quatuor, quidam Lambini, Franeg. Altt. 1. 2. Helmstad, Lipss. tres, unus Bersmanni, Exc. Sax. Harl. 1. 2. 4. 5. Venet. 1478. Basill. Fabric. Cruq. Torrent. Rutgers. Bentl. et Kidd. *hoc j. conveniat* quidam Torrentii, Bentleii Battel. Bodl. et Vigorn. *hoc j. conveniet* Lips. 4. *hæc j. conveniet* Mentel. et Dess. 2. *hoc j. convenit* Bentleii Petrens. et quidam alii; *hæc j. conveniet* plures Lambini; sic et edd. Lamb. et Heins. *hæc j. conveniunt* Harl. 3. 6. quidam Lambini, Locher. Venet. 1492. Vet. Comb. Ascens. Steph. Fab. Dacer. Baxt. Cuning. Sanad.

NOTÆ

ab Jove incipiendum memoravit. Hinc Juno et soror ejus et conjux vocatur. Est autem Juno aër: diciturque soror, quia seminibus iisdem, quibus cælum, etiam aër est procreatus: conjux, quia cælo subjectus est aër.

66 *Auctore Phæbo*] Hunc impense Trojanis favisse compertum est. Legunt quidam *Ductore*.

Ter pereat] Allusum videtur ad triplex Ilii excidium, primo ab Hercule, deinde a Græcis, postea a C. Fimbria, Syllanis temporibus, ut ante annotavi. Vide Appianum.

Meis Excisus Argivis] Argivos Juno fovebat maxime, quod ipsa præcipue Argis colebatur; quæ urbs Argiæ Peloponnesi regionis princeps et caput erat. In ea sedebat Rex Agamemnon Græcæ in Trojanos expedi-

tionis Dux et Imperator. Virgil. *Æn.* 1. 27. 'Memor Saturnia belli, Prima quod ad Trojam pro caris gesserat Argis.'

67 *Ter uxor Capta, &c.*] Vel Trojanæ mulieres quælibet cæsos aut captos lugeant et ipsæ captivæ, aliæ viros suos, aliæ filios: vel, *uxor Capta virum*, Hecuba Priamum, Andromache Hectorem, *puerosque ploret*, hæc Astyanacta, illa vero Hectorem, Paris, Deiphobum, Troilum, &c.

69 *Non hæc jocosæ conveniunt lyræ, &c.*] Egregie se Poëta comprimit in ipso Poëtici ardoris impetu, quasi tam grave argumentum haud Lyricis versibus bene conveniat: ipse tamen ad Pisones ita docet: 'Musa dedit fidibus Divos, puerosque Deorum, Et juvenum curas, et libera vina referre.' Et Pindarus aliique res quas-

Referre sermones Deorum, et
Magna modis tenuare parvis.

num, atque humili carmine diminuere grandia.

Jones. Sivr. Jani, Bipont. Mitsch. Comb. Wetzel. et Wakef.—71 Copula et abest a Lips. 3. 4. Dess. 2. et uno Bersmanni.

NOTÆ

que graves lyra graviter cecinerunt. cum ultra vix sine offensione Augusti Verum belle Horatius tum desinit, ti progredi se posse intelligeret.

ODE IV.

Composito civili bello Augustus cohortes suas per colonias jam distribuerat, atque otio et Musis sese dederat. Ostendit igitur Horatius tam leni et Musico ingenio nihil a tumultuante plebe metuendum; atque hoc exemplo suo firmat, qui eandem ob causam vel ab ipsis incunabulis in Deorum immortalium tutela fuerat. ‘Peragit tranquilla potestas, Quod violenta nequit.’ (Dignumne Horatio, aut sano Poëta alio, enthymema: Mibi cum infans essem, pepercerunt viperæ et ursi; ergo tibi, Cæsar, cives tui: quia utrique sumus in tutela Musarum? *Gesn.*) (Argumentum simplicissimum videtur esse hoc: Invocata Calliope, fingit se jam illam audire canentem. Illo igitur Musæ obsequio excitatus ostendit, Poëtam, qui sit Musis amicus, ‘tutum’ esse. Hinc sese jam olim puerum adhuc tenerum a viperis et ursis esse liberatum; se vagari incolumem per loca quæcumque sibi placeant; se salvum ex acie rediisse; ab arbore non esse extinctum; in mari non periisse. Ergo tanto præsidio fretum, se non dubitare vel periculosissima adire loca. Atque ipsum Augustum, finito bello, recreari Musis, quibus grata sint studia pacis: contra homines immanes et ἀμόσους furore suo perire, veluti Titanas, Gygen, Orionem, Tityum, et Perithoum. *Zeun.*)

DESCENDE cœlo, et dic age tibia

O princeps Calliope, veni ex Olympo; et cantionem longiorem cane fistula, sive

Ode decima octava Libri quinti in Ed. Sanad. Inscibitur in Venet. 1492. et Locher. *Musis deditum Poëtam ostendit*; in Ascens. *Musis deditum se Poëta ostendit.*—1 Aberat et a vet. cod. Cuning. itaque is ejecit, secutis Sanad.

NOTÆ

Metrum idem quod supra 1. Od. 9. nullis; sed perperam. Musis accepta refert Horatius pleraque, id vero eruditus quisque: respondere superiori, immo et continuari, placuit non potissimum, quod redierit in gratiam cum Augusto, contra quem militave-

Regina longum Calliope melos,
 Seu voce nunc mavis acuta,
 Seu fidibus citharave Phoebi.

Auditis? an me ludit amabilis
 Insania? audire et videor pios

5

Errare per lucos, amœnæ

Quos et aquæ subeunt et auræ.

placet magis, voce clara, vel chordis, aut lyra Apollinis. An auditis? An me decipit iucundus furor? Videor audire, et cernere illam ambulantem in sacris nemoribus,

//////////

Jones. Sivr. Jani, et Bipont.—4 Græv. Bentleii a m. pr. *citharaque*, et sic, illo probante, ediderunt Cuning. Sanad. Sivr. Jani, Bipont. Mitsch. et Kidd.—5 *Andistis* Lips. 1. a m. pr.—6 Barth. Advers. xxxix. 9. emend. *audiri*, quia audiri se velit, Musæ succinentem. *piorum* conj. vir doctus ap. Bentl. quod

NOTÆ

rat. Hinc ejus Principis moderati-
 nem et clementiam extollit egregie:
 eoque duntaxat spectasse, non im-
 merito videatur.

1 *Descende cælo*] Gravis et solen-
 nis invocatio res graves notat, gra-
 vemque enthusiasmum præsentat.

Cælo] Illic etiam Musis sua sedes
 est. Hesiod. init. Theogon. nec se-
 mel, Musas nuncupat ‘ Olympiades
 Jovis filias:’ Pariter et Homer.
 Hymn. in Mercur. &c. Iliad. vero
 B. in cælo domos habere scribit:
 ‘ Εσπετε νῦν μοι Μούσαι Ὀλύμπια δώματ’
 ἔχουσαι. Ennius similiter: ‘ Musæ,
 quæ pedibus magnum pulsatis Olym-
 pum.’ Vide et Macrobian. in Somn.
 Scip. II. 3.

2 *Regina Calliope*] Musarum prin-
 cept, vel cantu aliis præstans: Re-
 gum etiam comes. Hesiod. Theogon.
προφερεστάτη ἀπασέων, Ὀμνίων excel-
lentissima. βασιλεύσιν ὀπηδεῖ. Reges
comitatur. Diod. Sicul. v. 1. ‘ Musis
 nomina, cuique a proprio munere tri-
 buerunt. Clio propter gloriam, &c.
 . . . Calliopen quod cantus suavitate
 cæteras antecedens magni ab audito-
 ribus æstimetur.’

Longum melos] Certe est Ode hæc

e longioribus. Vide Gell. xvi. 18.

3 *Seu voce, Seu fidibus, &c.*] Istis
 nempe constat exerceturque Musica,
 voce, lyra, tibia. De cithara ab Apol-
 line inventa, I. Od. 21.

5 *Auditis? an me ludit, &c.*] O so-
 dales, an mecum auditis Calliopen
 canentem, meisque jam votis respon-
 dentem?

Amabilis Insania] Voluptatem sane
 maximam præstat ardor poëticus iis
 qui divina illa facultate sunt do-
 nati.

6 *Audire et videor pios Errare per*
lucos] Veluti præsentiam numinis sen-
 tiant, atque entusiasmo correptus ita
 loquuntur.

7 *Lucos*] In solitariis maxime locis
 delubra statuebant veteres: ibique
 Deos credebant libentius habitare
 ubi quies et silentium, ubi nullæ tur-
 bæ aut strepitus mentium integritate
 labefactarent: ubi ‘ Sapientiæ
 gymnasium, ubi mores bene institu-
 untur, et animi virorum diriguntur.’
 Hæc enim solitudo præbet, ex Plu-
 tarcho.

8 *Quos et aquæ subeunt et auræ*] Perfluentes aquæ, et aspirantes seu
 perflantes auræ ac Zephyri amœnos

Me fabulosæ Vulture in Apulo,
Nutricis extra limen Apuliæ,

10

per quæ rivi penetrant ac venti. Me puerum defessum ludendo, somnoque oppressum

ille probat; et sic Sandby in ed. Lond. 1749.—9 *Me fabulosæ* conj. N. Heins. ap. Bentr. metro repugnante: vid. Bentr. cf. 1. Od. 22. 7. *fabuloso*, ut ad Vulturem pertineat, conj. Torrent. et docte defendit Schmid. quia vix extet mons, de quo non miracula narrentur; et credendum sit, Horatium, ambiguitatis vitandæ gratia, positurum fuisse ‘fabulosi’ si ad palumbes referri voluisset. ‘Hoc ultimum ego non urgeam. Certe bene habet *fabulosæ*.’ Jani. *littore in Appulo* quidam malebant Lambini ætate. Omnes fere edd. duplici *pp*, *Appulo*, ob metrum scilicet.—10 *Nutricis* Acr. Porphy. Comment. Cruquii, tres Lamb. Pulmanni Hunn. Gemblac. 1. 2. et Diesth. duo Blandd. et Mart. Cruq. Torrentii omnes præter unum, unus Bersm. Harl. 2. 3. 4. 5. 6. multi Bentr. Sax. Gott. Brod. Lips. 1. 3. 4. Helmst. Altt. Zar. Flor. 1482. Venett. 1478. 1486. 1492. Locher. Ascens. Baxt. Magis etiam probant, licet non ediderint, Lamb. Cruq. Torr. Sed *Altrici* Bentleyi Græv. Leid. et Regin. Harl. 1. et multi alii, antiquiss. Bland. et (præter tres) reliqui omnes Cruquii, unus Torrentii, Lambini omnes præter tres, Pulmanni Beller. omnes Fabric. Mentel. Franeq. Lips. 2. Dess. 2. Mediol. 1477. 1486. 1502. Venett. 1495. 1590. Basill. Lamb. Cruq. Torr. Steph. Fab. Rutg. Fabr. Heins. Dacer. Bentr. Cun. San. Jon. Sivr. Jani, Mitsch. Bipont. Wetzel. Wakef. et Kidd. Bentr. conj. *Altrici extra limina sedulæ*, vel *Amuliæ*; Jones. *A. e. limina villulæ*. ‘Credere possis forte Poëtam scripsisse, *Altrici e. limina patriæ*; ut ‘altrix patria,’ sicut Virg. *Æn.* III. 273. ‘terra altrix Ulixi,’ sit vel Apulia, vel, quod magis placere possit, ager Venusinus, ubi natus et altus esset, extra cujus limen, h. e. territorium, quale cuius coloniz

NOTE

faciant inprimis lucos.

9 *Me fabulosæ*, &c.] Hæc strophe magnam interpretibus crucem fixit hactenus. Atenim quo referenda vox *fabulosæ*? Deinde, quid ait Poëta de *Vulture Apulo*, *extra Apuliam*? Quod primum spectat; sunt qui Apuliam dici fabulosam velint, ac de insulis etiam Diomedeis Apuliæ proximis meras ipsi fabulas texant. Quidam nutricem Horatii Apuliam vocari, quæ fabulosa narrare solita sit, comminiscuntur: papæ! cudere se auile figmentum nec advertant. Verum enim, an palumbes (quod restat) fabulosas dicat Poëta, quando rem ut vere gestam commemorat? Ita sane melioris notæ Interpretes. Immo *palumbes fabulosæ*, inquam ego; sicut ‘Hydaspes fabulosus,’ 1. Od. 22. 8. Et apud Plin. v. 1. ‘Atlas mons

Africæ vel fabulosissimus:’ nimirum quod de illis valde multa scribunt, dicunt, fabulantur; præsertim vero Poëtæ. Sic palumbes curru Veneris trahendo jungunt: eique numini sacras, atque, ut hoc loci, ministras faciunt.

Vulture in Apulo Nutricis [*Altrici*] *extra limen Apuliæ*] Est Vultur mons in Apuliæ Lucaniæque confinio, quem admodum et Venusia Horatii patria et *altrix*. Itaque nullo negotio omnis solvetur, si quis est, nodus. Erat in *Apulo Vulture* Poëta, ibique obdormivit puer; extra fines tamen Apuliæ tum fuit: siquidem versabatur in istius latere montis ad Lucanos respiciente et pertinente. Sic de seipso ait, II. Sat. 1. 34. ‘Lucanus an Appulus, anceps: Nam Venusinus arat finem sub utrunque colonus.’

Ludo fatigatumque somno
 Fronde nova puerum palumbes
 Texere; mirum quod foret omnibus,
 Quicumque celsæ nidum Acherontiae,
 Saltusque Bantinos, et arvum 15
 Pingue tenent humilis Ferenti,
 Ut tuto ab atris corpore viperis
 Dormirem et ursis; ut premerer sacra
 Lauroque collataque myrto,
 Non sine Dis animosus infans. 20

celebratæ palumbes recentibus foliis cooperuere in Vulture Apulo extra fines Apuliæ nutritis meæ. Quæ res admirationem cunctis faceret, quotquot sublimis Acherontiae domos incolunt, et Bantiae campos, agrosque opimos Ferenti depressi: quo pacto somnum caperem securo corpore a nigris viperis atque ursis: qua etiam ratione coniectus essem sacrata lauro, et myrto congesta, puerulus ego non absque numinum



esset, exerrasset puer.' Jani.—12 Cuning. ex Venet. 1478. in qua est *palumbe*, edidit *palumbæ*.—13 Sanad. Parenthesi inclusit: *mirum quod . . . Ferenti*.—14 *Acheruntia*, *Acheruntia* variantes ap. Jani.—15 *Butinos* quidam codd. ut Helmstad. Lips. 1. a m. pr. et ipsi Scholl. oppidum Batinam vocantes, ac derivantes a Bato (al. Batino) flumine, ut aiunt, Lucaniae. Sed Batum fl. est in Brutiis, Batinum in Picenis; Plin. III. 5. et 13. Interim *Batinos* scribunt et Venet. Ascens. Locher. Basil. Fabr. Rutgers. &c. *Bathinos*, *Balthinos*, *Palthinos*, variantes ap. Jani. Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. et optimi codd. cum edd. recentt. *Bantinos*.—16 *Ferenti* quidam codd. et edd. vett. ap. Cuning. Mentel. Lips. 1. 2. 4. Harl. 2. 4. 5. 6. et Dess. 1. 2. et sic edidit Cuning. Sanad. Jani, Bipont. et Mitsch. *Ferenti* vero exhibent ceteri codd. omnes et edd. præter Franeq. qui habet *Florenti*.—19 *Lauruque* Cuning. *collectaque myrto* quidam ap. Jani, ex interpretamento.—20 Post *myrto*

NOTÆ

12 *Fronde nova puerum palumbes Texere*] Jani tum suam mihi tutelam obtulere Dii, quam postea abunde expertus sum.

Palumbes] *Columbæ sylvestres*.

14 *Nidum Acherontiae*] *Acherontia* est urbs Lucaniae in montis vertice, ut nidus in arboris fastigio posita. Cicero de Orat. I. n. 196. 'Tanta vis patriæ est, ut Ithacam illam in asperimis saxulis tanquam nidulum affixam sapientissimus vir immortalitati anteponeret.'

15 *Saltusque Bantinos*] *Bantia* oppidum est Apuliæ in Lucaniae confinio, pascuis abundans, Venusiæ prox-

ima.

16 *Humilis Ferenti*] Hæc etiam urbs Apuliæ, Lucaniae fines attingit, inter Venusiam et Acherontiam sita.

17 *Ut tuto ab atris, &c.*] Circumstantibus nempe istarum urbinum incolis miram visum est, qui fieret, ut puer ego dormirem tutus illic tum a viperarum venenis, cum et ab urso-rum voracitate. Quo etiam præsagio obiectus essem lanrea Apollini, myrtoque Veneri consecrata. Illinc autem ostensum est Poëtam me fore, hinc vero ad canendas res amatorias destinari.

20 *Non sine Dis*] Pindar. Pyth. Od.

Vester, Camœnæ, vester in arduos

Tollor Sabinos; seu mihi frigidum

Præneste, seu Tibur supinum,

Seu liquidæ placuere Baiæ.

Vestris amicum fontibus et choris,

25

Non me Philippis versa acies retro,

Devota non extinxit arbor,

Nec Sicula Palinurus unda.

Utcumque mecum vos eritis, libens

tutela impavidus. Vester, o Musæ, vester sum; seu vehor ad Sabinos asperos: sive algidum Præneste, seu declive Tibur, seu Baias amœnas adire libucrit. Vestros fontes et choros amantem haud me vita privavit actus in fugam exercitus apud Philippos, neque arbor execranda, neque Palinurus in mari Siciliae. Quandocum-

//////////

punctum ponit Acron, et jungit: ego qui eram *non sine . . . infans*, nunc *vester*, &c. Landin. *Non sine Dis animosus. Infans vester*, &c.—24 Porphyr. *Sed placidæ placuere Baiæ.*—27 Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. et vulgatæ edd. ante Bentl. *arbos*; sed *arbor* omnes codd. Lambini, Bentleii, Pulmanni, et Jani, et plurimæ edd. vet. ut Venett. 1477. 1478. 1479. 1483. 1486. Florent. 1482. Locher. Ascens. Ald. 1501. aliæque ap. Cuning. item Lamb. Heins. Bentl. Jones. Delph. Cuning. Sanad. Sivr. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzcl. Wakef. et Kidd. Cf. Var. Lectt. ad II. Od. 9.—28 *Non Sicula* Helmstad. et

NOTE

v. οὐ θεῶν ἔτερ. Virgil. 'non sine numine Divum.' Sallust. 'Tanta repente mutatio non sine Deo videretur.'

21 *Camœnæ*] A cantu Servius, a castitate mentis Festus nomen hoc factum aiunt.

In arduos Tollor Sabinos] Sive quando montosam Sabinorum regionem scando, pergens ad prædium meum ibi situm. Supra, in fine primæ Odes hujus libri.

22 *Frigidum Præneste*] Latii oppidum frigidas habens et salubres aquas. Strabo lib. v.

23 *Tibur supinum*] In montis ascensu ædificatum. De eo I. Od. 7. et 18.

24 *Liquidæ Baiæ*] Urbs Campaniæ maritima, calidis aquis, aëre puro, secessu grato celebrata. II. Od. 18.

25 *Vestris amicum fontibus, &c.*] Ope

vestra et patrocinio quoties salvus fui? Primo non perii in cæde ac fuga exercitus Bruti et Cassii, ad Philippopos urbem Thessaliæ. II. Od. 7. Deinde me non oppressit arbor cerebro prope illapsa; de qua II. Od. 13. et 17.

27 *Devota*] Diris nempe, sacra, detestabilis. Postea cum a Philippensi bello redirem in Italiam, periclitatus sum graviter quidem, at naufragium tamen non feci ad promontorium Lucaniæ nominatum a Palinuro Æneæ nauclero illic merso, quod mari Siculo perfunditur.

29 *Utcumque mecum vos eritis*] Vestram ergo tutelam sæpe expertus nihil est quod usquam formidem, nullum certe non periculum intrepidus adibo, vestra fretus ope et præsidio.

30

Insanientem navita Bosporum
Tentabo, et arentes arenas
Littoris Assyrii viator:
Visam Britannos hospitibus feros,
Et lætum equino sanguine Concanum :

que mihi vos aderitis, ultro Bosporum æstuosum navigabo, et peragrabo sicca sabula finium Syriæ: pergam ad Britannos advenis crudeles, atque ad Concanos

//////////

Lips. 4.—30 Multi codd. et edd. *Bosphorum*, solenni errore. Vide ad II. Od. 13. 14. *Bosporon* Cuning.—31 Harl. 2. 4. 5. 6. quidam Lambini, Pulmanni Hunn. Gemblac. 1. 2. et Beller. unus Bland. et Mald. Cruquii, duo Bersmanni, Bentleii Leid. et Regin. liber Fabr. Gott. Lips. 1. 2. 4. Helmstad. Alt. 2. Dess. 1. et Locher. *et urentes*, i. e. vestigia viatoris ardentis; quod etiam præfert Barth. Advers. xxxix. 9. *et ardentis* conj. With. *et arentes* habent Harl. 1. 3. cum aliis codd. et edd. certe recentt.—34 *Concanum* var. lect. ap. Jani; *Caucasum* conj. Nic. Montan. ap. Lamb. ob difficultates in Concanis motas. Sed vide Sil. Ital. III. 361. et Claud. in Rufin. I.

NOTÆ

30 *Insanientem Bosporum*] Æstuosas ac frementes maris angustias. II. Od. 13. 14. Virgil. Eclog. IX. 43. 'Huc ades: insani feriant, sine, littora fluctus.'

31 *Arentes arenas Littoris Assyrii*] Quidam legunt *urentes*. Intellige Syriæ seu Assyriæ vel fines extremos; nam veteribus quælibet regionum et agrorum extremitates littora vocabantur: vel solitudines arenosas et ferventes, in quibus viatores æstu soluti nonnunquam intereunt. Ab Assur filio Sem dicta Assyria, Asiæ regio, Mesopotamiæ affinis, ab ea Tigri flumine distincta. Isidor. Etym. S. August. Quod si placet Assyriam poni pro Syria, hæc certe ad mare extenditur, ejusque tenet littus. Plin. v. 12. 'Juxta Syria littus occupat, quondam terrarum maxima, et pluribus distincta nominibus.... Assyria ante dicta,' &c.

33 *Britannos hospitibus feros*] Ab his olim hospites immolari solitos aiunt: sicut apud Tauricæ regionis

populos id factum constat. Vide Euripid. Iphigen. in Tauris.

34 *Lætum equino sanguine Concanum*] Concani Cantahrorum pars, apud Hispaniam Tarraconensem, Massagetarum colonia fuere; quædam habuere communia cum Thracibus et Scythis, quantum ad crudelitatem bellinumque ritum, ex Strabone lib. v. Istis omnibus, sicut et Sarmatis, mos erat, e pedis vel cruris equini venis eductum sanguinem lacti permixtum potare. Plin. xviii. 10. 'Pul-te aluntur, et cruda etiam farina, equino lacte vel sanguine e cruris venis admisto.' Virgil. Georg. III. 460. 'Inter Ima ferire pedis salientem sanguine venam: Bisaltæ quo more solent, acerque Gelonns, . . . Et lac concretum cum sanguine potat equino.' Martial. Spectac. III. 4. 'Venit et epoto Sarmata pastus equo.' Sil. Ital. III. 360. 'Nec qui, Massagetem monstrans feritate parentem, Cornipedis fusa satiaris, Concane, vena.'

| | |
|----------------------------------|----|
| Visam pharetratos Gelonos | 35 |
| Et Scythicum inviolatus amnem. | |
| Vos Cæsarem altum, militia simul | |
| Fessas cohortes abdidit oppidis, | |
| Finire quærentem labores, | |
| Pierio recreatis antro : | 40 |

cruoris equini potu gaudentes: Gelonos pharetram gestantes, atque fluxum Scythiæ adibo illæsus. Vos magnum Augustum finem laboribus petentem oblectatis in specu Pierio, quando fatigatas bello turmas in urbibus collocavit. Vos mansuetum

312.—37 *Cæsarem altum militia jungit Acron, et post eum Ascens, et Mancin. i. e. inclytum, sublimem triumphis.*—38 *Fessus conj. Lamb. et recepit Cuning. probante Bentl. urbibus abdidit Nic. Heins. ad Ovid. Fast. iv. 305. reddidit oppidis Jannoct. et Faërn. Lambini, codex Achill. Stat. Pulmanni Hunn. et Diesth. nms Bland. et Mald. Cruquii, quatuor Torrentii, Bentleii Galens. Battel. Bodl. 1. 2. et Colbert. pro v. l. Zarot. Florent. 1482. et Venett. 1486. 1495. Probant Brut. et Barth. Advers. xxxix. 9. et edidit Bentl. eumque secuti sunt Sanad. Wakef. et Kidd. addidit oppidis Sivr. et sic Alt. 1. et Dess. 2. redditas oppidis Græv. Bentleii a m. pr.*—39 *Dess. 2. laborem.*—

NOTÆ

35 *Pharetratos Gelonos*] Scythiæ populos, de quibus II. Od. 9. et 20. Virgil. Æneid. VIII. 'Sagittiferos.'

36 *Scythicum amnem*] Tanaim fluvium, (vernac. *Don*,) inter Europam et Asiam limitem celeberrimum. Lucan. III. 272. 'vertice lapsus Riphæo Tanais diversi nomina mundi Imposuit ripis, Asiæque et terminus idem Europæ, mediæ dirimens confinia terræ.'

37 *Vos Cæsarem, &c.*] Vos etiam, o Musæ, Augustum Cæsarem, post bellicos labores, recreatis cantionibus vestris ac modicis poëticis; *in antro Pierio*, secessu et otio liberali.

Militia simul Fessas cohortes abdidit oppidis] Cum in urbibus copias, hyemandi causa, seu in hybernis collocavit.

39 *Finire quærentem labores*] His quidam alludi volunt ad id quod refertur Augustus quietem optasse et vacationem a Republica petivisse. Vide Sueton. Octav. cap. 28. Sed potius notatur Augusti consuetudo

per hyemes vacandi literarum studio, ingenii deliciis, carminum scriptioni. Sueton. Octav. cap. 84. 'Eloquentiam studiaque liberalia ab ætate prima et cupide et laboriosissime exercuit,' &c. cap. 85. 'Multa varii generis prosa oratione composuit . . . Poëticam summam attigit. Unus liber extat scriptus ab eo Hexametris versibus, cujus et argumentum et titulus est, 'Sicilia.' Extat alter æque modicus Epigrammatum quæ fere tempore balnei meditabatur. Tragædiam magno impetu exorsus, non succedente stylo abolevit.' De Ajace illa erat, &c.

40 *Pierio recreatis antro*] Pierus mons est Thessaliæ Musis sacer. Inde Pierides illæ dictæ sunt, et quicquid ad eas pertinet Pierium vocari, notum est ac tritum. Cicero de Nat. Decor. a Pierio patre nomen desumit: at Sext. Pompeius a dicto monte, cujus amœnitas et solitudo opportuna est et grata studiosis.

Vos lene consilium et datis, et dato
 Gaudetis, almæ. Scimus, ut impios
 Titanas immanemque turmam
 Fulmine sustulerit caduco,
 Qui terram inertem, qui mare temperat 45
 Ventosum, et urbes, regnaque tristia,

animum et donatis, et donato benignæ lætamini. Novimus quomodo sceleratos Gigantas, ac ferocem phalangem missis fulmine profligarit is, qui terram immobilem, qui mare ventis obnoxium moderatur, atque oppida, mæstamque regionem, Deosque

43 Pulmanni Gemblac. 1. 2. et Diesth. Mart. Cruquii, duo Bersmanni, Lips. 1. 3. 4. Altt. 1. 2. Dess. 1. Brod. Harl. 3. 4. 5. Venet. 1492. Locher. et Ascens. *turbam*; Harl. 1. 2. 6. alii codd. et edd. *turmam*.—44 Bentl. emend. *corusco* pro *caduco*; Cuning. conj. *acuto*; With. *trifulco*; conj. ap. Jones. *caducos*.—46 *Ventorum* Lips. 4. et *umbras* emend. Bentl. et sic Sanad. Sivr.

NOTÆ

41 *Vos lene consilium et datis*] Humanæ literæ, quæ ad humanitatem et lenitatem instituant, dictæ. Suet. Octav. cap. 51. 'Clementiæ civilitatisque ejus multa et magna documenta sunt,' &c. Vide cap. seq. ibid. Erga literatos et ingeniosos benignitate ac liberalitate summa usum, nemo nescit. Sueton. cap. 89. 'Ingenia sui sæculi modis omnibus fovit. Recitantes et benigne et patienter audit,' &c.

Consilium] Adverte duas breves pro una longa, sic et postea Ode vi. 'Hinc omne principium.'

Dato Gaudetis] Non vos pœnitent datæ Cæsari humanitatis, qua vestros clientes fovet. Sueton. mox cit.

42 *Scimus, ut impios Titanas, &c.*] Clare patet per Jovem designari Augustum, per Titanas et Gigantas omnes Augusti adversarios, quibus sublatis ac virtute domitis rerum potitus est. Mire vero Augusto blanditur, dicens pro eo stetisse Palladem, id est, sapientiam cum virtute conjunctam; Bruto vero et Cassio fuisse vim consilii expertem, quæ propria mole corruerit. Porro ista Cæsaris elogia allegoricis ambagibus ingenio-

se exornat.

Impios Titanas] Terræ ac Titanis filios, Gigantas, qui Deos lacessere ausi Jovemque cælo pellere moliti sint: quasi patris ulciscendi causa, ad quem hæreditario jure cæli regnum pertineret, utpote fratrem Saturni natu majorem. Vide II. Od. 12. et 19. Virgil. *Æneid.* vi. 580. 'Genus antiquum terræ, Titania pubes, Fulmine dejecti.' Diodor. Sicul. iv. 3. scribit Cælum e Titæa uxore decem et septem filios procreasse, proprioque nomine singulos, communi autem omnes, a matre Titanas appellasse.

Impios] Macrob. Satur. i. 20. 'Quid Gigantes aliud fuisse credendum est, quam hominum impiam quandam gentem, Deos negantem: et ideo existimatam Deos pellere de cælesti sede voluisse? Horum pedes in draconum volumina desinebant: quod significabat nihil eos rectum, nihil superum cogitasse, totius vitæ eorum gressu atque processu in inferna mergente.'

45 *Terram inertem*] I. Od. 34. 'bruta tellus.'

46 *Regnaque tristia*] Inferos. Nec

Divosque mortalesque turbas
 Imperio regit unus æquo.
 Magnum illa terrorem intulerat Jovi
 Fidens juvenus, horrida brachiis,
 Fratresque tendentes opaco
 Pelion imposuisse Olympo.

50

et homines solus gubernat potestate legitima. Jovi metum ingentem incusserant immanes illi juvenes lucertis confisi, et fratres Pelion superaddere conati Olympo

Wakef. et Kidd. probante L. Bos. Anim. in Hor. p. 42. *et orbem emend. Cuning. Ventosque et imbres conj. ap. Jones. V. umbrarum regnaque emend. idem Jones. improbante Jani.*—47 Harl. 1. 5. 6. omnes Pulmanni et Torrentii, Bland. 1. 2. 3. 4. Div. Sil. Carr. et Mald. Cruquii, Lips. 1. 2. 3. 4. Dess. 2. Bentleii Petrens. et Battel. Venett. 1478. 1479. Vet. Comb. Rutgers. Schrevel. Delph. et vulgg. ante Lambin. *turbas*; Harl. 2. 3. 4. Acr. omnes Lambini, Mart. Cruquii, Pulmanni Gemblac. 1. pro v. l. Bentleii Græv. Leid. et Regin. Mentel. Franeq. Dess. 1. Helmstad. duo Bersmanni, Venett. 1492. 1590. Ascens. Locher. Basill. Fabr. Heins. Steph. Fab. Bentl. Cuning. Sanad. Baxt. Jones. Sivr. Jani, Bipont. Mitsch. Comb. Wetzel. Wakef. et Kidd. *turbas*. 'Sunt qui vs. 43. *turmam*, hic etiam habeant *turbas*; item qui ibi *turbam*, hic *turbas*, quod sane non ferendum. Facile erat in 'turma' et 'turba' permutatio. Præstat haud dubie vs. 13. *turma*, et h. l. *turba*.' Jani.—50 'Fidens, juvenus horrida, br. &c. recte distinguitur, non, ut multi, etiam Baxt. *Fidens juvenus*,' &c. Jani.—51 Unus Bland. Cruquii, in-

NOTÆ

enim credendum Cruquio interpretanti, Tyrannidem, ob vocem *urbes*, Inferis haud convenientem, inquit ille: quasi vero jungenda essent hæc, *urbes, regnaque tristia*. Immo Jovis Imperium extendit Poëta ad Superos Inferosque, et orbem hunc seu mare, terramque, in qua *urbes*. Quæ omnia complectitur his vocibus, *Divosque mortalesque turbas* regit unus, scilicet Jupiter. Virgil. *Æn.* 1. 65. 'Divum pater atque hominum Rex.'

49 *Magnum illa terrorem intulerat Jovi, &c.*] Illa Gigantum turma immani robore prædita Jovem, ceterosque Deos terruit, ac 'periculum' inde 'fulgens contremuit domus Saturni veteris:' ut est *II. Od.* 12. Vide Hesiod. *Theogon.* Ovid. *Met.* v. 321. 'Emissumque ima de sede Typhoëa terræ Cœlitibus fecisse metum: cunctosque dedidisse Terga fugæ; donec

fessos Ægyptia tellus Ceperit,' &c.

50 *Fidens juvenus, horrida brachiis*] Virgil. *Æneid.* vi. 582. 'Immania vidi Corpora: qui manibus magnum rescindere cælum Aggressi, superisque Jovem detrudere regnis.'

51 *Fratresque tendentes, &c.*] Intellicant nonnulli Otum et Ephialtem, 'Aloidas geminos,' quos memorat Virgil. mox cit. sed Gigantas omnes eodem patre vel eadem matre genitos, adeoque fratres, melius est accipi. De his Virgil. *Georg.* 1. 280. 'Et conjuratos cælum rescindere fratres. Ter sunt conati imponere Pelio Ossam Scilicet, atque Ossæ frondosum involvere Olympum: Ter pater exstructos disjecit fulmine montes.'

52 *Pelion imposuisse Olympo*] Montes montibus aggerere.

Pelion] Mons Thessaliæ, Olympo et Ossæ attiguus. Olympus Thessa-

Sed quid Typhoëus, et validus Mimas,
 Aut quid minaci Porphyriion statu,
 Quid Rhœtus, evulsisque truncis
 Enceladus jaculator audax,
 Contra sonantem Palladis ægida
 Possent ruentes? Hinc avidus stetit

55

umbroso. Verum quid Typhon et fortis Mimas, vel quid Porphyriion statura terribili, quid Rhœtus et Enceladus eradicatas arbores torquere nisus, valeant adversus crepantem Minervæ clypeum irrumpentes? Ex hac parte certabat ardens Vul-

tendentes; Lips. 4. contententes.—53 Sed quod Dess. 1. a m. pr. et Venet. 1492. Typhæus, Typheus, Typhæus variantes ap. Jani. Est Typhoëus trisyll. ut recte Lamb. Brut. Heins. Steph. Fabric. Delph. Cuning. Sanad. Jani, Biont. Mitsch. et Wetzel. ut eu in diphthongum jungatur, non æ; est enim Τυφωεύς. Typhæus dedere cum multis vett. Schrevel. Bentl. Wakef. Comb. et Kidd. Minas, Menas, variantes ap. Jani.—54 Porphyriion, Prophirion, variantes ap. Jani.—55 Codd. ap. eundem variant: Rhœtus, Rhetus, Ræthus, Rethus, (ita Brod. ap. Gesner.) Rhetheus; multi codd. et edd. Rhæcus; Cuning. Rhætos. Vide Var. Lectt. ad 11. Od. 19. 23.—56 Codex ap. Jani, En-

NOTE

liam a Macedonia dirimit, nubes attingit vertice. Unde pro Cælo ponitur sæpino apud Poëtas. Smt et alii montes ejusdem nominis tres, primus in Mysia, alter in Lycia, tertius in Cypro. Sed de his non agit.

53 *Sed quid Typhoëus*] Quid Gigantum vis, insolentia, temeritas, adversus Deos? Ne legas cum vulgo *Typhæus*. Τυφωεύς, qui et Τυφώς vel Τυφών, a τύφος, arrogantiā, duplici fuisse natura, humana et ferina, dicitur ab Apollodoro lib. 1. et a Jove percussus eminus quidem fulmine, cominus autem adamantina falce.

Validus Mimas] Hic totam Lemnon insulam jaculari in Deos nisus dicitur apud Claudianum: at ipse Prochyte Tyrtheni maris insulæ subjectus. Sil. Ital. xii. 147. 'Apparet Prochyte sævum sortita Mimantem.'

54 *Minaci Porphyriion statu*] Ingenti statura insolens et minax. De eo

Claudian. in Gigantomach.

55 *Rhœtus*] Is et *Rhetus*. 11. Od. 19.

56 *Enceladus jaculator audax*] Tam robustus ut evulsas arbores intorqueret: omnium Gigantum maximus fuisse perhibetur. De eo postea ad voces, 'nec peredit Impositam celer ignis Ætnam.'

57 *Palladis ægida*] Iste Palladis clypens, quo dicitur Jupiter Gigantum repressisse audaces conatus, significat sapiens consilium virtutis comes et præsidium, siue quo ipsa parum valet. Utrumque vero Augusto affuisse, ut ante jam annotavi, Horatius indicat. De Ægide, 1. Od. 15.

58 *Hinc avidus stetit Vulcanus, &c.*] Pro Jove dimicavit Vulcanus, *avidus*, seu quod ignis omnia corripit et depascatur, seu quod ille pugnae avidus, præliumque ardens capesceret.

Vulcanus; hinc matrona Juno; et
 Nunquam humeris positurus arcum, 60
 Qui rore puro Castaliæ lavit
 Crines solutos, qui Lyciæ tenet
 Dumeta natalemque sylvam,
 Delius et Patareus Apollo.
 Vis consilii expers mole ruit sua: 65
 Vim temperatam Di quoque provehunt
 In majus; idem odere vires
 Omne nefas animo moventes.

canus, et domina Juno, necnon Phæbus arcum semper humeris gestans, qui Castalii fontis aqua liquida passos capillos perfundit, qui Lyciæ nemora et sylvam natalem obtinet, Patareus atque Delius hinc dictus. Robur sine prudentia proprio cadit pondere. Moderatum robur ipsa numina promovent ad amplius: vires autem

//////////

cheladus; Cuning. edidit Encelados.—59 Copula et in fine versus deest in Lips. 4.—61 Quod rore puro Lips. 3.—64 Delios et Patareus Vigorn. ap. Benth. cui valde placet; et sic edidit Cuning. Patareus, Pacareus, Patereus, Patereius, aberrationes ap. Jani. Gr. est Παταρεός.—65 Quidam codd. et edd.

NOTE

59 *Matrona Juno*] Ovid. Fast. vi. 'Si torus in pretio est, dicor matrona Tonantis.'

60 *Nunquam humeris positurus arcum, &c.*] Apollo pharetra semper et arcu instructus, quæ sunt ejus arma et insignia, de quibus vide Macrob.

61 *Qui rore puro Castaliæ, &c.*] Cui sacer fons Castalius ad radices Parnassi. iv. Od. 6. 'Phæbe, qui Xantho lavis amne crines.'

62 *Qui Lyciæ tenet Dumeta*] Sacrum erat Phæbo delubrum in sylva Lyciæ, Asiæ Minoris provinciæ, cujus civitas insignis Patara, in qua et ille præcipue colebatur, et oracula edebat: hinc dictus *Patareus*. Strab. lib. xiv. A Pataro Apollinis filio Pataram nomen habuisse Stephanus.

63 *Natalemque sylvam, Delius*] Apud Delum insulam et Cynthi montis nemora natus Apollo fertur: sexque

ibi mensibus æstivalibus responsa dabat; sex autem hyemalibus, apud Pataram, teste Servio. Ovid. de Art. ii. 80. 'Clario Delos amata Deo.'

65 *Vis consilii expers mole ruit sua*] Robur quantum quantum fuerit, nisi consilio et prudentia temperetur et regatur, parum juvat et proficit: quin potius ut plurimum nocet ex Euripide: 'Ρώμη δέ τ' ἀμαθῆς πολλάκις τίκτει βλάβην. Sic Bruti virtus et Cassii Romanæ juventutis ac nobilitatis delectu et robore quamvis stipata in irritum cecidit, quia consilio carere: suaque illi clade et ruina totam prope Rempublicam implicuere. Contra Augusti virtutem sapientia temperatam Dii provexere ad Romani clarum Imperii, et ad orbis universi dominationem. Ipsi vero Dii omnibus iis adversantur, qui sua fortitudine abutuntur ad scelus.

Testis mearum centimanus Gyges
 Sententiarum, notus et integræ 70
 Tentator Orion Dianæ,
 Virginea domitus sagitta.
 Injecta monstris Terra dolet suis,
 Mœretque partus fulmine luridum
 Missos ad Orcum; nec peredit 75
 Impositam celer ignis Ætnam :

quodlibet scelus machinantes aversantur. Dicta mea manifeste comprobat Gyges centum manus habens, pariter et Orion oppugnator castæ Dianæ, hujus virginis telis confossus. Terra suis portentis imposita ægre fert: atque filios ad fœtida Tartara fulmine detrusos dolet. At vorax flamma non absorbit Ætnam injectam: neque

Vis consilii.—69 Codd. habent: *Gyas, gigas, giges*, ut supra II. Od. 17. 14.—70 *Sent. notus, et, &c.* Lamb. Cruq. Fab. H. et R. Stephh. Heins. Fabr. Dacer. Schmid. et Wakef. *Sententiarum, notus et Bentleii Græv. Regin. Petrens. et Battel. Venett. 1478. 1479. 1492. Locher. Ascens. Benth. Cuning. Sanad. Baxt. Jones. Sivr. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzcl. et Kidd.*—73 *Terra*, majusculo T, Benth. Cuning. Sanad. Sivr. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzcl. et Kidd.—76 *Ætncn* unus Bersmanni, Lips. 1. Dess. 1. Cuning. Jani, Mitsch.

NOTÆ

69 *Gyges* [*Gyas*] Vel *Gyges* Briarei frater, vel ipse Briareus, aut Gigantum quispiam ad Tartara cum aliis deturbatus. Vide lib. II. Od. 17.

70 *Integræ Tentator Orion Dianæ*] Hanc ille ausus interpellare de stupro, ejus sagittis est confossus ac peremptus. De eo tamen admodum aliter alii fabulantur. Vide I. Od. 28. 21. et II. Od. 13. 39.

73 *Injecta monstris Terra dolet suis*] Monstrosi filii, nempe gigantibus, fulminatis: Terra dolet quod etiam pœnæ ac supplicio illorum servire, eosque premere cogatur ipsis injecta: unde et in ultionem sui que doloris qualecumque solatium, Famañ, quæ Deorum probra evulgaret, dicitur genuisse, ‘ira irritata Deorum,’ ut canit Virgil. *Æneid.* IV. 178.

Injecta] Gigantes præcipui variis sunt insulis obruti: Otus Creta; Prochyta Mimas, ex Sillio ante cit. vel Typhoëus, ut aliis placet: insula Co Polybœtes: Sicilia Euceladus, vel, ut

alii scribunt, Typhon seu Typhoëus. Virgil. *Æneid.* III. 578. ‘Fama est, Euceladi semustum fulmine corpus Urgeri mole hac, ingentemque insuper Ætnam Impositam ruptis flammam exspirare caminis: Et, fessum quoties mutat latus, intremere omnem Murmure Trinacriam, et cœlum subtexere fumo.’ Ovid. *Met.* V. 346. ‘Vasta Giganteis ingesta est insula membris Trinacris: et magnis subjectum molibus urget Æthereas auras sperare Typhoëa sedes. Nititur ille quidem, pugnatque resurgere sæpe. Dextra sub Ansonio manus est subjecta Peloro: Læva, Pachyne, tibi: Lilybæo crura premuntur. Degravat Ætna caput, sub qua resupinus arenas Ejectat, flammamque fero vomit ore Typhoëus,’ &c.

74 *Luridum*] Plumbei coloris, lividum, pallore et nigrore mixtum.

75 *Nec peredit Impositam celer ignis Ætnam*] Neque tamen ignis per Ætnæ hiatus e Gigantis suppositi ore

Incontinentis nec Tityi jecur
Relinquit ales, nequitiae additus
Custos: amatorem trecentae
Pirithoum cohibent catenae

80

libidinosi Tityi hepar dimittit vultur luxuriae vindex appositus: amantem vero Pirithoum trecenta coercet vincula.

et Bipont.—77 *Tytii, Ticii* variantes ap. Jani.—78 *Reliquit* Lips. 1. ex emend. Lips. 3. 4. Mentel. Venet. 1492. Locher. et Ascens.—80 *Pyrrithoum* var. lect. ap. Jani, *Perithoum* Ascens. *Peirithoum* Torrent.

NOTÆ

prorumpens absumit eum montem: adeoque non minuuntur ejus cruciatu. Vide Lucret. lib. vi. Ætnæ descriptionem, &c.

77 *Incontinentis nec Tityi jecur Relinquit ales*] Vultur Tityi jecur velliscans haud illum unquam patitur interquiescere; quod Latonæ vim inferre tentaverit. Vide II. Od. 14.

78 *Nequitiae*] Libidinem non raro notat ea vox. Cic. in Verrem: 'Vestigia libidinis et nequitiae.' Tuscul. III. n. 17. 'Frugalitatis est motus animi appetentis regere et sedare, semperque adversantem libidini, mo-

deratam in omni re servare constantiam; cui contrarium vitium nequitia dicitur. Frugalitas a fruge . . . nequitia ab eo quod nequicquam est in tali homine: ex quo idem nihili dicitur.' Gell. VII. 11. 'Nequam hominem Græci dicunt ἀκόλαστον, libidinosum; vel μίαρὸν, scelestum,' &c. Vide Macrob. Saturn. lib. II. in fine.

79 *Amatorem trecentae Pirithoum cohibent catenae*] Amator ille temerarius, Proserpinam ut raperet ad Inferos profectus, ibi catenis constrictus pœnas luit graves ac diuturnas suæ intemperantiæ.

ODE V.

Narrata præclara Attilii Reguli historia ostendit Augustum, instaurata veteri militari disciplina superiorum temporum negligentia collapsa, Rempublicam restituisset, imperiumque Romanum æquale ipsius Jovis imperio reddidisse. Siquidem, ut ait Suetonius, disciplinam severissime rexit. (Laudatur Augustus, quod hujus virtute et nominis gloria factum erat, ut signa et Captivi Crassiani a Parthis redderentur. Istam vero captivitatem turpissimam esse et a moribus Romanorum abhorrere, ostenditur Reguli consilio et exemplo. Zeun.)

CÆLO tonantem credidimus Joveu

Non dubitavimus Jovem cælo dominari, quando intonuit: et Augustus vivens

Ode decima sexta Libri quarti in Ed. Sanad. Inscriptionem ita variant codd. *Augusti Laudes; Augustum celebrat; Augustum celebrat et Reguli virtu-*

Regnare : præsens Divus habebitur
Augustus, adjectis Britannis
Imperio, gravibusque Persis.

censebitur numen, additis Imperio Romano Britannis et Persis terribilibus. Er-

NOTÆ

Metrum est idem quod 1. Od. 9.

1 *Cælo tonantem, &c.*] Quando potentiam suam Jupiter ostendit fulgoribus ac tonitruis, tum credidimus eum in cælo regnare : sic Augustum degentem in vivis ac nobis præsentem nemo dubitabit inter numina recensere et colere, qui facinora plusquam humanæ virtutis ediderit ; reparans gloriam nominis Romani per Crassum ejusque milites obscuratam et infractam. Porro quas gentes et quot Augustus subegerit, vide apud Sueton. Flor. lib. ult. Sext. Aurel. Victor. Oros. lib. vi. &c.

Tonantem credidimus Jovem Regnare] Cic. de Nat. Deor. II. ‘ Nonne perspicuum est ex prima admiratione hominum, quod tonitrua jactusque fulminum extimuisse, credidisse ea efficere rerum omnium præpotentem Jovem?’ Sueton. Octav. 29. ‘ Tonanti Jovi ædem consecravit liberatus periculo, cum expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam ejus fulgor perstrinxisset, servumque prælucentem exanimasset.’ Lucan. III. 319. ‘ per fulmina tantum Sciret adhuc solum cælo regnare tonantem.’

2 *Præsens Divus habebitur*] Non a Romanis tantum sed et ab exteris nationibus. Nam ex Sueton. ‘ Ple-ræque provinciarum templa et aras constituerunt, quod aliis non nisi post mortem contigerat.’ Id factum Pergami in Asia, Nicomedæ in Bithynia refert Dio lib. LI. Virgil. Eclog. I. ‘ O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit. Namque erit ille mihi semper Deus : illius aram Sæpe tener nostris

ab ovilibus imbuet agnus.’

3 *Adjectis Britannis Imperio*] Ille tamen ipse ‘ Intactus Britannus,’ Epod. VII. et ‘ post Divum Julium nulli tentatus,’ nec nisi ab Imperatore Claudio triumphatus dicitur. Sueton. Claud. 17. Tacit. in Vita Agricolaë, &c. Ergo quasi futuræ victoriæ præsagium scripta est hæc Ode proficiscenti ad bellum Britannicum Augusto, unde tamen revocatus est motibus ac tumultibus Dalmaticis et Pannonicis, ex Dione, lib. XLIX. vel eos quasi victos Poëta canit, qui ad Augustum aliquot post annis arma rursus eo parantem inferre, jamque ‘ iturum Cæsarem in ultimos Orbis Britannos,’ legatos de pace miserunt : qua impetrata, Capitolio dona intulerunt, snamque Romanis insulam prope addixerunt. Testis Strabo lib. IV. *Οικείαν σχεδὸν παρεσκεύασαν τοῖς Ῥωμαίοις ὄλην τὴν νῆσον, κ. τ. λ.* Alii ; quod per Drusum Augusti privignum sint sperati, ejus nempe felicibus auspiciis. Vide IV. Od. 14. ad finem.

4 *Gravibusque Persis*] Graves Persas quidam intelligunt, quia gravis armaturæ : melius alii, ob Crassi gravissimam certe cladem ; de qua mox. Hi porro, qui pro Parthis ponuntur absque dubio, dicuntur subacti, quod ‘ Armeniam vindicanti Augusto facile cesserunt : obsides obtulerunt.’ Jus creandi Regis permiserunt : ademta denique M. Crasso et Antonio signa militaria remiserunt. Sueton. Octav. cap. 21. Eutrop. Flor. Aurel. Victor. &c. Vide etiam quæ annotavi ad I. Od. 19. 12. Adde Xiphilinum in Au-

Milesne Crassi conjuge barbara
 Turpis maritus vixit? et hostium
 (Pro curia, inversique mores!)
 Consenuit socerorum in arvis,

5

gone Crassi miles uxoris peregrinae vir infamis extitit? Etiamne Marsus et Apulus in castris hostium socerorum consenuit sub Principe Medo, anciliorum, nomi-



tem.—6 *Pro patriu* vet. cod. ap. Jones. quod receperunt Du Hamel, Sanad. et Schmid. improbante Jani. *Pro tempora* quædam edd. vett. teste Fabric. *Proh Curia* in quibusdam. Vide Cellar. Orthogr. Lat. tom. I. p. 321. ed. Harles.—8 ‘Vulgata omnium libb. lectio, *armis*. Sed *arvis* emend. T. Fab.

NOTÆ

gusti Monarchia: ‘Phraates per id tempus metuens ne Cæsar contra se exercitum duceret, captivos ad eum remisit, et signa militaria, quæ a Crasso acceperat: qua ex re Cæsar gloria efferebatur, quod absque labore recuperasset ea quæ alii magnis præliis amisissent: ob eam causam sacra fecit, atque sedens in equo urbem ingressus est. Tum laudabatur, quod sibi nihil præterea acquirendum esse putaret... cum esset autem in Asia, regnaque et principatus partim aliis confirmasset, partim ad alios transulisset, condemnatis quibusdam regibus, nonnullis etiam laudatis, atque in amicitiam receptis, quamplurimæ legationes ad eum venerunt,’ &c.

5 *Milesne Crassi conjuge barbara, &c.*] Augest Poëta invidiam ac turpitudinem Crassiani exercitus, ut hinc majorem parer Augusto gloriam, qui dedecus illud absterserit, eos vincendo qui antea victores, et ‘clade Crassiana altius animos erexerant,’ ex Flor. iv. 9. exinde Romanis formidabiles: ut dixi ad 1. Od. 19. cit.

Crassi] Jul. Flor. iii. 11. ‘Cupiditas Consulis Crassi, dum Parthico inhiat auro, undecim strage legionum, et ipsius capite muletata est... Filium ducis pæne in conspectu patris telis opernere hostes. Reliquiæ infelicis exercitus, quo quemque rapuit

fuga, in Armeniam, Ciliciam, Syriamque distractæ, vix nuntium cladis retulerunt. Caput ejus recisum, cum dextera manu ad Regem reportatum, ludibrio fuit, nec indigno. Aurum enim liquidum in rictum oris infusum est: ut cujus animus arserat auri cupiditate, ejus etiam mortuum et exsangue corpus auro ureretur.’

Conjuge barbara Turpis maritus vixit] In ea nimirum clade Romani exercitus ad viginti millia desiderati sunt, ad decem vero millia capti turpitudine barbararum conjugum vitam redemerunt, immo et consueverunt cum hostibus soceris, et in eorum castris militarunt. Appian. lib. II. de Bello Parthico, Plutarch. &c.

6 *Turpis maritus*] Justum enim matrimonium est inter cives tantum, ex Jurisc. In eo præterea turpitudinis, quod uxores ducerent filias Parthorum, qui inter Assyrios, Medos, ac Persas obscurissimi; quique Scytharum ferebantur exules ac profugi, quod et sonat vocabulum; denique, quod conscripti in eorum exercitu, qui totus pæne e servis constaret. Nam et cum M. Antonio occurrisset millia Parthorum equitum quinquaginta, quadringenti ad summum fuerunt ingenui.

7 *Pro curia, inversique mores*] O Senatus infracta majestas Consulis

Sub rege Medo, Marsus et Apulus,
 Anciliorum et nominis et togæ
 Oblitus, æternæque Vestæ,
 Incolumi Jove et urbe Roma?
 Hoc caverat mens provida Reguli,
 Dissentientis conditionibus

10

nis, togæque, et perennis Vestæ immemor, stante Jove et civitate Romana? O Senatus, et corrupti mores! Reguli prudens animus id præseuserat, cum refragu-

//////////

N. Heins. ap. Bentr. et recep. Bentr. Cnn. San. Gesn. Et jam sic Alt. I. Haud dubie (quod et Bentr. videt) prisca lectio est, quæ ante oculos fuit Scholiastis. Nam Porph. 'apud Parthos resedisse,' et Acr. 'velut propriis in sedibus omnem ætatem agerent.' Nec quisquam docet, quomodo connumerint in 'armis socerorum;' at in *armis*, optimum sensum præbet. Facile inde factum *armis*; cum et præcessisset *miles*.⁹ Jani.—9 Edd. fere, *Appulus*. Vide Var. Lectt. ad Od. iv. vs. 9.—10 *Auxiliorum* Helmstad. a m. pr. *Anciliorum nominis*, omissio et, Harl. 2. 4. 5. 6. Lips. 1. a m. pr. Lips. 4. Mentel. Franeq. Pulmanni Gemblac. 1. unus Bersmanni, Venet. 1590. Basill. Steph. Fabr. Heins. Fab. Dacer. Burm. et Jones. 'Sed *Anciliorum et nominis*

NOTE

turpi cæde! o mores corrupti militum Crassianorum, qui contra nominis Romani honorem serviant hostibus: Orodi Parthorum Regi fidem et sacramentum præstare non erubescant Marsus et Apulus, optimi Italiae bellatores, ut alibi jam annotavi.

Anciliorum et nominis et togæ Oblitus, &c.] Dignitatem nominis Romani, sacra, et religionem pessumdantes. 'Ancilia' scuta erant brevia duodecim, 'dicta ab ancisu, quod ea arma ab utraque parte, ut peltæ Thracum, incisa,' ex Varrone vi. de Ling. Lat. Horum unum cælo emissum ibi fore Imperium spondebat: quod ne dignosceretur ac surriperetur, undecim ei similia fabricari Numa jussit, simulque omnia in æde Martis condi et servari. Dionys. Halic.

11 *Æternæque Vestæ*] Ignis illius æterni, qui in Vestæ templo debebat a Virginibus Vestalibus custodiri, ut Imperium Romæ staret perpetuum. Dionys. Halic. lib. 11. Cic. 11. de Legibus: 'Virgines Vestales in urbe

custodiunt ignem foci publici sempiternum.' Virgil. Æneid. iv. 200. 'vigilemque sacraverat ignem Excubias Divum æternas.'

12 *Incolumi Jove et urbe Roma*] Si quidem Roma non fuisset amplius, culpandi sane non essent qui apud exteros sedem et familiam figerent. At stante urbe et Capitolino Jove Romanos protegente, barbaris nomen et manus dare, hoc certe probrosum Romanis militibus.

13 *Hoc caverat mens provida Reguli*] Hoc grande malum præcavebat M. Attilius ille Regulus, 'primi Punici belli gloria cladesque maxima,' ut ait Val. Max. iv. 4. quando reddi pro se captivos Carthaginensium vetuit: timebat nempe ne spem vitæ milites ignavi ponerent in captivitate, adeoque remissius in acie dimicarent, ac mortis metu ad fugam, abjiciendave arma incitarentur. Nolu itaque perniciosum de se exemplum posteris relinqui, quo disciplina militaris, ipsaque subinde Respublica deperiret.

| | |
|----------------------------------|----|
| Fœdis, et exemplo trahenti | 15 |
| Perniciem veniens in ævum ; | |
| Si non periret immiserabilis | |
| Captiva pubes. Signa ego Punicis | |
| Affixa delubris, et arma | |
| Militibus siue cæde, dixit, | 20 |
| Derepta vidi: vidi ego civium | |

tus est ignominiosis legibus et exemplo in posterum damnoso, nisi juvenes bello capti interire sinerentur, absque miseratione. Ego, inquit ille, templis Carthaginensibus appensa conspexi vexilla Romana, atque arma militibus haud repugnantibus adempta.

cum auctoritate, tum vi polysyntheti præstat.' *Jani*.—15 Var. lect. ap. Jones. *ut exemplo. Mox trahentis* Harl. 1. 2. 4. 5. 6. Exc. Sax. Brod. omnes fere alii codd. et edd. vett. præter Venet. 1479. quæ habet *trahentibus*; Bentl. conj. *exempli trahentis*; Guil. Canter. Nov. Lect. vii. 30. emend. *trahenti*, (quod habet Harl. 3.) unde receperunt Lamb. Cruq. T. Fab. Steph. Heins. Baxt. Bentl. Cuning. Maitt. Talbot. Pine, Sanad. Jones. Sivr. Jani, Mitsch. Bipont. Wetzel. Wakef. Comb. et Kidd. *trahentis* defendere conatus est Best. Rat. Emend. Legg. x. p. 169.—17 Glarean. emend. *perirent*, quia in hac verso Alcaici Cæsura religiose servet Horatius syllabam longam. Bentl. porro conj. *perirent immiserabiles*; et Jani denique, *Si non perirent immiserabile*.—18 *Captiva pubes*? Best. Rat. Emend. Legg. x. p. 168. ut jam incipiat oratio Reguli, et sit: 'Annon periret,' &c. *Is non*, sive *Sic non* conj. idem ibid.—21 *Derepta* Harl. 1. 2. 4. 5. 6. omnes codd. Cruquii, Torrentii, et Lambini, Pulmanni Hunn. Gemblac. 1. Beller. et Diesth. Lipss. 1. 3. Franeq. Mentel. tres Bersmanni, Dess. 1. 2. Helmstad. Venett. Glarean. et edd. ante Lamb.

NOTÆ

17 *Si non periret immiserabilis Captiva pubes*] Ut ergo totam duntaxat in virtute et armis vitæ spem collocarent milites, volebat eos qui sese dedentes vitam ab hoste precati essent, ei necandos permitti, nec quenquam redimi: quod quidem sanxerat et Plato de Rep. v. Cic. Offic. iii. n. 114. 'Octo hominum millia tenebat Hannibal, non quos in acie cepisset, aut qui periculo mortis diffugissent, sed qui relictis in castris fuissent a Paulo et Varrone Consulibus: eos Senatus non censuit redimendos, cum id parva pecunia fieri potuisset: ut esset inusitum militibus nostris, aut vincere, aut emori. Qua quidem re audita fractus animus Hannibal, quod Senatus P. Q. R. rebus afflictis tam excelso animo fuisset.'

18 *Signa ego Punicis, &c.*] Hæc Reguli verba sunt, ullum cum hostibus pactum dissuadentis in Senatu; ostensaque militum inertium indignitate et honoris Romani labe, omnem erga illos misericordiæ sensum ex animo Senatorum amovere satagentis. Ego vidi, inquit, signa Romana hostium delubris affixa, vidi arma ignavis illis militibus erepta, quæ tamen præ vita servare et tueri debuissent: vidi cives Romanos vinctis post tergum manibus fœdam servitutem gloriosæ morti, quod nefas ingenuis, auteposuisse.

19 *Affixa delubris*] Ex more veteri, qui etiamnum viget apud varias nationes: ut sic accepta Deo victoria referatur.

Retorta tergo brachia libero,
 Portasque non clausas, et arva
 Marte coli populata nostro.
 Auro repensus scilicet acrior
 Miles redibit: flagitio additis
 Damnum. Neque amissos colores
 Lana refert medicata fuco:

25

Ego civium Romanorum conspexi manus post dorsum ingenuum inversas; et portas apertas; et agros aravi nostris armis paulo ante devastatos. Nimirum redemptus auro miles animosior fiet: immo crimini jungitis detrimentum. Nec deperditum

//////////

item Fabr. Steph. Rutgers. et Sivr. sed Lambinus emend. *Derepta*, et sic T. Fab. Dacer. Heins. Burm. Bentl. Cuning. Sanad. Gesn. Zeun. Jones. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzel. Wakef. Comb. et Kidd. et jam ita codd. Pulm. Gemblac. 2. Lips. 2. 4. et Altt. 1. 2. item Nic. Heinsius ad Ovid. Met. 11. 52. Vide ad Od. xxviii. 5. *Directa* Vet. Comb. *Erepta* conj. Lamb. *Arrepta* habet Jannoct. Lambini; unde Torrent. conj. *Arepta* pro *Abrepta*.—23 Harl. 1. antiquiss. Bland. Cruquii, Alt. 1. et Cuning. *clusus*. 'Eam antiquam doc-tamque formam, pro vulgari *clausas*, in contextu prætulit; quæ et mire decet venerabilem Regulum!' Jani.—26 Ascens. Rutgers. Fab. Bentl. Dacer. Jones. et Sanad. *redibit?* improbante Jani.—27 *Nec amissos* unus Bersmanni, et Franeq. *Non amissos* Lips. 4.—28 Mentel. *medicata succo*; Lips. 1. *m. succo*.

NOTÆ

23 *Portasque non clausas, &c.*] Vidi et Carthaginis portas præ securitate non clausas, velut in media pace, adeo procul aberat omnis metus hostilis, post cladem nostri exercitus, agrosque libere arari et coli; quos tamen paulo ante armis populati fueramus. Flor. 11. 2. 'M. Attilio Regulo duce jam in Africam navigabat bellum . . . ventis remisque prope-ratum est; tantusque terror hostici adventus Pænis fuit, ut apertis pæne portis Carthago caperetur . . . nec cum hominibus, sed cum monstis quoque dimicatum est . . . Sed omnium victor Regulus cum terrorem nominis sui late circumtulisset, . . . Carthaginem belli caput urgebat obsidio, ipsisque portis inhærebat,' &c.

25 *Auro repensus scilicet, &c.*] Ironice. Redemptus scilicet miles in altero certamine fortior et acrior erit. Quisquis hoc sperat, quanto versa-

tur in errore? et pretium disperdere est, et ignaviam augere atque infamiam. Enimvero sicut *lanu fuco medicata* genuinum et nativum colorem seu candorem amissum nunquam recuperat, ita virtus semel deformata et detrita ad pristinum splendorem nunquam redit, nec reparatur in iis qui per inertiam et socordiam deteriores facti fuerint. Virgil. tamen contra scribit Æneid. 11. 367. 'Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.'

Repensus] Æs olim non numerabatur ut nunc, sed pendebatur.

28 *Fuco*] Fucus herba est marina vestibus tingendis idonea. Plin. xxvi. 10. 'Tria sunt genera: latum, longius, quadamtenus rubens: tertium crispis foliis, quo in Creta vestes tinguntur; omnia ejusdem usus.' Cap. 12. 'fucum maris' appellat.

Nec vera virtus, cum semel excidit,
 Curat reponi deterioribus. 30
 Si pugnat extricata densis
 Cerva plagis, erit ille fortis,
 Qui perfidis se credidit hostibus ;
 Et Marte Pœnos proteret altero,
 Qui lora restrictis lacertis 35
 Sensit iners, timuitque mortem.
 Hic, unde vitam sumeret, inscius,

colorem lana reparat fuce tincta: nec sincera virtus, si quando fuerit labefactata, satagit restitui depravatis. Si quidem cerva strictis retibus expedita dimicat, erit etiam strenuus is qui perjuris hostibus se commisit: atque in alio certamine Carthaginienses conculcabit, qui ligatis retro brachiis vincula tulit ignavus, ac mori formidavit. Ignorans ille unde vitam acciperet, pacem cum bello confudit. Proh dedecus!

—31 Sic quidam codd. Lambini, Pulmanni Diesth. Venet. 1492. Glarean. Locher. Basill. 'Idem error invasit locum 1. Od. 17. 8.' Jani. Ubi vid. Var. Lectt. Hinc Kiddl. in *avum*. Sic . . . *pubes?*—32 Lips. 4. *erit illa fortis.*—33 Brod. *reddidit hostibus*; Bentl. emend. *dedidit hostibus*. Vide L. Bos. Anim. in Hor. p. 43. Post *hostibus*, et mox vs. 36. *post mortem*, interrogandi signum posuerunt Basill. Fabric. Steph. Cuning. et Burm. improbante Jani.—35 Harl. 5. *Qui lora retortis lacertis.*—37 Hinc Sax. Harl. 1. Venet. 1590. *aptius* (pro *inscius*) nunc Bersm. vet. cod. Anton. Contii ap. Steph. Diatr. III. p. 67. (cui valde aridit) Bentleii Græv. Regin. Reg. Soc. Petrens. Bodl. Magdal. a m. pr. Battel. et Colbert. pro varia lect. Lips. 3. Dess. 2. (Alt. 1. habebat *actius*). 'Suspiciatur Bentl. etiam in aliorum codd. passim sic fuisse. Esset id ita explicandum: Miscuit bello pacem, tamquam inde aptius salutem petere posset. Sed ulterius progreditur Bentl. illud, *timuitque mortem*, languere, nec verum quidem esse; quod magno nugarum strepitu asserere studet. Emendat itaque: *timuitque mortem* Hinc (i. e. a pugna, ferro), *unde vitam sumeret aptius*, quam a deditione, *Pacem et duello m.* Sic et Sauid. Sivr. *timuitque mortem* His, *unde vitam sumeret*, amplius conj. ap. Jones.' Jani. Vir doctus ap. eundem conj. *anscias*, pro *inscius*; 'sed ubi quæso extat id verbum? Omnino lectio vulgata, adeo superior ab auctoritate, etiam optime habet ad sensum; in Bentleiana et verborum ordo et ipse sensus durtiæ notam fert. Cum tamen mirari possis, unde lectio *aptius* in tot

NOTÆ

31 Si pugnat extricata, &c.] Altera similitudo. Si vidistis aliquando cervam plagis extricatam in venatorem insurgere, et animose aggredi, videbitis quoque militem e captivitate redemptum ad hostes majori animo debellandos ire. Atqui cerva retibus expedita meticulosior fit: sic et miles. 'Vulpes, quæ plagas effugit, non rursus irretitur.' Plutarch. et Horat. II.

Sat. 7. 70. 'Quæ bellua ruptis, Cum semel effugit, reddit se prava catenis?'

33 *Perfidis hostibus*] Adag. 'Punica fides,' pro perfidia: Pœnos etiam Livius hac aspergit labe.

37 *Hic, unde vitam sumeret, inscius, &c.*] Iners et ignavus iste miles, velut ignorans armis, non precibus, non cedendo, sed reluctando fortiter, vitam

Pacem duello miscuit. O pudor !

O magna Carthago, probrosis

Altior Italiæ ruinis !

40

Fertur pudicæ conjugis osculum,

Parvosque natos, ut capitis minor,

O gloriosa Carthago turpibus Italiæ cladibus excelsior ! Regulus, velut capite diminutus, a se dicitur repulisse suavium castæ uxoris, atque filiolos ; et faciem genero-



libros venerit ; suspiceris forte, vel poetam scripsisse *anxius*, unde per corruptelas facile utraque lectio, *aptius* et *inseius*, oriri posset ; vel, quod malim, ascripsisse Grammaticum τῶ *inseius* interpretamentum ‘*anxius*,’ et inde post *aptius* factum.’ *Jani*.—38 *Pacem et duellum* conject. ap. Jones.—43 *A se vulgg. Ab se* Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Pulmanni Gemblac. 1. 2. et Beller. Bentleii Græv. Leid. Zulich. Regin. et Battel. quinque codd. ap. Cuning. unus Bersmanni, omnes ap. Jani, cum edd. Venett. 1478. 1559. Glarean. Lamb. Bentr. Cuning. Sanad. Gesn. Jones. Sivr. Jani, Bipont. Mitsch. Wet-

NOTÆ

esse duntaxat tuendam ; *Pacem duello miscuit*, unius ab altero discrimen male statuens, utrumque confudit : nam in medio bello abiecit arma in pace tantum deponenda ; et in ardentissimo conflictu segnis fuit ; seque tum hosti dedit cum maxime repugnandum fuisset.

39 *Magna Carthago*] Carthago æmula urbis orbis dominæ, cuius tanta fuit olim potentia, ut tota Africa cultiore potiretur : in Hispania vero ab Herculis columnis ad usque Pyrenæos montes maximis civitatibus imperaret. Polybius, Strabo. Ab Æmiliano Scipione tandem bello Punico tertio excisa et ‘ *finita est* :’ ut ait Flor. II. 15. ‘*Quanta vero urbs deleta sit*,’ inquit ille *ibid*. ‘*ignium mora probari potest : quippe per continuos decem et septem dies vix potuit incendium extinguï.*’

40 *Altior Italiæ ruinis*] Post fuissem Romanum exercitum, captivum Imperatorem Regulum, ‘*spirantibus altius Pænis*,’ ut ait Flor. II. 2. cit. ubi et sic habetur : ‘*Tum fæda clades, Romanisque usu incognita. Vivus in manus hostium venit fortis-*

simus Imperator,’ &c.

41 *Fertur pudicæ conjugis, &c.*] Attilius ille Regulus ‘*nec uxori suæ loqui voluit, nec intrare urbem, quasi exul esset.*’ Dio. Reguli conjux Martia dicebatur ex Silio lib. VI. 403. ‘*Ecce trahens geminum natorum Martia pignus, Infelix nimia magni virtute mariti, Squalentem crimem et tristic lacerabat amictus. . . . Atque ea postquam habitu juxta et velamine Pæno Deformem aspexit, fuissem ululatus ægra Labitur, et gelidos mortis color occupat artus. . . . me voce quieta Affatus, jubet et vestros, et conjugis una Arcere amplexus. Patet impenetrabilis ille Luctibus,*’ &c.

42 *Ut capitis minor*] Capite diminutus, id est, mutata sorte et conditione. Jam non civis Romanus, nedum Senator, scilicet factus e libero servus, ex Imperatore et Duce captivus Carthaginensium. Capitis diminutio vocatur prioris status mutatio. Caput enim statum significat. Cic. Top. ‘*Si mulier testamentum fecit, quæ se capite nunquam diminuit,*’ id est, quæ per conjugium in viri ma-

Ab se removisse, et virilem
 Torvus humi posuisse vultum,
 Donec labantes consilio Patres 45
 Firmaret auctor nunquam alias dato,
 Interque moerentes amicos
 Egregius properaret exul.

sam ferox in terra defixisse, usque dum vacillantes Senatores suosor confirmaret monitione haud unquam data; et per medios familiares dolentes illustris exul

NOTÆ

num non convenit. Paul. Jurisc. ‘Tria sunt,’ inquit, ‘quæ habemus; libertatem, civitatem, familiam. Cum tria hæc amittimus, maxima est capitis diminutio. Cum amittimus civitatem, et libertatem retinemus, media est diminutio. Denique cum libertatem et civitatem retinemus, familia vero sola mutatur, (puta per adoptionem,) est diminutio capitis minima.’ Ex his intelligitur cur servi non habere caput, nec diminui capite dicantur: quia nullum statum habent videlicet, neque libertatem, neque civitatem, nec familiam. Vide Cæl. Rhodig. xxv. 23.

45 *Donec labantes consilio Patres Firmaret, &c.*] Incertos eteum quid statuerent Senatores ipse firmavit auctor, et compulsi traduxitque in utilissimam Reipublicæ, quamvis sibi gravem sententiam. Cic. Offic. iii. n. 99. ‘Cum Regulus, iterum Consul in Africa ex insidiis captus esset, . . . juratus missus est ad Senatum, ut, nisi redditi essent Pœnis captivi nobiles quidam, rediret ipse Carthaginem. Is cum Romam venisset, . . . in Senatum venit: mandata exposuit: sententiam ne diceret, recusavit: quamdiu jurejurando hostium teneretur, non esse se Senatorem: . . . reddi captivos negavit esse utile: illos enim adolescentes esse et bonos duces; esse se jam confectum senectute. Cujus cum valuisset auctoritas, cap-

tivi retenti sunt: ipse Carthaginem rediit.’ . . . n. 110. ‘Senatui nisi ipse auctor fuisset, captivi profecto Pœnis redditi essent, incolumis in patria Regulus restitisset.’

Consilio nunquam alias dato] In propriam nempe sui perniciem, solius utilitatis publicæ habita ratione: pia etiam fraude usus, ut pacem et captivorum permutationem dissuaderet. Nam affirmavit ‘venenum sibi Carthaginenses dedisse, non præsentaneum, sed ejusmodi, quod mortem in diem proferret; eo consilio, ut viveret quidem tantisper, quoad fieret permutatio: post autem, grassante sensim veneno, cor tabesceret.’ Gellius auctor est vi. 4.

48 *Egregius properaret exul*] Egregius sane et singularis exul, qui patria carere consenserit, caritatis patriæ gratia, quique ultro sua omnia desereret, salutis publicæ causa. Ad cujus exemplum illustre postea decem nobilissimi captivi ab Hannibale ad Senatum missi, post Cannensem pugnam, jurati se redituros, nisi de redimendis captivis impetravissent, re non impetrata, reversi sunt. De quibus non omnes uno modo. Nam Polybius bonus auctor in primis scribit, novem ex iis revertisse: unum vero per fraudem et stultam calliditatem quasi jurejurando liberatum Romæ remansisse: quem deinde Senatus vinctum ad Hannibalem duci

Atqui sciebat, quæ sibi barbarus
Tortor pararet: non aliter tamen
Dimovit obstantes propinquos,
Et populum reditus morantem,

50

abiret. Noverat tamen quæ sibi statuerat immanis carnifex. At nihilominus cognatos dehortantes, plebemque discessui obsistentem amolitus est, non secus ac si

~~~~~

zel. Wakef. Comb. et Kidd. *viriles T. h. p. vultus* Lips. 4.—51 *Dimovit* Lips. 4. *obstantes amicos* Harl. 1. 4. Franeq. Lambini, omnes Pulmanni, unus Bland. et Mald. Cruquii, duo Bersmanni, Alt. 1. Lips. 2. a m. pr. Lips. 4.

## NOTÆ

jussit. Hæc et alia Cic. Offic. III. n. 113. Florus jam cit. II. 2. 'Sed ille quidem par tantæ calamitati fuit. Nam nec Punico carcere infractus est, nec legatione suscepta. Quippe diversa, quam mandaverant hostes, censuit; ne pax fieret, ne commutatione captivorum reciperetur. Sed nec illo voluntario ad hostes suos reditu, nec ultimo sive carceris sive crucis supplicio deformata majestas; immo his omnibus admirabilior, quid aliud quam victus de victoribus, atque etiam, quia Carthago non cesserat, de fortuna triumphavit?'

49 *Atqui sciebat, quæ, &c.*] Cicer. ad Famil. VI. 6. de seipso ita scribit: 'Ut in fabulis Amphiarans, sic ego prudens et sciens ad pestem ante oculos positam sum profectus.' De Regulo vero cit. Offic. III. 'Neque vero tum ignorabat, se ad crudelissimum hostem, et ad exquisita supplicia profectus.' Val. Max. I. 1. 'Regulus ex victore speciosissimo ad miserabilem captivi fortunam deductus . . . Carthaginem repetiit, non ignarus ad quam crudeles, quamque etiam merito sibi infestos Deos reverteretur.'

*Quæ sibi barbarus Tortor pararet*] Tullius in Pisonem, n. 43. 'M. Regulum illigatum in machina resectis palpebris Carthaginenses vigilando necaverunt.' Val. Max. IX. 2. 'Re-

gnum palpebris resectis, machina, in qua undique præacuti stimuli eminebant, inclusum vigilantia pariter et continuo tractu doloris necaverunt.' Tertull. ad Martyras cap. 4. 'Maluit hostibus reddi, et in arcæ genus stipatus, undique extrinsecus clavis confixus tot cruceis sensit.' Aurel. Victor de Viris Illustr. 'In arcam ligneam conjectus, clavis introrsum adactis, vigiliis ac dolore punitus est.' Ex Appiano, positus in cavea stimulos undique habente. Senec. de Tranquill. Animi I. 15. 'An fleam Regulum, quod tot clavis configitur?' Suidas: 'Regulus Carthaginem reversus omni suppliciorum genere conficitur. Nam præter cæteros cruciatus, domuncula angusta inclusus, quæ magnitudini corporis ejus responderet, intus crebris clavis ferreis transfixa, periit: cum nec immotus stare posset, et quieturus statu corporis utcumque inclinato, in ferreas cuspides incederet. Gell. VI. 4. 'In atras et profundas tenebras Regulum includebant: ac diu post, ubi erat visus sol ardentissimus, repente educabant; et adversus ictus solis oppositum continebant, atque intendere in cælum oculos cogebant. Palpebras quoque ejus, ne connivere posset, sursum ac deorsum diductas insuebant.' Ex Tuberone hæc. 'Tuditanus autem, somno diu prohibito,

Quam si clientum longa negotia  
 Dijudicata lite relinqueret,  
 Tendens Venafranos in agros, 55  
 Aut Lacedæmonium Tarentum.

*post litem decisam negotia proluxa dimitteret in campos Venafri properans, vel Tarentum Spartanum.*

Venet. 1492. Locher. et Ascens. Sed e vs. 47. irrepsit.—54 *Disjudicata* Mentel. et Lips. 2. *reliquerat* Brod.—55 *Venefranos* var. lect. ap. Jani.

NOTÆ

atque ita vita privatum, refert: idque ubi Romæ cognitum est, nobilissimos Pœnorum captivos liberis Regni a Senatu deditos, et ab iis in armario muricibus præfixo destitutos, eademque insomnia cruciatos interisse.' Gell. *ibid.*

*Barbarus Tortor*] Apud Fest. et Non. Marcell. Ennius Annal. 'Nam Pœni soliti sos sacrificare puellos.'

51 *Dimovit obstantes propinquos*] Cic. jam cit. 'Neque enim patriæ caritas retinnit, nec suorum.' Suidas: 'La-

crymis et lamentationibus suorum invicto animo neglectis.'

55 *Tendens Venafranos in agros, &c.*] Quasi post forenses strepitus, post litium et negotiorum ambages ac tædia, relaxandi causa animi otiique captandi, pergens Venafrum in urbem Campaniæ deliciis accommodatam. Vide II. Od. 6. 16.

56 *Lacedæmonium Tarentum*] Civitatem a Phalanto Lacedæmonio conditam: de qua I. Od. 28. sub finem, et II. Od. 6. 12.

ODE VI.

AD ROMANOS.

Horatius lyra sua accinit Augusto Deorum immortalium templis reficiendis, auspiciis veteribusque religionibus instaurandis, legique Juliæ de adulteriis condendæ intento. Ostendit absque his Rempublicam stare non potuisse.

DELICTA majorum immeritus lues,

*O Romane, solves pœnas, quas non es meritis, ob peccata patrum, donec resarcie-*

Ode prima Libri tertii in Ed. Sanad. Inscrabitur in libris ap. Jani, *Ad Populum Romanum; In Romanorum Vitia; Hortatur Romanos ad Religionem;*

NOTÆ

Metrum idem quod supra I. Od. 9. 1 *Delicta majorum, &c.*] Quanquam pœnas debet luere solus peccans, tamen ad quarti gradus posteros peccatorum pœnas interdum vel exten-

di vel reservari existimabat Plato. Quod dubio procul hauserat e notitia Sacrorum Codicum. Exod. cap. xx. 'Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitatem

Romane, donec templa refeceris,  
 Ædesque labentes Deorum, et  
 Fœda nigro simulacra fumo.

Dis te minorem quod geris, imperas : 5  
 Hinc omne principium, huc refer exitum.

*ris fana et delubra numinum decidentia, atque imagines atro squalore deformatas. Regnas, quia te præstas inferiorem numinibus. Inde omne primordium: illuc*



*Hortatur Romanos ad recte vivendum.—3 Ædesque labentes Basill. 1527. 1532. Glarean. 1536. et aliæ quædam vett.—5 Dis te minorem quo geris Mentel.—6 Huc omne mallet Torrentius. ‘Hinc exitum omnem huc principium refer qui-*

#### NOTÆ

patrum in filios, in tertiam et quartam generationem eorum qui oderunt me: et faciens misericordiam in millia his qui diligunt me, et custodiunt præcepta mea.’ Idem repetitur cap. xxxiv. seq. et Deuteronom. cap. v. &c. posteriorem istam sententiæ partem videtur quoque expressisse Aristoteles Rhetor. ad Alex. cap. 3. ubi scribit, æquum esse ut benevolentiores Dii sint in eos, a quibus magis coluntur.

*Delicta*] Is peccare dicitur qui viam rectam delinquit, et a legis præscripto recedit.

*Immeritus lues*] Deuteronom. xxiv. 16. ‘Non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus; sed unusquisque pro peccato suo morietur.’ Idem habetur iv. Reg. xiv. 6. ‘Non morientur filii pro patribus,’ &c. Ezechiel. cap. xviii. ‘Filius non portabit iniquitatem patris. . . anima quæ peccaverit, ipsa morietur.’ Et paulo ante: ‘Quid est quod inter vos parabolam vertitis in proverbium istud, in terra Israël, dicentes: Patres comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupescunt?’ &c. ubi Chald. ‘Patres peccaverunt: et filii vapulant.’ Sic et Jerem. xxxi. 29. ‘In diebus illis non dicent ultra: Patres comederunt uvam acerbam,

et dentes filiorum obstupuerunt. Sed unusquisque in iniquitate sua morietur: omnis homo qui comederit uvam acerbam, obstupescunt dentes ejus.’

2 *Donec templa refeceris*] Sen vetustate collapsa, sen bellorum civilium incendio correpta, labefactata, fœdata, absunta; quin et victorum avaritia direpta. Quo spectat id quod est i. Od. 35. ‘Quid intactum nefasti Lîquimus? unde manus juvenus Metu Deorum continuit? Quibus Pepercit aîs?’ Porro quod hic, itemque i. Od. 15. sub finem, dixit Horatius, totum vergit in laudem et commendationem Augusti, qui non modo sacras ædes ipse multas extruxit, sed et ceteros principes viros hortatus est, ut pro facultate quisque reficerent, excolerent, adornarent: ut ‘jure gloriatus sit urbem se marmoream relinquere, quam lateritiam accepisset.’ Sueton. Octav. cap. 28. et 29.

5 *Dis te minorem quod geris, imperas*] Quoniam pius es in Deos, quos, ut decet, observas et colis, idcirco Imperium orbis tibi donant illi. Hæc ad Augustum sane pertinent, de quo jam i. Od. 12. ‘Te minor latum reget æquus orbem.’

6 *Hinc omne principium*] Cic. de

Di multa neglecti dederunt  
Hesperiae mala luctuosae.  
Jam bis Monæses et Pacori manus

*finem reduc. Spreta numina plures calamitates intulerunt afflictæ Italiae. Jam*

//////////

dam edidere inepti correctores.' *Jani*.—7 Cuning. *dedere*.—8 Var. Lect. ap. Jones. *luctuosa*.—9 *Monæsis* Lambinus ex Jannoet. Faëru. et duobus Vatt. et sic Pulmanni Hunn. et Beller. unus Bland. Div. Mald. et Sil. Cruquii, item Torrentius e suis codd. libri Bersmanni. Lipss. 1. 2. Altt. 1. 2. Dess. 2. Venett. Locher. Vascos. et Heins. *Monæses* Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. ceteri codd. ap. Jani, Ascens. Basill. Glarean. Fabr. Steph. Fab. Dacer. Bentl. Baxt. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzl. Comb. Wakef. et Kidd. et sic etiam (*Movalors*) ap. Plutarch. *Moneses* Cuning. et Sanad. quod in Appiani codd. scribitur etiam *Μονέσσα*. Vid. Fabric. ad Dion. XLIX. 116. *Alia* varr. ap. Jani sunt, *Monessis*, *Monessi*, *Monensis*, *Monæsus*, *Munæses*.

NOTÆ

Aruspice. Respons. n. 18. 'Ego vero primum habeo auctores ac magistros religionum colendarum majores nostros. . . . Quis tam vecors, qui aut cum suspexerit in cælum, Deos esse non sentiat: . . . aut cum Deos esse intellexerit, non intelligat eorum numine hoc totum Imperium esse natum, et auctum, et retentum? Quam volumus licet ipsi nos amemus, tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos, nec denique hoc ipso hujus gentis ac terræ domestico nativoque sensu Italos ipsos ac Latinos, sed pietate ac religione, atque hac una sapientia, quod Deorum immortalium numine omnia regi gubernarique perspeximus, omnes gentes nationesque superavimus.'

*Principium*] Ut supra, Od. iv. 'Vos lene consilium: utrobique in cæsura accipe vel duas breves pro una longa, vel crasin, vel conversionem vocalis in consonantem: quemadmodum fieri solet in 'ariete,' 'abiete,' 'genua,' &c.

*Huc refer exitum*] Diis accepta refer tum Imperii primordia, tum propagationis et amplificationis incrementa, et felicem quarumcumque re-

rum exitum. Nam sicut a religione Imperii hujus fundamenta locata sunt, ita quoque per eandem in Deos pietatem illud retinebis exornabisque. Liv. 'Invenietis omnia prospera evenire colentibus Deos, adversa spernentibus.' Vide Dionys. Halicarn. lib. III. ubi a Martio Rege instaurata diligenter sacra quæ ante neglecta aut prave culta.

7 *Di multa neglecti, &c.*] Religio Deorum neglecta causa fuit calamitatum quas tulit Italia, quæ Hesperia dicitur, ut notavi II. Od. 1. plurima tum observatæ tum neglectæ religionis exempla pete e Val. Max. I. 1. Pariter et bona ingentia promittit sua præcepta servantibus, negligentibus autem mala gravia minitatur Deus Opt. Max. Levit. c. xxvi. Deuteron. c. xxviii.

9 *Jam bis Monæses, &c.*] Jam bis victi sumus a Parthis, contra auspicia scilicet dimicantes. Impetus nostros contudit Monæses apud Parthos insignis vir potentia et opibus, qui forte idem cum Surena, a quo deletus cum exercitu Crassus. Appian. lib. de Bellis Parthicis. Iterum profligati sumus a Pacoro Orodis Parthorum Regis majore natu filio;

Non auspicatos contudit impetus  
 Nostros, et adjecisse prædam  
 Torquibus exiguis renidet.  
 Pæne occupatam seditionibus

*semel atque iterum Monæses et Pecori exercitus repulit nostros conatus inauspicatos: gaudetque nostra spolia addidisse torquibus suis minoribus. Civitatem dis-*

Codd. ap. eund. *Pachori*, et *Pecori*.—10 *Inauspicatos* Harl. 2. quidam codd. Lambini, Lipss. 1. 2. et Gott. et sic etiam Canter. Nov. Lect. v. 20. Masson. Vit. Hor. p. 194. et Vascos. *Non auspicatos* Harl. 1. 3. 4. 5. 6. Gott. pro v. 1. ceteri codd. Zarot. Venett. Mediol. Aldd. &c.—11 *Nostris* Priscian. p. 891. quanquam ibi variant codd. Sed admodum placet Bentleio, *Nostris*, h. c. Romanis, *contudit impetus*, quod minus vulgare sit; et laudat II. Sat. 7. 15. At melius etiam illi videtur *Nostrorum*. Denique, *impetus*, *Nostros et* (sc. torques) *adjecisse*, &c. distinguunt Scheffer. de Torquib. p. 56. et Cu-

## NOTÆ

quem tamen paulo post Ventidius, Antonii legatus, universamque simul Parthorum manum delevit, ut ait Justin. lib. XLII. Vide et Dion. lib. XLVIII. et XLIX. Liv. lib. CXXVII. Flor. iv. 9. et 10. &c.

10 *Non auspicatos*] Cic. de Divin. i. n. 28. 'Nihil fere quondam majoris rei, nisi auspiciato, ne privatim quidem gerebatur: quod etiam nunc nuptiarum auspices declarant,' &c. Ubi multis exemplis auspicioꝝ contentum aut vitium magnarum populo Romano calamitatum fuisse causam ostendit. 'Quid vetera?' inquit. 'M. Crasso quid acciderit, videmus, dirarum obnuntiatione neglecta,' &c. De Arusp. Resp. cit. 'Majores nostri rerum bene gerendarum auctoritates augurio . . . contineri putarunt.' Vide Val. Max. i. 4. et seq. cap. 6. 'Crassus inter gravissimas nostri Imperii jacturas numerandus, plurimis et evidentissimis ante ruinam monstrorum pulsatus ictibus . . . Sic Dii sprete excandescunt. Sic humana consilia castigantur, ubi se cælestibus præferunt.' De Crasso vide et Appian. Dion. lib. XI. Oros. lib. VI.

Flor. III. 11. et quæ annotavi superiori Ode, vs. 5.

11 *Et adjecisse prædam Torquibus exiguis renidet*] E spoliis nostris, detractoque nobis auro auxere Parthi suos torques, majoresque fecere eos, qui ante erant exigui. Torques nimium colli erant ornamenta seu aurea, seu argentea, iis etiam in præmium dari solita qui strenuam in bello operam navarant. His insignibus ornabant se pridem Parthi, Galli, aliique; etiamnum vero Germani.

12 *Renidet*] Quidam interpretantur, splendet: melius alii, gestit, lætitiã præ se fert.

13 *Pæne occupatam seditionibus*, &c.] Bellis civilibus distractam ac laceratam urbem et Rempublicam Romanam prope delevit exercitus e Dacis atque Æthiopiis conflatus. Illis nempe constabant terrestres Antonii copiæ, Ægyptiis vero Cleopatrz navales et maritimæ. Daci, seu Scythiæ sagittas mittere periti, cum ad Cæsarem missis legatis non impetrasent quæ petebant, ad Antonium se converterunt. Dio lib. LI. Daci proprie sunt hodie accolæ Dannii flu-



Delevit urbem Dacus et Æthiops ;

Hic classe formidatus, ille

15

Missilibus melior sagittis.

Fœcunda culpæ sæcula nuptias

Primum inquinavere, et genus, et domos ;

*sensionibus detentam propemodum extinxit Dacus et Æthiops, hic navibus potens, ille telis jaciendis peritus. Ævum delictis fertile primo fœdavit conjugia, et stir-*

//////////

ning, qui laudat Epod. i. 15.—14 *Dejecit urbem Mentel.*—18 *Helmstad. et domus.* Wakef. legit et distinguit, *Fœcunda . . . inquinavere : et genus, et domos Hoc f. d. clades, Inque patres, populumque fluxit.* Et hanc notulam subjungit : ‘ Locum sic interpungendum res ipsa postulat. Neutiquam necesse est præpositionem primo substantivo adhærere : sic Noster ii. Epist. i. 25. ‘ Vel

#### NOTÆ

minis, Moldavi, Transylvani, Valachi.

14 *Æthiops*] Populus Ægypto terminus. Æthiopia, regio Africa perampla. Duplex est. Una inferior, ultra Æquatorem, veteribus incognita; superiori autem sæculo detecta Lusitanis et perlustrata. De hac itaque non agitur modo; sed de altera, quæ superior, et sub Ægypto appellatur, proque illa nonnunquam sumitur: Abyssiniam continet, ad sinum Arabicum porrecta.

15 *Hic classe formidatus*] Plutarchus in Anton. refert ejus classem octingentas habuisse naves cum onerariis, quarum Cleopatra ducentas Ægyptiis militibus armatas contulit, quæ magna pars maritimarum copiarum; Cæsarem, audita celeritate Antonii et magnitudine exercitus, vehementer trepidasse: nimirum Augusto naves duntaxat affuisse ducentas et quinquaginta; Antonio vero bellicas quingentas, easque tam firmas et lignicis turribus instructas, ut tanquam e terra pugnaturi essent; atque una earum tres et quatuor hostium naves decertando occuparet, &c. Flor. iv. 11. ‘ Hostium naves turribus atque tabulatis allevatæ, castellorum et urbium specie, non sine gemitu maris et labore vento-

rum ferebantur. Quæ quidem ipsa moles exitio fuit. . . Nec ulla re magis hostilium copiarum apparuit magnitudo, quam post victoriam. Quippe immensa classis, naufragio belli facto, toto mari ferebatur: Arabumque et Sabæorum, et mille aliarum gentium Asiæ spolia, purpuram, aurumque in ripam assidue mota ventis maria revomebant.’ Vide Epod. ix.

17 *Fœcunda culpæ sæcula, &c.*] In depravatis istis sæculis crebra perpetrata sunt adulteria, quibus inquinatæ sunt familiæ: quin et inde ‘ clades in patriam fluxit.’ Nam procreati sunt degeneres imbellesque homines, a prisca Romanorum indole ac virtute prorsus alieni. Hinc vitia grassata in populum; hinc ignavia militum exercitus profligati; hinc prima Reipublicæ gloria multum defloruit. Hinc denique violata sanctitate nuptiarum, et Pronuba Junone illarum præside, aliisque unminibus graviter læsis, ‘ in populum derivatæ clades,’ calamitates, pestilentia, ab iratis atque ultoribus Diis immissæ.

*Nuptias Primum inquinavere*] Tanta vero fuit aliquando Romæ ea licentia, ut lege Julia coerceri oportuerit. Vide iv. Od. 5. 21.

Hoc fonte derivata clades  
 In patriam populumque fluxit.  
 Motus doceri gaudet Ionicos

pem, et familias. Ex ista origine manans calamitas in patriam et populum grassata

//////////

Gabiis vel cum rigidis æquata Sabinis.' Virg. Æn. vi. 692. 'Quas ego te terras et quanta per æquora vectum Accipio!' Silius, xii. 698. 'etiamne parabit Nostras ille domos, nostras perrumpere in arces?'—20 *In patriam populumque* Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Exc. Sax. omnesque fere alii codd. cum edd. Zarat. Mediol. Venett. Cruq. Lamb. Torrent. Heins. Steph. Bond. Schrevel. Delph. Baxt. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzel. Comb. et al. '*populum patriamque* Helmst. Insolens multis visa hæc junctura: *In patriam populumque*, quia inter *patriam* et *populum* nil intersit, et sic tautologia oriatur non ferenda. Itaque *Inque patres populumque* emend. et ed. Bentl. et densis, ut ipse ait, phalangibus locorum ostendit, quod sane sciebamus, *patres* et *populum* dici posse, et dici in scriptoribus. Sed nihilominus hoc loco, ut recte vidit Gesn. neque opus, neque aptum, neque aulicum erat, memorare *patres*. Non alienum fuisse a consuetudine veterum jungere *patriam* et *populum* ex Ovid. Met. xv. 572. et Juvenal. xiv. 70. nam quod in his etiam Bentl. contra omnes codd. legi vult *patribus*, id summæ temeritatis est. Denique nil usquam interesse inter *patriam* et *populum*, illud videant unde defendant VV. DD. *In patriam populosque* conj. Cun. et recepit San. qui *patriam* explicat Urbem, comparans i. 2. 4. sq. *terruit Urbem, terruit gentes*; it. Martial. xii. 3. 'Ad populos mitti qui nuper ab Urbe solebas.' *In proceres populumque* emend. Du Hamel. *In patriam procul ampla* conj. With. His omnibus non opus. *Janî.*—21 Cuning. *Motus d. g. Ionios.* Fab. ad Lucr. iii. 568. conj. *Motus moveri g. Ionicos.* Non defuerunt qui legi vellent etiam *Ionicôs*, ut *τῶ doceri*

NOTÆ

21 *Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo*] Unde porro tot adulteria, totque flagitiorum infamia et pravitatis? nimirum quod nobiles puellæ ad impuras artes formantur, Ionicis indulgent saltationibus, quibus mens pariter et corpus corrumpuntur. Hoc fonte manant tot mala. Nam primo incestos amores adolescentula meditatatur, antequam nubat; nupta mæchobos sectatur: demum lenocinante marito palam servit meretricio quæstui. Animadvertite gradus ad summam impudiciæ labem.

*Motus Ionicos*] Lascivas saltationes ab Ionibus inventas. Cæl. Rhodig. xviii. 25. 'Ionicam mollitiem, et choreis mancipatos animos' vocat. Alex. ab Alex. ii. 25. 'Saltationis genera, et motus Ionicos ediscere

Romanam juventutem aliquando mos fuit,' inquit; 'siquidem Iones psallendi normam, et molles saltus primi invenisse traduntur.' Plaut. Stich. sub finem: 'Quis Ionicus aut cinædicus, qui hoc tale facere possiet?' Apud Aristophan. *Ἰωνικῶς* ponitur pro *ἀβρῶς*, *molliter, delicate, festive.* Athen. xii. 5. 'Iones molles, delicatis amicti vestibus, voluptate diffidentes,' appellantur. Ibid. ex Theophrasto, Ionum luxus immodicus in proverbium abiisse dicitur, ad ejus usque sæculum. xiv. 5. 'Ionum mores delicis perditissimi, cantus a vetusto longe diversus, harmonia remissior,' nuncupatur. Cap. 7. *Ἦν δὲ τις καὶ Ἰωνικῆ ὄρχησις παροιμία, Ionica saltatio inter vina.*

*Ionicos*] Iones in Asia Minori, ab

Matura virgo; et fingitur artubus  
 Jam nunc, et incestos amores  
 De tenero meditatur ungui;

est. *Nubilis puella studet ediscere saltationes Ionum, et modo formatur membris: atque flagitiosos amores cogitat ab ætate molliori. Deinde mæchos adolescentiores*

jungatur.—22 *Matura virgo, fingitur artibus* Cuning. omisso *et*, eumque secutus est Jones. *fingitur artubus* Acr. Porphy. duo Bland. Div. et Mald. Cruquii, quidam Lambini, omnes Torrentii prætor unum, plurimi Bentleii, duo Bersmanni, Pulmanni Hunn. Franeg. Lips. 2. a m. pr. Lipss. 3. 4. Dess. 2. Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Venett. Locher. Ascens. Basill. Torrent. Cruq. Steph. Fabr. Fab. Rutgers. Burm. Baxt. Sivr. Comb. et Wakef. Vide et Burm. ad Ovid. Art. III. 351. *frangitur artubus* quidam Lambini, unus Torrentii, Pulmanni Diesth. quidam Bentleii, et defendit inprimis Heins. ad Claud. Eutrop. 1. 262. *fingitur artubus* Mart. Cruquii; *fingitur artibus* Jannoct. unus Vat. et quidam alii Lambini, Pulmanni Gemblic. 1. 2. et Beller. unus Bland. et Sil. Cruquii, unus Bersmanni, Lipss. 1. Lips. 2. pro v. l. Alt. 1. Helmst. Heins. Lamb. Bentl. Jones. Cuning. Sanad. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzel. et Kidd. ‘Utrum *artubus* præstat, an *artibus*? Mihi *artibus* magis placet, quod et jam Porphyronis ætate in plurimis codd. fuisse, illius nota prodit. Nam primum rectissime viderunt Lambin. et Bentl. poetæ scribendum fuisse *fingitur artus*, non *artubus*. Quod enim laudant Virg. Æn. VIII. 634. ‘*corpore fingere lingua*,’ id plane ineptum. Deinde *fingitur artubus* nil amplius declarat, quam, quod jam ante dictum erat; cum *fingitur artibus* novam sententiam det, iis, quæ sequuntur, præclare convenientem.’ Jani.—23 ‘*Jam nunc* jungendum cum sequentibus, et distinguendum post *artibus* (ita: *artibus: Jam nunc et, &c.*) ut recte Locher. Bentl. &c. Alii post *nunc* inciderunt.’ Jani. Ut distinguit Jani, ita etiam Mitsch. Bipont. Wetzel. et Kidd. *Jam*

NOTÆ

Ionibus Græciæ populis oriundi, regionem tenebant Æolidis et Cariae mediam, cæli clementia et bonitate, soli etiam amœnitate et ubertate præstantem.

22 *Fingitur artubus*] Alii, *artibus*: eodem certe recidit sententia: id est, secundum artem moveri et saltare docetur. Quidam, *frangitur artubus*. Mollia studet membra ad motus quoslibet efficere. Macrob. III. 14. ‘Saltandi cura non inhonesta, dummodo non curiosa, et usque ad artis perfectionem. Quid enim, ait Sallustius, psallere, saltare elegantius quam necesse est probæ?’ nimirum matronæ, aut virgini. Addit ille: ‘Nobilium vero filios, et (quod dictu nefas est) filias quoque virgines inter studiosa numerasse saltandi meditationem,

testis est Scipio Æmilianus, qui in oratione contra legem judicariam Tib. Gracchi sic ait: docentur præstigias inhonestas: cum cinædulis... discunt cantare; cum sambuca et psalterio eunt, &c. quæ majores nostri ingennis probro duci voluerunt. Eunt, inquam, in ludum saltatorium, inter cinædos, virgines puerique ingenni... In eo ludo vidi plus pueris et virginibus quingentis: in his vero unum (quo me maxime Republicæ misertum est) puerum bullatum petitoris filium, non minorem annis duodecim, cum crotalis saltare: quam saltationem impudicus servulus honeste saltare non posset,’ &c.

23 *Incestos*] Non castos, impuros.

24 *De tenero meditatur ungui*] *A teneris*, ut Græci dicunt, *unguiculis*, et

Mox juniores quærit adulteros 25  
 Inter mariti vina; neque eligit  
 Cui donet impermissa raptim  
 Gaudia, luminibus remotis:  
 Sed jussa coram non sine conscio  
 Surgit marito; seu vocat institor, 30  
 Seu navis Hispanæ magister,  
 Dedecorum pretiosus emtor.

*sectatur inter viri sui convivia: nullumque delectum adhibet, cui voluptates haud licitas furtim indulgeat, extinctis lucernis. Sed præsentem et consentientem viro pergit vocata, sive petit negotiator, sive dominus navis Hispanicæ, flagitia remune-*

//////////

*tunc et emend. Sanad. et sic edidit Sivr.—26 Lips. 4. nec elegit.—27 Acron, Pulmanni Hunn. Bentleii Galiens. et Lips. 1. intermissa; vet. cod. Achil. Stat. teste Muret. Pulmanni Diesth. Exc. Sax. improvisa, h. e. prorsus ignoto homini, nec speranti quidem. ‘Vulgata multo aptior.’ Jani.—28 Oscula pro Gaudia duo codd. Lambini.—30 Unus Bland. Cruquii et Alt. 2. cum vocat.—32 Dedecoris p. emtor Mentel. et Dess. 2. ‘Minus poëtice.’ Jani.—35 Pirrum*

#### NOTÆ

ἀπαλῶν ὀνόχων. Cic. ad Famil. 1. 6.

25 *Mox juniores, &c.*] Cum vero nupta est, marito suo juniores mæchos quærit, vel inter ipsas nuptiales epulas, vel dum ille amicos convivio excipit, vel cum ‘invitavit sese in cœna plusculum atque appotus probe est,’ quod ait Plaut. Amphitr.

26 *Neque eligit Cui donet, &c.*] Eo demum impudentiæ progreditur, ut non clam, raptim, furtim, aut per tenebras noctis, remotisque lucernis, adulteria perpetret, mæchisque indulgeat; sed palam, et, quod turpius, ‘conscio marito,’ quemlibet vocantem sequitur, ac sine ullo discrimine obvio cuius pretium offerenti, non secus ac publicum et vile scortum, venalem se prostituit.

29 *Non sine conscio Surgit marito*] Vidente et sciente marito, surgit e triclinio, et ad mæchum accersentem pergit: sive ille conniveat et mercede corruptus uxoris flagitiis annuat, inde lucrum faciens. Juvenal. Sat. 1. 56. ‘Doctus spectare lacunar, Doctus et

ad calicem vigilantem stertere naso.’ Sive ille imperiosæ non ausit petulantiam uxoris coërcere. Juvenal. Sat. vi. 135. et seq. Item vs. 269. ‘Tunc gravis illa viro, tunc orba tigride pejor . . . olim convenerat, inquit, Ut faceres tu quod velles; nec non ego possem Indulgere mihi. Clames licet, et mare cœlo Confundas, homo sum. Nihil est audacius illis Deprensis. Iram atque animos a crimine sumunt.’

30 *Institor*] Gall. *Facteur de Marchand*, dictus quod instet gerendo negotio.

31 *Navis Hispanæ magister*] Seu nauclerus, seu navis dominus, seu mercator et negotiator. Hispani frequentes in Italiam negotiaturi commebant et navigabant, vina scilicet advehebant, alias autem reportabant merces. Vide 1. Od. 31.

32 *Dedecorum pretiosus emtor*] Quovis pretio emens et remunerans flagitia et adulteria Italicarum mulierum.

Non his juvenus orta parentibus  
 Infecit æquor sanguine Punico,  
 Pyrrhumque et ingentem cecidit 35  
 Antiochum Hannibalemque dirum :

*rans ingenti mercede. Non ejusmodi parentibus nati juvenes mare tinxerunt  
 cruore Carthaginensium, et profligavere Pyrrhum, Magnumque Antiochum, et*

et *Pyrrum* variantes ap. Jani.—36 *Hannibalemque durum* quatuor *Torrentii*, *Pulm. Beller.* et *Diesth. Exc. Sax. Brod. Lips. 2. a m. s. Locher. Flor. Zar.* et quidam alii *Mss.* et *edd.* Sed *dirum* *Comm. Cruq.* plurimi *Bentl. Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6.* omnes *Lamb. Crnq. et Bersmanni*, omnes ap. *Jani, Venet. Asc. Basill. Steph. Fabr. T. Fab. Heins. Bentl. Baxt. Cun. Jon. San. Delph. Bond. Schrevel. Jani, Bipont. Sivr. Mitsch. Wetzel. Wakef. Comb. et Kidd.* ‘*Probat*ur etiam e *Quintil. viii. 2.* et *h. l. vim majorem habet, cum sup. 11. Od. 12. 2.* diceretur ‘*Hannibal durus.*’ *Vid. Victor. Varr. Lectt. 11. 24. Hannibalem, non Annibalem, scribendum esse, jam monitum ad 11. Od. 12. 2.’ Jani.—*

NOTÆ

33 *Non his juvenus orta, &c.]* Non talibus effœminatis et corruptis orti parentibus fuerant ii milites, qui præclaros Populo Romano triumphos pepererunt : qui navali certamine vicerunt Carthaginenses, et ‘*Siculum mare Pæno purpureum sanguine*’ reddiderunt : ut est in 11. Ode 12. Vide ibi *Not.* qui *Pyrrhum*, qui *Antiochum*, qui *Hannibalem* superaverunt ac ceciderunt.

35 *Pyrrhum]* Is Epirotarum rex, paternum genus ad *Herculem*, maternum ad *Achillem* referebat. Imperium orbis animo versans, de bello Romanis inferendo *Apollinis* oraculum consuluit ; delususque est ancipiti responso : ‘*Aio te, Æacida, Romanos vincere posse.*’ Itaque *Tarentinis* ferens auxilium adversus Romanos, ingenti quidem apparatu, a *Curio Fabricioque* Consulibus profligatus est. *Flor. 1. 18.* ita scribit : ‘*Quinam illi fuerunt viri, quos ab Elephantis primo prælio obritos accepimus ? Omnium vulnera in pectore : quidam hostibus suis immortui : omnium in manibus enses ; et relictæ in vultibus minæ, et in ipsa morte ira vivebat. Quod adeo miratus est*

*Pyrrhus*, ut diceret : O quam facile erat orbis Imperium occupare, aut mihi Romanis militibus, aut me Rege Romanis,’ &c.

*Ingentem Antiochum]* Commune Regum *Syriæ* nomen hoc erat, teste *Appiano*. Hic aperte designatur *Antiochus* cognomento *Magnus*. Bellum movit impellente *Hannibale*, qui ‘*victus et profugus hostem populo Romano toto orbe quærebat.*’ *Acilio Glabrione* Consule debellatus est, cæsis quadraginta millibus, captis ad quinque millia. *Tullius pro Sextio* : ‘*Antiochum illum Magnum majores nostri magna belli contentione, terra marique superatum, intra montem Taurum regnare jusserunt.*’ Et pro *Dejotaro* : ‘*Antiochus Magnus ille Rex ... cum omnem hanc Asiam, quæ nunc est nostra provincia, amisisset, dicere est solitus, benigne sibi a populo Romano esse factum, quod nimis magna procuracione liberatus modicis regni terminis uteretur.*’ *Vide Plutarch. in Vita Scipionis, Oros. 1v. 20. Flor. 11. 8. Justin. xxxi. Liv. lib. xlvi. Appian. &c.*

36 *Hannibalemque dirum]* *Vide Not. 11. Od. 12.*

Sed rusticorum mascula militum  
 Proles, Sabellis docta lignonibus  
 Versare glebas, et severæ  
 Matris ad arbitrium recisos' 40  
 Portare fustes; sol ubi montium  
 Mutaret umbras, et juga demeret  
 Bobus fatigatis, amicum  
 Tempus agens abeunte curru.  
 Damnosa quid non imminuit dies? 45

*sævum Hannibalem, sed strenui filii militum agrestium, assueti terram colere bipalio Sabino, et ad austeræ matris voluntatem amputata referre ligna, cum montium vertit umbras, et juga fessis bobus detrahit Sol, horam adducens jucundam, recedente curru. Quid tempus edux non corrumpit? Ævum patrum nostrorum, avis*

38 *Pubes*, pro *Proles*, Franeq.—39. 40 Dess. 2. et *severi Patris*.—43 *Bubus* Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. alii codd. ap. Jani, et quædam edd.—45 'Annosa emend.

## NOTE

37 *Sed rusticorum mascula militum Proles*] Sed filii virorum rustico labore et militia robustorum, et ipsi pariter agresti vita indurati, diuturnoque operi assueti; proindeque virili animo juxta et forti corpore, non molles et voluptatibus fracti.

38 *Sabellis docta lignonibus Versare glebas*] Jam notavimus alibi optimos Italiæ bellatores existimatos pridem Apulos et Samnites, qui et Sabelli, a Sabinis orti, ex Strabone, lib. v. et Plin. III. 12.

39 *Et severæ Matris ad arbitrium, &c.*] Qui et matris imperio et severa disciplina facti ad virtutem laboriosam; nam jubebat illa post diurnum opus ligna etiam cædere, atque ad usum domesticum reportare.

41 *Sol ubi montium Mutaret umbras*] Vesperis, cum vergens Sol ad occasum auget umbras, aut convertit ad orientem, quæ mane ad Occidentem fuerant. Prior interpretatio magis aridet. Virgil. Eclog. I. 84. 'Majoresque cadunt altis de montibus umbræ.' Eclog. II. 67. 'Et Sol crescen-

tes decedens duplicat umbras.'

*Sol*] Cic. de Nat. Deor. n. 68. 'Sol dictus, vel quia solus ex omnibus sideribus est tantus: vel quia cum est exortus, obscuratis omnibus solus apparet.'

42 *Et juga demeret Bobus fatigatis*] Quo tempore demitur jugum bobus arando fatigatis, solutique ab aratro domum reducuntur. Virgil. mox cit. 'Aspice, aratra jugo referunt suspensa juvenci, Et Sol crescentes decedens duplicat umbras.'

43 *Amicum Tempus agens abeunte curru*] Adducens tempus optimæ et jucundæ post laborem quieti destinatum, 'cum se convolvens Sol elabitur atque abit,' ut ait Cic. de Divinat. I. n. 46. Virgil. Æneid. II. 9. 'Et jam nox humida cælo Præcipitat, suadentque cadentia sidera somnos.' Georg. III. 358. 'Nec cum invectus equis (Sol) altum petit æthera, nec cum Præcipitem Oceani rubro lavit æquore currum.'

45 *Damnosa quid non imminuit dies*] Quid non absument tempus, rebus om-

*Ætas parentum, pejor avis, tulit  
Nos nequiores, mox daturos  
Progeniem vitiosiore.*

*deterius, produxit nos peiores, dein prolem edituros etiam improbiorem.*

et ed. Cuning. ingeniose! at nulla necessitate. *imminuis lib. vet. memoratus Klotzio, Lect. Venus. Præf. p. 15. Majorem vigorem ego non video. Jani.*

NOTÆ

nibus ferens damnum interitumque? Cic. pro Mar. 'Nihil est opere aut manu factum, quod non aliquando conficiat et consumat vetustas.'

46 *Ætas parentum, pejor avis, &c.]* Avis peiores fuere patres nostri: nos patribus deteriores sumus: nobis

etiam vitiosiores posteros relinque-  
mus: Homer. Odyss. B. Παῖροι γάρ  
τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται· Οἱ  
πλέονες κακίους, παῖροι δὲ τε πατρὸς  
ἀρείους. *Pauci enim filii similes patri;  
Plerique peiores, pauci vero patre me-  
liores sunt.*

ODE VII.

AD ASTERIEN.

Oblique ostendit viros fortius fœminis illiciti amoris illecebris resistere; atque zelotypas puellas plerumque ex suo ipsarum ingenio maritorum furta divinare.

**QUID** fles, Asterie, quem tibi candidi  
Primo restituent vere Favonii,

*O Asterie, quare ploras Gygen, stabili fidelitate adolescentem, quem boni ze-*

Decima sexta Libri secundi in Ed. Sanad. Epigraphe in edd. vett. *Asterien hortatur ad spem et honestatem; Lambinus in codd. reperit: Ad Asterien mere-*

NOTÆ


Metrum idem quod supra 1. Od. 5.  
1 *Quid fles, Asterie, &c.]* Accommodata valde apostrophe ista cum leni increpatione, principio consolatorii sermonis, et ad demulcendum muliebrem animum idonea. Propert. II. 20. 'Quid fles abducta gravis Briseide? Quid fles Anxia captiva tristius Andromacha?' &c.

*Asterie]* Amica, vel uxor Gygis: ab ἀστήρ, stella, factum nomen.  
*Quem tibi candidi, &c.]* Paulo post

frueris tuo Gyge; cum primum licebit navigare. ad te advolabit cupientem et ipse cupiens.

2 *Primo vere]* Cum flare ab Occasu incipiunt zephyri, seu Favonii: *candidi*, sereni, mites, propitii, faventes. Plin. II. 17. 'Ver aperit navigantibus maria, ejus in principio Favonii Hybernum molliunt cœlum.' Vide 1. Od. 4. initio.

2 *Favonii]* Plaut. in Mercatore: 'Hic Favonius serenus est, istic Aus-



Thyna merce beatum,  
Constantis juvenem fide  
Gygen? Ille Notis actus ad Oricum

5

*phyri initio verni temporis tibi reddent Bithynis mercibus opulentum? hic ad Ori-*

*tricem*; unde eam negat matronam fuisse.—3 *Thynna* Land. et Ascens. unde quidam cogitant de Thyno, Cilizæ civitate (Plin. v. 27.); alii de thynnis piscibus, quorum captura inprimis ad Byzantium in Bosporo.—4 *Constantis* Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. et 'omnes quotquot extant codd.' inquit Jani. *fidei* (disyll.) duo Vatt. Cler. unus Russard. et unus Nicot. Lamb. omnes Torrentii, et Pulm. codd. Blandd. Mald. Sil. Cruq. Bentl. plerique, duo Bersn. Mentel. Franeq. Lipss. Dess. 2. Alt. 1. Helmst. Sax. Gott. Zar. Flor. Et sic Cruq. Torrent. Heins. *fidi* Torn. Lamb. Div. Cruq. et Bentl. Zulich. *fide* Jann. duo Vatt. Urs. Lamb. Mart. Cruq. codd. Fabr. Alt. 2. (cum nota: 'pro *fidei*'). Sic Asc. Mancin. Land. Basil. 1531. Venet. 1590. Fabr. Bentl. Cun. San. Jon. Baxt. Sivr. Bond. Schrevel. Delph. Jani, Bipont. Mitsch. Wetz. Comb. Wakef. et Kidd. 'Scilicet *fidei* contracte olim pronuntiatum nunc *fidi*, nunc *fide*. Vid. Gell. ix. 14. Prisc. vii. extr. Voss. Anal. ii. 19. Sic casu secundo antique *die*, Virg. Ge. i. 208. *fide*, Ovid. Met. iii. 341. (ubi vide N. Heins.) vi. 506. vii. 728. &c. Et *fide* casu tertio Noster i. Sat. 3. 95. Itaque forma antiqua, ut doctior, recte h. l. præfertur; pro qua facile ex interpretamento irrepsit *fidei*. Denique *constanti* . . . *fide* Venet. 1478. 1492. Locher. R. et H. Stephh. Fab. et Dacer. Hand dubie ob *fide*, quod pro ablativo habitum, inductum *constanti*.' Jani.—5 Lips. 4. *jactus ad Oricum*; Helmstad. *rectus ad*

## NOTÆ

ter imbricus: hic facit tranquillitatem, iste omnes fluctus conciet.' Vide III. Od. 1.

3 *Thyna merce*] Vel annulis Thynica lima perpolitit, quorum mentio est in naniola de morte Horatii, apud Isidor. XIX. 32. vel cultellis Bithynicis, de quibus Non. Marcell. ex Varrone, in Satyr. seu *γεροντοδιδασκάλω*: forte et thynnis piscibus, qui bene multi capiuntur a Thynis populis, inde etiam adeptis nomen, ut placet quibusdam. Pers. v. 183. 'Rubrumque amplexa catinum Cauda natat thynni.' Ex Ammiano Thynia pars est Bithyniæ: Plin. v. cap. 32. 'Thyni ex Europa transiere, a quibus appellatur Bithyni.' Et paulo post: 'Tenent oram omnem Thyni, interiora Bithyni. Is finis Asiæ est,' &c. ibid. cap. 27. 'Est etiam Thynos oppidum Ciliciæ.' Et iv. 11. 'Thyni sunt Thraciæ populi.' De his Claudian.

'Thyni Thraces arant quæ nunc Bithynia fertur.' Vide i. Od. 35. 7.

4 *Constantis* [*Constanti*] *juvenem fide*] Hac lectione vulgata memoriam vetustatis aboleri quidam indignantur; leguntque ex vet. codd. *Constantis juvenem fide*, pro, *fidei*, nimirum: quod ita pridem usurpatum docent Priscianus, Gellius lib. ix. 14. Virgil. Georg. i. 208. 'Libra die (id est, diei) somnique pares ubi fecerit horas.'

5 *Ille Notis ad Oricum*, &c.] Cum Italiam appeteret Gyges, reditumque maturaret, prohibitus est ventis ab Austro flantibus, actusque ad Oricum; quæ prima est Epiri civitas a Colchis condita: ex Plin. ii. 23. urbs illa ad oram maris Ionii in Epiro sita, ad radices montis Acroceraunii, cum portu satis amplo, Orenum Straboni, Horicum Ptolemæo, Orcha Nigro dicitur. Multa de illa Livius.



Post insana Capræ sidera, frigidas

Noctes non sine multis

Insomnis lacrymis agit.

Atqui sollicitæ nuntius hospitæ,

Suspirare Chloën, et miseram tuis

10

Dicens ignibus uri,

Tentat mille vafer modis :

Ut Prætum mulier perfida credulum

*sum ab Austris pulsus, post violentum Capræ astrum, noctes algentes ducit non dormiens, et abunde plorans. Verum internuntius hospitæ anxii, declarans afflictam Chloën ingemiscere, tuisque flammis ardere, variis illum rationibus astute sollicitat. Exponit quemadmodum infidelis fœmina levem Prætum injustis calumniis excitavit*

//////////

*Oricum; Cming. actus ad Oricou.—8 Lips. 4. Insanis lacrimis.—9 Atquin omnes fere libros vett. exhibere ait Lamb. et sic edidit. Sed nihil tale repererunt alii.—10 Suspirare Cloën var. lect. ap. Jani.—13 Prætum, Pretum, Præthum,*

NOTÆ

6 *Post insana Capræ sidera*] Postquam ille jactatus fuit magnis tempestatibus, quas excitavit sidus Capræ, quæ est in humero Aurigæ sinistro, sicut in manu sunt Hædi. Hygin. Capram Amaltheæ, cujus lacte nutritus est Jupiter, ab eo inter astra collocatam fabulantur. Oritur sub finem Septembris: pariter et Hædi; de quibus Ode i. hujus libri. Pluvialem Capram vocat Plinius. Ex Arato, Capra et Hædi jactatas in mari naves, et pavidos homines frequenter viderunt.

*Frigidas Noctes non sine lacrymis, &c.*] Coactus hyemare Orici Gyges, Asteriæ desiderio contabescit, somno caret, lacrymatur ubertim, aliis mulieribus friget, etiam tentatus non cedit. Adverte singulas voces amoris significationem habentes, a Poëta coacervatas. Quid vero jucundius seu amicæ seu uxori proferri poterat? Quid efficacius ad leniendum vel abstergendum dolorem; immo et ad excitandam fidem?

9 *Atqui sollicitæ nuntius hospitæ, &c.*]

Interea vero Chloë, apud quam diversatur et manet Gyges, ejus animum sollicitat interposito nuntio, qui ' mille vafer modis ' suadere conatur, ut obsequatur amori hospitæ suæ.

10 *Chloën*] Χλόη, *viriditas*; adolescentiæ flos vox designans.

*Tuis Dicens ignibus uri*] Tui Gygis amore incensam, adeoque tno flagrantem igne, quo tu nempe ureris et flagras ipsa. Virgil. Eclog. III. ' At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas.'

13 *Ut Prætum mulier, &c.*] Pluribus exemplis Gygen movere incusso metu nititur Chloës nuntius. Narrat Bellerophontem simili causa et occasione prope interemtum. Scilicet is Glauci Regis Ephyraë filius apud Prætum Regem Argivorum hospes erat. Antea ex Homero, ex aliis Sthenobæa ejus uxor, Bellerophontis amore capta stuprum obtulit. Hic respuit. Tum illa perfidiæ suæ crimen in eum conjecit, innocentem criminata apud Prætum; qui credulus ira exarsit. Cum tamen hospitii

Falsis impulerit criminibus, nimis	
Casto Bellerophonti	15
Maturare necem, refert.	
Narrat pæne datum Pelea Tartaro,	
Magnessam Hippolyten dum fugit abstinens :	
Et peccare docentes	
Fallax historias monet,	20

*mortem accelerare Bellerophonti nimium pudico. Refert Peleum tantum non interfecit, cum temperans eluctatur Hippolytam e Magnesia. Quinetiam deceptor narrat historias crimen admittere suadentes. Sed incassum. Etenim rupibus Icarii*

~~~~~

Protheum, variantes ap. eund. Jani. Præton Cuning.—15 Bellerophonti, Bellerofonti variantes ap. Jani.—18 Magnessam quidam codd. ap. eundem.—20 Pellax conj. Benti. receperunt Sanad. et Sivr. non tamen Kidd. quamvis Benti. fere sequitur. ‘Ommino significantius est Pellax, et alibi etiam pro eo fallax, ex interpretamento laud dubie, irrepsit, ut Virg. Æn. II. 90. ubi vid. Heyn. Sed tamen et fallax bene habet.’ Jani. movet pro movet conj. Marcil. et sic tres codd. Torrentii, Bodl. I. ap. Benti. Exc. Sax. Alt. 1. Dess. 2. Benti. Cuning. Sanad. Sivr. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzell.

NOTÆ

jura violare, hospitemque ipse perimere nollet, ad alios occidendum transmisit. Vide Homer. Iliad. Z. Apollodor. lib. II. &c.

14 *Impulerit Maturare necem*] Ne temporis mora et cunctatione, Bellerophontis innocentia, a se vero cogitati facinoris infamia detegeretur, tandemque non sine gravi dedecore a viro ipsa multaretur. De Bellerophonte jam r. Od. 27. in fine.

17 *Narrat pæne datum Pelea Tartaro, &c.*] Refert etiam quemadmodum erepta fere est vita Peleo Achillis patri, dum castus amantem fugit ac repulit Hippolyten. Hæc enim ex-candescens velut insidiatum suo pudori juvenem detulit viro suo. Jovis quidem Hospitalis iram veritus ille, Centauris inermem, dubioque procul interficiendum tradere cogitavit. At innocenti opem tulerunt Dii, misso Vulcano; a quo accepto Peleus gladio Centauros debellavit, mortemque evasit. Vide Pindar. Nem. Od. IV. et

v. Ovid. Met. XI. Apollodor. lib. III. &c.

18 *Magnessam Hippolyten*] Uxorem Acasti Regis Magnesiæ, quæ Thesaliæ regio. Hinc cognomen, quo distinguitur ab Hippolyta Amazonum Regina.

19 *Peccare docentes Fallax historias monet*] Quoniam periculi mortisque metus parum valuit, alia jam ratione Gygis animum impellit Chloës inter-nuntius. Affert historias et exempla eorum, qui, rejectis primis amoribus, novos non injucunde nec infeliciter admiserunt. Ipsum Jovem commemorat Alcmenæ, Danaës, et aliarum amores consecutum, &c. Forte addit Paridem et Helenam, &c. *Peccare docentes*] Certe nihil magis, quam exemplum, vitium suadet. Viam enim ostendit quasi tritam et facilem, atque a nota criminis prope immunem. Apud Cic. ‘Historia magistra vitæ.’ Sunt qui legant *historias movet*, nec absurde.

Frustra : nam scopulis surdior Icarî
 Voces audit adhuc integer. At, tibi
 Ne vicinus Enipeus
 Plus justo placeat, cave;
 Quamvis non alius flectere equum sciens 25
 Æque conspicitur gramine Martio,
 Nec quisquam citus æque
 Tusco denatat alveo.
 Prima nocte domum claude ; neque in vias
 Sub cantu querulæ despice tibiæ ; 30

maris durior ista verba excipit hucusque incorruptus. Tibi vero cave ne plusquam par est arrideat Enipeus vicinus. Tametsi nemo tam peritus equum regendi in Campo Martio spectatur ; nullusque tam expedite flumen Etruscum tranat. Ædes occlude nocte ineunte : nec in vias deorsum aspice ad sonitum canoræ fistulæ : et

Wakef. et Kidd. *monet vulgg.*—21 *Icariis* Dess. 2. probante Jani, ex 1. Od. 1. 15. 'Icariis fluctibus.'—22 *Voces spernit* Pulmanni Beller. et Diesth. unus Torrent. unus Bersmanni, Exc. Sax. Dess. 2. et Vascos. 'Est haud dubie a Grammatico, qui non caperet, quomodo quis, surdior Icariis scopulis, posset audire.' Jani.—23 *Nec Zarot.* et Florent. 1482. probante Gesu. improbante Jani. *Enipeus* multi ap. Jani.—30 *Sub cantum* Bersm. Heins. et Cuning. *perperam*, inquit Jani ; ita tamen Huschke in Epist. Crit. ad Laur. Santen. pag. 48.

NOTÆ

21 *Scopulis surdior Icarî Voces audit*, &c.] At Gyges, adhuc integer, voces internuntii Chloës sollicitantis audit immotus, veluti scopulus. Icarium mare, hodie *Nicarium*, pars est Ægæi, versus Icarium insulam : frequentes habet scopulos. Nomen ab Icaro in illud lapso, cum volare tentasset. De eo 1. Od. 1. 15. II. Od. 20. 13. IV. Od. 2. 2.

22 *At, tibi Ne vicinus*, &c.] Tu vero, Asteric, fac ut æque fidelis tuo Gygi permanear. Cave itaque ne vincaris aut indulgeas amoribus Enipei vicini, etiamsi habeat unde amari possit.

25 *Quamvis non alius*, &c.] Quamvis Enipeus equitandi peritiam in Campo Martio, in Tiberi vero solertiam nautandi et agilitatem præ ceteris os-

tentet. Vide 1. Od. 8.

28 *Tusco alveo*] Tiberino fluvio, qui Etruriam ab Umbria, Sabinia, et Latio disternit, Romam interluit, in mare Tyrrhenum delabatur.

29 *Prima nocte domum claude*] Ne irrumpat Enipeus, noctis umbra et silentio abusus. Livius 'primas tenebras,' dixit, pro, 'noctis initio.'

Neque 'in vias Sub cantu querulæ despice tibiæ] Ne per fenestram in vias despecta, neve sic videaris Enipei respondere amoribus, cum ille, ex more amantium, ante fores tuas noctu canet tibia. Vide 1. Od. 25. et hujus libri Od. 10. ibique Not.

30 *Querulæ*] Suaviter ludentis ac resonantis ; vel molliori sono exprimentis amorem Enipei et ejus querimoniam, quod erga ipsum dura sis,

Et te sæpe vocanti
Duram difficilis mane.

crudelē frequenter appellanti crudelis persiste.

NOTÆ

31 *Vocanti Duram difficilis mane]* *vearis, inexorabilis tamen et in-*
Licet ille te incuset velut ferream, *pugnabilis persevera libidinosam E-*
quæ laborantis ægritudine parum mo- *nipei contentionem eluctari.*

ODE VIII.

AD MÆCENATEM.

Matronalibus, quæ Kalendis erant Martiis, quo die ab immani arboris ruina vivus evaserat, atque ob eam causam annuo jam sibi festo, Mæcenatē suum ad hilariter apud se agendum invitat; interposita etiam publicæ lætitiæ ob Cæsaris successus mentione.

MARTIIS cœlebs quid agam Kalendis,
Quid velint flores et acerra thuris
Plena, miraris, positusque carbo in
Cespite vivo,

O Mæcenas, callens utramque linguam, demiraris quid ego sine uxore faciam Kalendis Martiis, quid denotent flores, et vasculum thure refertum, atque prunæ

//////////

Ode decima tertia Libri quarti in Ed. Sanad.—1 *Kalendis* vulgg. ‘*Kalendis* in contextu dedi, ut antiquiorem scripturam, exemplo Cuning.’ *Jani.* Ita quoque Bipont. et Mitsch.—3 ‘*Vulgo legitur carbo in; sed rectius et*

NOTÆ

Metrum est idem quod i. Od. 2.

1 *Martiis cœlebs quid agam Kalendis, &c.]* Miraris quod ego cœlebs diem hunc festum habere videar solis conjugibus celebrari solitam. Singulorum mensium Kalendæ, præcipue vero Martiæ, Junoni dicatæ erant: dictaque Matronalia, quoniam pro conjugii felicitate matronæ sacrificabant. Adde quod ea die coli cœpta est ædes Junonis, quæ conjugii præsidet. Macrob. i. 9. Alex. ab Alex. vi. 4. Belli etiam per Sabinas mulieres compositi memoria tunc colebatur. Ovid. Fast. iii. Hinc ‘*femineas*’ vocat has Kalendas Juvenalis Sat. ix. 53. At mariti quoque Junoni suppli-

cabant, ut uxorum pudicitiam tueretur. Porro quod primus anni mensis apud Romanos erat Martins, et unde Kalendæ appellatæ, disce ex Macrob. i. 12. et 15.

Cœlebs] Romani cœlibem dicebant quasi cœlitem, qui vitam ageret in terris cœlesti similem. Donat. in Terent.

2 *Quid velint flores, &c.]* Omnia nempe Horatius ad sacrificium persolvendum comparabat, tanquam voti reus.

Acerra] Vas fictile seu patera, in qua ponebatur thus adolendum.

3 *Positusque carbo, &c.]* Ignis in ara e vivo cespite, seu virenti gramine

Docte sermones utriusque linguæ. 5
 Voveram dulces epulas et album
 Libero caprum, prope funeratus
 Arboris ictu.
 Hic dies, anno redeunte festus,
 Corticem astrictum pice dimovebit 10

constitutæ in gramine virenti. Scilicet arboris ego lapsu fere exanimatus lautas dapes et hædum candidum Baccho promiseram. En dies iste lætus anno vertente

elegantius, ut jam vidit Ge. Fabric. deest in; et sic Pulmanni Gemblac. 1. et Beller. Mentel. Lips. 1. 3. 4. Venett. Ascens. et Locher. Videtur in e scholiis Grammatici irrepsisse. Jani.—5 *Docte sermonis* omnes codd. Gla-reani et Pulmanni, omnes fere Bentl. et Acron, Ms. ap. eund. item multi Lamb. et Cruq. tres Bersm. Mentel. Helmst. Dess. Lips. 2. 3. 4. Venett. Locher. Asc. Basill. ‘Id multi inepte pro genitivo acceperunt. Sed est haud dubie pro *sermones*, antiqua scriptura; hanc enim ex h. l. probant Victorin. et Douat. ap. Fabric. quia in hoc vocabulo insolitum, terminari accusativum pl. in *eis s. is*. Porro codd. Blandd. Cruquii habebant *sermonis*, per l longum. Denique *sermones*, accus. pl. confirmatur auctoritate non solum sat multorum aliorum codd. sed inpr. etiam Donati ad Terent. Eun. III. 2. 25. Vid. Bentl. Jani.—10 Tres codd. Lambini, et ipse cum Heins. *demove-*

NOTÆ

structa. Vide 1. Od. 19.

5 *Docte sermones utriusque linguæ*] Græcæ Latinæque, quarum studio perinde incumbabant Romani. Cic. Offic. initio: ‘Ut ipse ad meam utilitatem semper cum Græcis Latina conjunxi, neque id in Philosophia tantum, sed etiam in dicendi exercitatione feci, idem tibi censeo faciendum, ut par sis in utriusque orationis facultate.’

6 *Voveram dulces epulas, &c.*] Gravio-rem itaque ceteris habeo causam celebrandi Martias Kalendas, in quibus mortis evasi periculum; unde et sacrificium voti et sacras epulas.

Album Libero caprum] Albæ victimæ Diis Superis, nigræ Inferis mac- tabantur: Arnob. lib. VII. &c. Baccho præsertim caper, qui vitibus in- festus, eas arrodendo. Virgil. Georg. II. 380. ‘Non aliam ob culpam Bac- cho caper omnibus aris Cæditur.’ Ovid. Fast. I. ‘Rode caper vitem:

tamen hinc, cum stabis ad aram, In tua quod spargi cornua possit, erit. Verba fides sequitur: noxæ tibi de- ditus hostis Spargitur affuso cornua, Bacche, mero.’

7 *Prope funeratus Arboris ictu*] Ca- dente arbore propemodum oppressus et extinctus. Vide II. Od. 13. et 17.

9 *Hic dies, anno redeunte festus, &c.*] Anniversarius adest iste dies in festi- vis epulis mihi ducendus: quare vi- num vetustate præcipuum hodie pro- mam.

Anno redeunte] Ita cum Græcis Ho- ratius. Virgil. ‘volentem annum’ ait: Cicer. ‘vertentem annum.’ Somn. Scip. 17. ‘Cum ad idem, unde semel profecta sunt, cuncta astra redierint, eandemque totius cæli descriptionem longis intervallis retulerint, tum ille vere vertens annus appellari potest.’

10 *Corticem astrictum pice dimove- bit, &c.*] Resignabit, relinet opercu- lum amphoræ, e subere vel cortice,

Amphoræ fumum bibere institutæ
 Consule Tullo.

Sume, Mæcenas, cyathos amici
 Sospitis centum ; et vigiles lucernas

recurrens corticem pice affixum auferet dolio fumum contrahere cepto sub Consulatu Tulli. O Mæcenas, accipe centenos scyphos, ob amicum incolumem, et lychnos



bit. Omnes ceteri codd. et edd. *dimovebit.*—12 *Tullio* emend. Bonfin. Annotat. xxxvii. unde sic Ascens. an. 1519. tanquam pertineat ad Ciceronis consulatum ; ut *Tullio* per Synæresin pro dissyll. sit. Sed bene depexum illum dedit Glarean.—14 Harl. 1. Mentel. Lips. 1. Bentleyi Græv. et Colbert. *Hospitis* pro *Sospitis*. Mox et ejecit Cuning, quia aptior lætitiæ sit oratio dissoluta. Eum secuti Sanad. et Sivr. et jam abest a Lips. 4. ‘ Sed

NOTÆ

pice quidem astrictum. Cato : ‘ In amphoram mustum indito, et corticem oppicato.’ Tibull. ii. Eleg. 1. ‘ Chio solvite vincla cado.’

11 *Fumum bibere institutæ*] Fumo dudum expositæ, unde contentum in ea vinum jam maturum et lene prorsus. Ovid. Fast. v. ‘ Fumea vina.’ Martial. iii. 81. ‘ Cocta fumis musta Massilianis.’ Idem x. 36. ‘ improba fumaria’ dicit ; et, ‘ Accipit ætatem quisquis ab igne cadus.’ Tibull. mox cit. ‘ Nunc mihi fumosum veteris proferte Falernum Consulis.’ Columel. i. 6. apothecæ superponuntur locis, unde plerumque fumus exoritur : quoniam vina fumo celerius vetustescunt : ejus tenore præcocem maturitatem trahunt, &c. Plin. xxiii. 1. ‘ Minus infestat nervos quod vetustate dulcescit. . . . Nos fumi amaritudine vetustatem indui persuasum habemus.’ Meminit et Cæsar. Rhodig. xxvi. 21.

12 *Consule Tullo*] Consulatum nomine solebant notari vina, ut alibi amplius dixi. Vide i. Od. 20. et ii. Od. 3. Hic certum nomen pro quolibet incerto poni, vinumque vetus duntaxat commendari crediderim. Quod si vinum illud conditum fuerat sub L. Volcatio Tullo, qui Consul fuit cum M. Æmilio Lepido, anno urbis conditæ

687. prolatum vero est ab Horatio paulo post subjugatos ab Agrippa Cantabros, de quibus sub hujus finem Odes, anno scilicet 734. ut ait Cruquius, vinum illud vetus fuisset annos 47. Interea meminisse oportet quod scribit Plin. mox cit. ‘ Falernum nec in novitate, nec in nimia vetustate corpori salubre est. Media ejus ætas a 15. anno incipit. . . . Si sit fumo inveteratum, insalubre est. Mangones ista in apothecis excogitavere. Jam et patresfamilias ætatem ademere his, quæ per se cariem traxere. Quo certe vocabulo satis consilii dedere prisci :’ nempe vina ad extremam senectutem, quæ cariota est, non esse recondenda. Dalecamp.

13 *Sume cyathos centum*] Ob lætitiæ de amici sospitis incolumitate, seu de Horatii tui salute, bibe centum cyathos, id est, plures et plures, et tota nocte mecum perpota. Numerus finitus pro infinito.

14 *Vigiles lucernas Perfer in lucem*] Prandium ignorabant veteres : at cænam maxime, non quidem ut nos ad candelas, sed ad lychnos et lucernas, producebant usque ad lucem posteram, pergræcando, id est, ritu Græcorum tota nocte comptotando. Plaut. Menæchm. i. 2. 62. ‘ Inde usque ad

Perfer in lucem : procul omnis esto

15

Clamor et ira.

Mitte civiles super Urbe curas ;

Occidit Daci Cotisonis agmen :

accensos produc usque ad diem. Longe absit vociferatio qualibet et rixa. Dimitte sollicitudines de civitate. Deletus est exercitus Cotisonis Daci: Medus sibi-



bene habet *et*, cum non sit adeo efrænata lætitia.' *Jani.*—15 ' *Profer*, h. protrahe, produc, continua, volebant Ge. Fabric. et N. Heins. ap. Bentl. item sic Bentleii Regin. et Magdal. Pulmanni Gemblac. 1. 2. pro var. lect. et Lips. 2. a m. pr. Bonum esset aptumque verbum, et vocabulum hac in re proprium. Sed ob id ipsum etiam præstat ceterorum codd. et editt. lectio *perfer*, quod exquisitior est. Quod autem Bentl. et San. movent, ambiguum esse *proferre in lucem*, id nolim meum facere.' *Jani.*—18 *Cotisonis* plurimi et optimi codd. ap. Torrent. sed hoc non credit Bentleius; legebatur tamen in edd. tempore Lambini, et defenditur a Bronkhuis. ad Propert. iv. 10. 7. *Contisonis, Cathisonis, Codisonis*, variantes sunt ap. Jani. *Cotisonis* omnes alii

NOTE

diurnam stellam matutinam potabimus.' Horat. Od. XXI. seq. ' Vivæque producent lucernæ, Dum rediens fuget astra Phæbus.' Propert. iv. 6. 85. ' Sic noctem patera, sic ducam carmine, donec Injiciat radios in mea vina dies.' Erat etiam olim perpotandi certamen, propositumque victoribus bibionibus præmium, placenta, ut amplius exponam Epist. 19. ad hæc verba: ' nocturno certare mero.' Quod autem nocturnæ cœnæ utiliores sint corpori, ob Lunæ sidus vim habens putrefaciendi, adeoque cibos concoquendi, crede, si lubet, asserenti Athenæo VII. 1. Quin potius ausculta Casaubono eo loci, cocctionem cum putrefactione confundi perperam, Athenæumque philologiæ quam philosophiæ sacris auspiciatus initiatum, bene docteque redarguenti.

15 *Procul omnis esto Clamor et ira*] Ebrietatis incommoda et vitia Horatius arcet a suis epulis: quo sorte etiam notat bonitatem et lenitatem vini sui, cujus cyathos queat Mæcenas centum bibere, citra noxam; ut

Delph. et Var. Clas.

nec ad vociferandum nec ad rixandum impellatur. Vide i. Od. 27.

17 *Mitte civiles super Urbe curas*] His verbis patet urbis præfecturam tunc gessisse Mæcenatem: qui si privatus mox appellabitur, ne accipie aliter quam par est, et illic explicabo.

18 *Occidit Daci Cotisonis agmen, &c.*] O Mæcenas, omitte paululum curas et sollicitudines, quibus civitati provides sedulus: en hostes Populi Romani jam domiti sunt: nec ab illo quicquam metuendum. Cotison Dacorum Rex ab Augusto victus. Flor. iv. 12. ' Daci montibus inhærent. Cotisonis Regis imperio, quoties concretus gelu Danubius junxerat ripas, decurrere solebant et vicina populari. Visum est Augusto gentem aditu difficillimam summovere. Misso igitur Lentulo, ultra ulteriorem repulit ripam; citra, præsidia constituit. Sic tunc Dacia non victa, sed summoa atque dilata est.' Illud vero postea factum est. Sueton. cap. 21. Octav. ' Coëreuit et Dacorum incursiones, tribus eorum ducibus cum magna co-

Horat.

2 E

Medus infestus sibi luctuosus

Dissidet armis :

20

Servit Hispanæ vetus hostis oræ

Cantaber, sera domitus catena :

Jam Scythæ laxo meditantur arcu

Cedere campis.

Negligens, ne qua populus laboret,

25

met adversarius bello fatali distrahitur. Cantaber Hispaniæ fines incolens, antiquus noster inimicus, subactus est, quamvis tarda profligatus victoria. Modo Scythæ arcu remisso incipiunt agris discedere. Tu quasi privatus omitte curare

//////////

exhibent cum Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6.—19 ‘*Medus, infestus sibi, luct.* distinguunt multi; sed jungendum *sibi dissidet*. Vulgata lectio, *infestus . . . luctuosus*; non illa quidem prorsus spernenda; sed nullum mihi dubium, quin vera lectio sit, *infestis . . . luctuosus*, quam, post conjecturam N. Heinsii, Bentleius in suo cod. Gal. reperit, et in contextum recepit. Item *luctuosus* exhibent Bentr. Reg. Soc. a m. pr. ac Lips. 1. et 3. a m. pr. et Lips. 4. sine litura. Accedit primum, quod sic elegantior usuique Horatiano convenientior exoritur epithetorum collocatio; deinde, quod exquisitius multo et doctius dicuntur *arma infesta* et *luctuosus Medus*, quam contra.’ Jani.—20 *Desidet armis* Lips. 4.—23 In eodem cod. pro *laxo, lapsa*.—25. 28 Totum

NOTÆ

pia cæsis,’ &c. Cap. 63. ‘M. Antonius scribit, primum eum Antonio filio suo despondisse Juliam; dein Cotisoni Getarum Regi: quo tempore sibi quoque invicem filiam Regis in matrimonium petiisse. De Dacis jam II. Od. 20. Hos porro eosdem esse ac Getas, certum est. Plin. IV. 12. ‘Getæ, Daci Romanis.’ Xiphilini in Domitiano ita scribit: ‘Per id tempus bellum fuit Populo Romano cum Dacis. . . . Porro eam gentem Dacos appello. Nam ita se ipsi nominant, eodemque nomine a Romanis appellantur: etsi non ignoro eos a quibusdam Græcis Getas esse dictos. Quod an recte factum sit, nescio: illud quidem scio Getas trans Hæmum apud Danubium incolere.’

19 *Medus infestus sibi, &c.*] Medii seu Parthi bellis civilibus occupati sunt. Vide Strab. lib. X. et quæ antea nec semel de iis annotavi, I. Od.

26. 5. et alibi.

21 *Servit Hispanæ, &c.*] Cantabri ab Agrippa, sero licet, fracti et subacti sunt. Vide II. Od. 6. Sueton. Octav. cap. 20. ‘Augustus externa bella duo omnino per se gessit: Dalmaticum adolescens adhuc: et Antonio devicto, Cantabricum.’ Cap. 21. ‘Domuit autem partim ductu, partim auspiciis suis Cantabriam,’ &c.

23 *Jam Scythæ laxo, &c.*] Scythæ armis depositis cedunt. Vide II. Od. 9. in fine, ibique Not. Sueton. Octav. cap. 21. ‘Ea virtutis moderationisque fama, Indos ac Scythas auditu modo cognitos pellexit ad amicitiam suam Populique Romani ultra per legatos petendam.’

25 *Negligens, ne qua populus, &c.*] Dum mei sacrificii particeps sacras mecum epulas carpes, ita lætitiæ vaca, ut si privatus esses. Ergo paululum abjice omnem curam urbis, et

Parce privatus nimium cavere; et
 Dona præsentis cape lætus horæ, ac
 Linque severa.

et plusculum consulere ne quid detrimenti capiat populus: atque temporis præscutis usura frueri, genio indulgens, et molesta abjice.

hoc Tetrastichon Guyetus resecait. 'Parte emend. Bonfin. annot. xxxviii. probante ipso acerrimo ipsius hoste, Glareano; ut sit: 'tu privatus negligens nimium cavere, ne qua parte,' &c. Item sic vult D. Heins. qui autem jungit *populus privatus*, et expl. *οἱ πολλοί*, prorsus insolenter! *parte* etiam Bentleii Battel. et Colbert. pro var. lect. Lips. 3. Sed quam vulgare etiam esset illud *ne qua parte!* Cuning. emend. *privatis*, haud dubie de rebus privatis accipiens. Item sic dedere Jon. et Sanad. qui autem intelligit 'privatos,' *les particuliers*, quos 'populo' opponi putat. *privatim*, i. e. solus, emend. Withof. Sed medentur viri docti, ubi nullum vulnus. *et* in fine versus habent omnes codd. præter Bentr. Regin. et omnes editt. præter Lambini alteram; item omittunt Bentr. Cun. San. et Sivr. Contra *ac*, quod in fine vs. 27. vulgo exhibent editt. abest ab omnibus codd. Torrent. Pulm. et Bentr. tribus Bersm. Lipss. 1. 2. 3. 4. Dess. 1. Helmst. hand dubie et a codd. Cruq. et aliorum. Omittunt etiam Venett. Locher. Lamb. edit. poster. Cun. San. et Sivr. Sed acute vidit Bentr. *et* reponendum in extremo vs. 27. nude librariorum negligentia, ut fit, ad vs. 26. rejecerit; quo factum, ut postea editores versui 27. assuerent *ac*. D. Heins. vs. 26. dedit *ac*, vs. 27. *et*.' Jani. —27 Pro *cape*, *rape* Harl. 1. quatuor Lambini, Pulmanni Diesth. quidam Torrentii, Mald. Cruquii, Græv. Battel. Bodl. 1. et Colbert. pro v. l. ap. Bentr. Exc. Sax. Lips. 1. a m. sec. Lips. 2. Dess. 2. Lamb. Steph. Heins. Fab. Dacer. Burm. Cuning. Sanad. Jones. Sivr. et Wakef. 'Avide rapuerunt,' inquit Bentr. 'hanc lectionem Interpp. post Lambinum, laudantes Epod. xiiii. 4. et locum Ennianum ap. Cic. de Orat. iii. 40.' Sed *cape* multo plures Torrentii et Bentr. omnes Cruquii, præter unum, duo Bersmanni, Altt. 1. 2. Dess. 1. Lips. 1. a m. pr. Lipss. 3. 4. Helmstad. Harl. 2. 3. 4. 5. 6. Mentel. Franq. Venett. 1478. 1492. Locher. Ascens. Basill. Rutgers. Fabric. Bentr. Baxt. Gesu. Jani, Mitsch. Bipont. Wetzel. Comb. et Kidd. 'Multo etiam aptior h. l. lectio; nam non tam pingitur hora fugiens, quam amice præbens, s. offerens *dona*, quæ modo *capere*, sumere, accipere oportet.' Jani.

NOTÆ

solicitudines de Republica.

26 *Privatus*] Quidam explicant, inter privatos parietes, genio indulge. Alii interpretantur absolute: quandoquidem non geris magistratum: volunt nimirum urbis præfecturam esse officium duntaxat, nec inter magistratus censi: ex Sueton. Octav. cap. 37. 'Quo plures administrandæ Reipublicæ partem caperent, nova

officia excogitavit: curam operum publicorum . . . præfecturam urbis,' &c. Quod minime placet. Sic igitur intelligo: tu 'linque severa' tantisper, id est, serias et graves occupationes intermitte: 'præsentis horæ dona,' seu, gaudia rape, cape, animo plane tranquillo, teque 'privatum' hoc nocturno saltem convivio finge et cogita.

ODE IX.

AD LYDIAM.

Lepidissima Ethopœia zelotyporum amantium, sive moralis Dialogismus inter Horatium et anicam suam, quacum ad ultimum in gratiam redit.

HOR. DONEC gratus eram tibi,
Nec quisquam potior brachia candidæ
Cervici juvenis dabat ;
Persarum vigui rege beatior.

LYD. Donec non alia magis 5
Arsisti, neque erat Lydia post Chloën ;

HOR. *Quamdiu carus tibi extiti, neque alius præstantior adolescens brachia inferebat collo tuo candido, felicior ego vixi Rege Persarum.* LYD. *Quamdiu non alteram plus dilexisti, nec Lydia posthabita est Chloë, ego Lydia magnæ fanæ,*



Ode hæc elegantissima deest Editioni Saad. Epigraphe in uno cod. Torrentii est, *Amœbæum Carmen* ; in aliis ap. Jani, *Antapodotice* ; in vulg. *Ad Lydiam* ; vel, *Ad Lydiam de præteritis amoribus.*—2 *Nec quisquam melior* Alt. 1. e glossa.—5 Alt. 1. *alias* ; quidam Lambini, Mald. Cruquii, meliores Torrentii, Harl. 2. 6. Bentleii Leid. Regiu. Galiens. et Bodl. 1. 2. Lips.

NOTÆ

Metrum idem quod I. Od. 3.

1 *Donec gratus, &c.*] *Amœbæum Carmen* est, cujus hæc lex est, ut qui posterior dicit, priorem vincat, majus aliquid subjiciendo. Ode porro hæc tanti æstimatur a Scaligero, ut ejus describere sententiam non pigeat. Sic habet Poët. lib. VI. ‘Omnes Horatii Odæ tantæ sunt venustatis, ut et mihi et aliis prudentioribus omnem ademerit spem talium studiorum. Inter ceteras vero, duas animadverti, quibus ne ambrosiam quidem aut nectar dulciora putem. Altera est tertia quarti libri: ‘Quem tu Melpomene semel,’ &c. Altera est nona tertiæ: ‘Donec gratus eram tibi,’ &c. Quarum similes a me compositas malim, quam Pythonicarum multas Pindari et Nemeonicarum: quarum similes malim composuisse, quam esse totius Tarraconensis Rex.’

Vide Virgil. Eclog. III. et VII. Hic zelotypiam uterque suam belle exprimit, restituendisque amoribus prioribus viam sternit.

2 *Nec quisquam potior, &c.*] Dum non amplexus tuos alteri concessisti, nec alium mihi prætulisti in amore.

4 *Persarum vigui rege beatior*] Antiqui Persarum Reges, Cyrus, Darius, ad summas opes elati proverbio locum dedere. Illorum quisque Regem Regum se jactabat. Quin et Persarum montes pro montibus aureis dicti. Plant. Stich. I. 1. 14. ‘Neque ille mereat Persarum sibi Montes, qui esse perhibentur aurei.’

5 *Non alia magis Arsisti*] Alii legunt, *aliam*. Æque eleganter utrumque. ‘Formosum pastor Corydon ardebat Alexin.’

6 *Neque erat Lydia post Chloën*] Dum non amasti Chloën præ Lydia.

Multi Lydia nominis
Romana vigui clarior Iliā.

HOR. Me nunc Thressa Chloë regit,
Dulces docta modos, et citharæ sciens; 10
Pro qua non metuam mori,
Si parcent animæ fata superstiti.

LYD. Me torret face mutua
Thurini Calais filius Ornyti;

illustrior florui quam Iliā Romana. HOR. *Mihi jam dominatur Chloë e Creta, perita suavium modulorum, ac pulsandæ lyræ, pro qua non verebor vitam profundere, si fata indulgeant animæ residuæ.* LYD. *Me writ mutuo amore Calais filius*

3. 4. Alt. 2. Mancin. Basill. Fabr. Glarean. Torrent. Schrevel. Bentr. Cuning. Sivr. Wakef. et Kidd. *aliā*, ut ap. Virg. Ecl. II. 1. 'Corydon ardebat Alexin.' Faërn. Urs. Torn. duo Vat. Russard. Cleric. et Nicotian. ap. Lambin. omnes Cruquii, præter unum, omnes Pulmanni, duo Bersmanni, plerique Bentleii, Mentel. Franeq. Dess. 1. 2. Lips. 1. 2. Helmstad. Harl. 1. 3. 4. 5. Venett. 1478. 1492. Locher. Ascens. Muret. Lamb. Cruq. Steph. Heins. Rutgers. Fab. Dacer. Delph. Baxt. Jani, Bipont. Mitsch. et Wetzell. *alia*. 'Magis etiam Horatiana lectio: et quod Bentleio *alia* potius, quam *aliā*, a librariis esse videtur, τῶν m a sequenti simili absorpta, id facile possit converti, τὸ m e sequenti adhæsisse.' Jani.—7 *Lidia* et *Cloë* variantes ap. Jani.—8 Dess. 2. *viguit*.—9 'Cressa duo Torrent. Pulm. Diesth. Bentr. Petrens. Alt. 1. (alter *Chressa*), Venet. 1492. Locher. Asc. et inpr. Ge. Fabric. quia sit *citharæ sciens*, musica autem ars præcipue a Cretensibus culta sit. Cui addi potuisse ait Bentr. nomen Chloës Græcum potius quam Thracium esse. Sed recte idem Bentr. reponit, libertinas Romæ dominorum sumtibus musicam aliasque artes didicisse, iisque nova nomina indita. Facilis erat lapsus a *Tressa*, ut solent librarii scribere, ad *Cressa*, vel a *Thressa* ad *Chressa*.' Jani. Vide Valck. apud Koppiers. Obs. Phil. p. 145. *riget* Bentleii Græv. a m. pr. Leid. et Colbert. Lips. 2. a m. pr. et Franeq.—10 Vet. Comb. et *cithara sciens*.—12 *Sic parcent* Mentel. *Si parcent* Lips. 3. Ascens. Cuning. et Sivr. 'Sed hoc prosaicum et vulgare; exquisitius vulgatum *parcent*.' Jani.—13. 16 Hi versus deerant in Lips. 4. obvia de causa; librarius scilicet deceptus fuerat a præcedenti Strophe.—14 *Thyrini* et *Chalais* variantes ap.

NOTÆ

De hac jam I. Od. 8. 13. 25.

8 *Romana vigui clarior Iliā*] Ego me fortunatiorem existimabam, quam fuit unquam Iliā, seu Rhea, quæ Marte gravida Romulum Romanæ gentis auctorem protulit. De illa I. Od. 2.

9 *Me nunc Thressa [Cressa] Chloë regit*] Nunc ego servio amoribus Chloës, quam præter formam commendat vocis et Musicæ suavis modulatio. Quidam legunt, *Thressa*, id

est, Thrax, seu e Thracia: verum lectioni nostræ favet quod Cretes Musicæ valde studiosos refert Ælianus.

12 *Si parcent animæ fata superstiti*] Moriar ego libens ad redimendam Chloës vitam; ut illa superstes vivat, quæ est altera pars mei. De superstitione veterum pro alterius salute sese devoventium alibi dixi.

13 *Me torret face mutua, &c.*] Mutuo me amore detinet Calais adoles-

- Pro quo bis patiar mori, 15
 Si parcent puero fata superstiti.
 HOR. Quid? si prisca redit Venus.
 Diductosque jugo cogit aëneo?
 Si flava excutitur Chloë,
 Rejectæque patet janua Lydiæ? 20
 LYD. Quanquam sidere pulchrior
 Ille est, tu levior cortice, et improbo
 Iracundior Adria;
 Tecum vivere amem, tecum obeam libens.

Ornyti e Thurio, pro quo bis mortem oppetam ultro, si juveni vivo fata indulgeant.
 HOR. Quid si vetus amor reviviscat, et divulsos copulet æreo vinculo; si formosum Chloë rejicitur, et ostium meum aperitur pulsæ Lydiæ? LYD. Tametsi est ille astro splendidior, tu vero es levior subere, atque Adriatico mari procelloso ferocior, tecum vivere cupiam, tecum sponte moriar.

//////////

Jani. *Ornithi* vulgo scribitur, et dicitur ἀπὸ τοῦ ὄρνιθος: sed tum non poterat, ut jam Bentl. vidit, corripri media. *Ornyti* Bentl. Cuning. Baxt. Jones. Jani, Bipont. Mitsch. al. *Orniti* omnes ap. Bentl. Lips. 1. 2. 3. Dess. 2. Helmstad. et Vet. Comb. *Ornytus*, Ὀρνυτος, notum nomen Græcum; ut ap. Apollon. R. II. 65. Virg. Æn. XI. 677.—16 *Si parcent* Lips. 3. Locher. Venet. 1492. Ascens. Cuning. et Sivr. Vide ad vs. 12.—17 Dess. 2. *si prisca Venus redit.*—18 *Deductosque* Lips. 4. *cogerit aëneo* Venet. 1492. et Locher.—20 *Ejectæque* Cuning. *Revectæque* conj. ap. Jones.—21 *Quamvis sidere pulchrior* Lips. 4.

NOTE

cens pulcherrimus. Alludi volunt aliqui ad nomen Callaidis lapilli, quem Sapphiri æmulum dixit Plin. XXXVII. 10.

14 *Thurini*] Thuria, sive Thurium civitas erat in sinu Tarentino.

16 *Si parcent puero*] Pro Calai bis ego mortem oppetere velin.

17 *Quid? si prisca redit Venus*] Quid faceres, o Lydia, si Horatii vetus in te amor denuo accendatur; nosque dissociatos reconciliet, artiusque jungat quam olim, immo constringat ‘jugo aëneo,’ seu ære firmiori et nunquam dissolvendo? Vide I. Od. 33.

22 *Levior cortice*] Ode superiori, ‘corticem astrictum pice:’ pro subere nempe ponitur cortex, teste Plinio, XVI. 8. Proverbium est in inconstan-

tes, ‘cortice levior;’ suber enim naturali sua levitate super aquas fertur et natat.

23 *Iracundior*] Hoc sibi vitium imputat Horatinus non semel. I. Epist. 20. 25. ‘Irasci celerem, tamen ut placabilis essem.’

Adria] De eo I. Od. 33.

24 *Tecum vivere amem, &c.*] Ita facile reconciliantur discordiæ amantium. Et vere dixit Terentius Andr. III. 3. 23. ‘Amantium iræ amoris redintegratio est.’ Plaut. Amphitr. III. 2. 59. ‘Iræ interveniunt; redeunt rursus in gratiam. Verum iræ, si quæ forte eveniunt hujusmodi Inter eos, rursus si reventum in gratiam est, Bis tanto amici sunt inter se quam prius.’

ODE X.

IN LYCEN.

Ex eo genere est hæc Ode quod Græci Παρακλαυσίθυρον appellant ; cum scilicet quis, oclusa sibi a puella janua, projectus ad limen dominæ vel subter fenestram ejus flebiliter cantat.

EXTREMUM Tanain si biberes, Lyce,
 Sævo nupta viro ; me tamen asperas
 Porrectum ante fores objicere incolis
 Plorares Aquilonibus.

O Lyce, si potares ultimum Tanaim, marito juncta barbaro, nihilominus flectes me ante januam tuam durum extensum exponere ventis Septemtrionalibus illic ha-



Deest Editioni Sanad. Epigraphe in codd. Torrentii est, *Ad Lycen superbam in amantes* ; in vulgg. *Ad Lycen* ; in Ed. Jani, *Paraclausithyron*.—1 *Tanaim Wakef.* et vulgg. sed *Tanain Pulmanni Gemblac.* 1. 2. et Beller. Lipss. 1. 2. Bentl. Græv. Leid. et Regin. Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. aliique, cum edd. Fab. Bentl. Cuning. Dacer. Sivr. Jani, Zeun. Mitsch. Bipont. Wetzel. Comb. et Kidd.—3 *Projectum ante fores* emend. Bentl. eumque secuti Cuning.

NOTÆ

Metrum idem quod supra I. Od. 6.
 1 *Extremum, &c.*] Ejusmodi cantiones et querelas noctu canebant amantes ad fores meretricum, aliarumque mulierum quas deperibant, ut sic eas demererentur, atque ab iis tandem sua patientia victis admitterentur in domum antea sibi clausam. Vide quæ annotavi I. Od. 25. Plura vero dixi ad Pers. Sat. v. 165. ubi sic habetur : ‘Limen ad obscœnum... dum Chrysidis udas Ebrius ante fores extincta cum face canto.’

Extremum Tanain si biberes] Si nata in Scythia, in remotissimis illis et frigidissimis partibus, ubi scaturit Tanais : si barbara proinde, et sævo quoque viro nupta esses, quem vereri deberes ; te tamen oporteret moveri meis amoribus, cum ante fores tuas excubantem cerneret in ista aëris intemperie.

Tanuin] Fluvius iste notissimus, e

Riphæis montibus, vel e Caucasio monte fluere dictus, Asiam ab Europa dividit : hodie *Don* vocatur. Est maxime Septemtrionalis, quique Nomades Tanaim accolebant, erant agrestiores, ex Strabone lib. II. De eo jam antea Ode IV. hujus libri, ubi *Scythicum amnem* appellat Horatius.

2 *Me tamen asperas, &c.*] Non tam dura esses ut me jacentem super limen januæ tuæ, frigidissima et molestissima tempestate, videres sine ullo humanitatis sensu. Ovid. Am. II. 237. ‘Frigidus inque uda sæpe jacebis humo.’

3 *Objicere incolis Plorares Aquilonibus*] Doleres, ægre sineres me objici noctu ventis istis a Scythiæ regione flantibus, ac velut incolis. Ovid. Met. I. 64. ‘Scythiam septemque triones Horripher invasit Boreas.’

Plorares objicere] Sic et locutus Plaut. Aulul. II. 4. 29. ‘Aquam her-

Audis, quo strepitu janua, quo nemus
 Inter pulchra satum tecta remugiat
 Ventis, et positas ut glaciēt nives
 Puro numine Jupiter ?

5

*bitantibus. Nonne audis quo murmure tuæ fores, quo nemus in ædibus magnificis
 consitum resonet ventis perflantibus : utque Jupiter puro numine constringat nives*



et Kidd. *fores objacere* Helmstad.—5 *Audi* codex Geo. Fabr. *Audin* emend. Cuning. *At Di! quo . . . remugiunt ventis? at p. . . . glaciāt* conj. ap. Jones. *quid? nemus* Helmstad *queis nemus* emend. T. Fab. exclamans : ‘ mendum turpe, turpe, quo ventis.’—6 Multi codd. et edd. vett. *situm*, et est vulgaris lectio ; sed *satum* Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Acron, Comment. Cruquii, antiquiss. et duo alii Blandd. unus Torrentii in marg. duo Bersmanni, Pulmanni Hunn. Gemblac. 1. 2. et Beller. quidam Lambini, Bentleii Græv. a m. sec. Leid. Galiens. et Colbert. Gott. Mentel. Lips. 1. a m. pr. Dess. 2. Bentr. Cuning. Baxt. Gesner. Zenn. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzcl. Wakef. Comb. et Kidd. Item vindicant Nic. Heius. in Advers. p. 298. et 745. et ad Sil. Ital. x. 533. et Broukhus. ad Propert. 1. 14. 5.—7 Post *remugiat* notam interrogatoriam ponit Bentr. et emend. *Sentis et positas*, &c. et sic Sivr. et Kidd. *remugiat. Ventis*, &c. Harl. 1. 3. 4. 5. *Ventorum* Cuning. *en positas* conj. Bentleius, si quis velit retinere *Ventis*. Denique post *remugiat* incidit, et *Ventis* trahit ad seqq. Venet. 1492. et sic vult With.—8 *Duro numine* emend. Bentr. enmque secutus Kidd. *nomine* codex vet. Turneb. Advers. xxvii. 9. *limine* vet. lib. ap. Canter. Nov. Lect. iv. 2. qui inde emend. *lumine*, quod ipsum habet unus Bersin. et aliorum codd. laudat Lamb. recepitque Chabot. et defendit Jos. Scaliger. Auson.

NOTÆ

cle plorat, cum lavat, profundere.’

5 *Audis, quo strepitu, &c.*] Quam vehementem sæviat ventus, judica e concussione tuæ januæ, et e murmure arborum viridarii tui graviter stridentium.

Nemus Inter pulchra satum tecta] In septis domorum nemora etiam habebant veteres; quorum struendorum rationem docet Vitruv. v. 11. ‘Sint,’ inquit, ‘inter duas porticus sylvæ, et in his perficiantur inter arbores deambulationes,’ &c. Sueton. Octav. cap. 72. ‘Prætoria sua, quamvis modica, non tam statuarum tabularumque pictarum ornatu, quam xystis et nemoribus excoluit,’ &c. Tibull. iii. 3. 15. ‘Et nemora in domibus sacros imitantia lucos.’ Cic. ad Quintium Fr. iii. 1. ‘Nunc domus suppeditat mihi hortorum amœnita-

tem.’ Vide Senec. Epist. 122. Item supra ii. Od. 3. et i. Epist. 10. ‘Nempe inter varias nutritur sylva columnas.’

7 *Et positas ut glaciēt nives Puro numine Jupiter*] Æstimare potes etiam quantum frigus perpetiar, ex eo quod purum sit cælum, æther sudus ac serenus, quo nives gelu concresecunt et constringuntur; quia tunc facile diffunditur, quando scilicet in aëre nihil est quo reprimatur frigus: contra nebuloso æthere coercetur ne ad nos usque perveniat, ut docet Aristot. in Problem.

Positas] E cælo delapsas, et humi jacentes.

Glaciēt] Per licentiam poëticam usurpatur hoc verbum active, quod tamen absolute poni solet, pro, ‘coalescit,’ ‘concresecit.’ Cic. ii. de

Ingratam Veneri pone superbiam ;

Ne currente rota funis eat retro.

10

Non te Penelopen difficilem procis

Tyrrhenus genuit parens.

demissas? Abjice fastum Veneri odiosum, ne funiculus retrorsum abeat rota versata. Tyrrhenus pater haud te procreavit Penelopen amantibus intractabilem. O



Lect. p. 64. 'Sed, ut recte Bentl. nil illo lumine h. l. ineptius.' Jani.—10 *Nec currente* unus Bersmanni, Dess. 2. et Lips. 1. a m. pr. *retro funis eat rota* Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. alii codd. Venett. Vet. Comb. et edd. fere vert. et vulgg. ante Bentl. *rota funis eat retro* Petrens. et Gal. Bentleyi, Mediol. 1477. Bentl. Cuning. Baxt. Gesn. Zeun. Sivr. Jani, Mitsch. Bipont. Wetz. Wakef. et Kidd.

NOTÆ

Nat. Deor. n. 26. 'Tum aquæ declarat effusio, quæ neque conglaciaret frigoribus, neque nive pruinae concreveret, nisi eadem se admisto calore liquefacta et dilapsa diffunderet. Itaque et Aquilonibus reliquisque frigoribus adjectis durescit humor,' &c.

8 *Puro numine Jupiter*] Bene sic legito: alii, *Puro lumine*, vel *limine*; sed perperam. Jovem pro æthere non raro usurpari, notum: huic ergo respondet vox, *numine*. *Puro lumine* Sol quidem dicatur; at non Jupiter, præsertim concubia nocte; qua Lyces januam occentabat, de more, Poëta noster.

9 *Ingratam Veneri pone superbiam*] Venus enim jocis, gratiis, amoribus stipata ubique memoratur: quibus adversatur omnino superbia. 1. Od. 2. 'Erycina ridens, Quam jocus circum volat et Cupido.'

10 *Ne currente rota funis eat retro*] Ne offensa Venus iram in te suam stringat: tuque favore ejus destituta contemnaris, ut modo me contemis. Time ergo sapienter fortunæ vices. Tibull. 1. 5. 67. 'Heu cauinus frustra: nec verbis victa patescit Janua: sed plena est perentienda manu. At tu, qui potior nunc es, mea fata caveto: Versatur celeri fors levis orbe rotæ.' Isto tamen loco Metaphora

videtur esse ducta non a rota fortunæ volubili et instabili, sed potius a rotis et trochleis, quibus circumvolutus funis ingentia sublevat et trahit pondera, si bene teneatur: at si dimissus fuerit, et rota et funis et pondus in partem contrariam feruntur, currunt, fugiunt, deturbantur. Sensus itaque Horatii erit: o Lyce, ne Veneris tu vincula nexusque sperne, quæ si dimiseris cave ne res tuæ retro et pessum eant ac dissolvantur. Virgil. Ecl. viii. 78. 'Veneris, dic, vincula necto.'

11 *Non te Penelopen difficilem, &c.*] Non es ut Penelope, Spartana, nec educata instructaque duris moribus austeraque vivendi ratione: immo venustam, lepidam, tractabilem genuit te pater Italus, vel Etruscus, ut placet quibusdam, nec absurde. Etruscus ludorum ac voluptatum amatores nemo nescit: refert Cæsar. Rhodig. xv. 11. atque a Lydis traxisse originem suspicatur.

Penelopen difficilem procis] Hæc Ulyssis uxor viro suo fidem servans viginti annos absenti, procos bene multos acriter sollicitans, patrem etiam novas nuptias suadentem elucata est. Homer. Odyss. B. Z. H.

12 *Tyrrhenus*] Tyrrheni Etruriæ populi. Tyrrhenia Straboni eadem

Non hoc semper erit liminis aut aquæ
Cœlestis patiens latus.

20

niæ. Latus istud haud semper erit tolerans liminis et pluviæ.

NOTÆ

nunc Barbaria Occidentalis. Arenosa ista loca, aquarum penuria et Solis æstu arentia et fervida, omne genus serpentium alunt etiam sævisimorum.

19 *Non hoc semper erit liminis, &c.*] Amores meos tibi sponte oblatos ne modo sperne: nec enim ero semper ea robusta et ferventi ætate, qua tui gratia possim et velim pernoctare ante januam, et cubare super durum limen ædium tuarum. Epod. XI. 20.

‘Ferebar incerto pede Ad non amicos (heu!) mihi postes, et (heu!) Limina dura, quibus lumbos et infregi latus.’

Aquæ Cœlestis patiens] Imbres aliaque hyemalis tempestatis incommoda perpeti non semper libebit. Certe contra in Lyceen jam vetulam acriter scripsit IV. Od. 13. Ovid. Art. Am. II. 237. ‘Sæpe ferēs imbrem cœlesti nube solutum Frigidus, inque uda sæpe jacebis humo.’

ODE XI.

AD MERCURIUM.

Mercurium rogat atque Lynam, cui præstigiatoriam Mercurii artem inesse dicit, ut obstinatum dominæ animum flectat, et ad miserationem sui pereuntis adducat.

MERCURI (nam te docilis magistro
Movit Amphion lapides canendo)
Tuque Testudo resonare septem
Callida nervis

O Mercuri, (siquidem te præceptore Amphion saxa cantu movit,) et tu lyra,

~~~~~

Ode quinta Libri primi in Ed. Sanad. Epigraphe in libb. Torrentii, *Prophoneticæ in Lydam*; Jani, *Ad Lyden*; vulgg. *Ad Mercurium*.—1 Klotzio aliquando in mentem venerat *docilis* pro *accus. plur. accipere*, Lect. Venus. p. 311. Hauserat autem illud e versione Sanadoni: *les rochers dociles*.—2 *Amphyon, Amphion*, variantes ap. Jani.—3 *Testudo* majori *T. Bentl. Cuning*,

## NOTÆ

Metrum idem quod I. Od. 2.

1 *Mercuri*] De eo multa I. Od. 10.

2 *Movit Amphion lapides canendo*]

Jovis ille ex Antiopa filius suavi lyræ sono dicitur movisse lapides, ut, ipsius inter se compositis et superstructis, Thebarum muri civitasque ædificata fuerint. Vide Epist. ad Pisones, vs.

391. Plutarch. de Musica. Propert. III. 2. 3. ‘Saxa Cithæronis, Thebas agitata per artem, Sponte sua in muri membra coisse ferunt.’

3 *Testudo resonare septem Callida nervis*] E testudine lyra per Mercurium facta atque exornata, ut annotavi I. Ode 10. Tribus primo chor-

(Nec loquax olim neque grata, nunc et                   5  
 Divitum mensis et amica templis)  
 Dic modos, Lyde quibus obstinatas  
 Applicet aures:  
 Quæ, velut latis equa trima campis,  
 Ludit exultim, metuitque tangi,                   10

*choridis septenis resonare perita; neque canora pridem neque jucunda, jam vero familiaris tum opulentarum mensis, tum fanis Deorum; numeros ede, quibus pervicaces auriculas admoveat Lyde: quæ sicut equa trium annorum exultat et ludit per*

Sanad. Jani, et Mitsch.—9 ‘Dacer. conj. *latis*, et recepit Sivv. quia Anacreon, cujus locum expressit Horatius, *λειμώνας* dixerit, cui verbo melius respondeant *lati* campi, quam *lati*. Debile profecto argumentum! Et aptiores hujus loci imagini *lati* campi. Vid. Bentl.’ Jani. Totam hanc Strophen, studio castitatis, omisit Sanad.—10 Lips. 4. *exultans*, e glossa.—15 Lips.

## NOTÆ

dis, deinde quatuor, tum septem, postea novem instructa; demum etiam pluribus. Vide Macrob. Saturn. 1. 19. Diodor. Sicul. lib. 1. Pindar. *Φόρμιγγα ἐπτάγλωσσον*, id est, *ἐπτάφωνον*, vocat. Virgil. Eclog. 11. 36. ‘Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula.’ Et Æneid. vi. 646. ‘Obloquitur numeris septem discrimina vocum.’ Porro septenas diapason species seu modos, quos nunc tonos appellant, debere intelligi locis istis perinde singulis, non abs re contendit Glareanus.

5 *Nec loquax olim neque grata*] Prius muta et sine ullo pretio, at postquam in lyram est concinnata, gratum edidit sonum, dulcesque modos ac numeros expressit; ut requisita et adhibita sit in divitum conviviis et Deorum sacris.

6 *Divitum mensis*] Quod vini vim fervidiorem elidere valeat Musica, hanc ideo prisci adhibebant in suis conviviis. Testis Plutarch. lib. de Musica: et Homer. Odysc. ubi cithara conviviis sodalis nuncupatur.

*Et amica templis*] Vide Liv. 1x. 30. ubi de tibicinibus ad præcinendum in sacrificiis Deorum solerter revocatis

historiam narrat sat lepidam.

7 *Dic modos, Lyde quibus obstinatas Applicet aures*] Cantus dulcedine contumacem Lydes animum flecte, per aures delinitas ad cor penetra, demulce, viam sterne, sensimque meos amores insinua. Ex Plutarcho, Musica concinno suo temperamento corpora mentesque revocat et emollit. Et lib. de Superstit. ait ex Platone, Musicam non deliciarum causa et pruritus aurium datam, sed ut animi periodos improbe lascivientes decenter reducat.

9 *Quæ, velut latis equa trima campis, Ludit*] Velut equa non domita juvenliler lascivit et ludit per campos discurrendo et exsiliendo, sic Lyde juveniles sectatur cum æqualibus ludos, a virili autem consortio hactenus abhorret. 11. Od. 5. 5. ‘Circa virentes est animus tuæ Campos juvenææ,’ &c.

10 *Ludit exultim*] Anacreon *Πῶλε Θρηϊκίη, τί δή με, . . . Νηλεῶς φεύγεις; . . . Νῦν δὲ λειμώνας τε βόσκειαι Κούφα τε σκιρῶσα παίζεις, κ. τ. λ.* Equulea Threicia quid me Crudeliter fugis? At nunc prata depasceris Et agiliter exsiliens ludis, &c.

Nuptiarum expers, et adhuc protervo

Cruda marito.

Tu potes tigres comitesque sylvas

Ducere, et rivos celeres morari :

Cessit immanis tibi blandienti

15

Janitor aulæ

Cerberus; quamvis furiale centum

Muniant angues caput ejus, atque

*apertos agros; fugitque attractari a nuptiis immunis, necdum petulanti viro idonea. Tu vales trahere tigres sylvasque simal, et rapidos tardare fluvios. Tibi demulcenti morem gessit Cerberus crudelis aulæ janitor, licet caput illius furiiis æquale stiperent*

//////////

4. *blandientis*, ut jungatur: *aulæ blandientis tibi*.—17 *Cerberos* Cuning.—18 ‘*Illud ejus* (quod post Dacer. sensere plures) ita vulgare, ita languidum et humile est, ut Horatio ignosci prope non possit, qui, hoc inprimis in Carmine, eo sit usus. Fuerunt quidem, qui defendere illud, certe excusare velent; ut Burm. ad Grat. Cyneg. 224. et ad Ovid. Met. VIII. 16. it. Klotz. Lectt. Ven. p. 313. Non dicam de argumento Klotzii, nos non debere id nobis sumere, ut melius nos intelligere putemus Latini sermonis virtutes ac vitia, quam ipsos veteres; id enim timeo ut cuiquam studioso antiquæ criticæ, quam sic universam evertere facile esset, satisfactorum sit. Afferuntur itaque ex aliis Poëtis exempla adhibiti *ejus*. Sed primum in tali causa exemplis nihil probatur. Deinde sunt illa paucissima. Denique deprompta sunt omnia e carminibus tenuioris generis, a quo ad lyricum genus nulla conclusio sit; velut ex Ovidio, Propertio, Gratio. Contra in gravioribus magnorum Poëtarum Carminibus nusquam sic positum *ejus* reperimus; nusquam in Odis Horatii (nam IV. Od. 8. 18. alia plane res est); nusquam in toto Virgilio. Itaque error librariorum, quo mature corruptus sit locus, hic latere nunc plerisque criticis videtur. Fere suspicantur, post *caput* positum a Poëta fuisse verbum, cujus terminatio, annexo *que*, in *atque* supersit, priores duæ syllabæ in *ejus* corrupendo abierint. Hinc *exeatque* conj. Bentl. inpr. ex Ovid. Met. III. 75. Possit in mentem nobis venire, quod et ipse Bentl. sentire videtur, vix *spiritum exire* dici, nisi de moribundis. Sed hac quidem de causa non repudianda hæc emendatio, inprimis in Poëta Lyrico, et in tali nexu. *quamquam... muniunt a. caput, ejus atque... manat* edidit Cuning.

#### NOTÆ

13 *Tu potes tigres, &c.*] Nota est Orphei fabula feras et arbores trahentis ad lyræ dulces modos. Vide I. Od. 12. Et Epist. ad Pisones vs. 393.

14 *Rivos celeres morari*] Virgil. Eclog. VIII. 3. ‘Quorum stupefactæ carmine lynceæ, Et mutata suos requierunt flumina cursus.’

15 *Cessit immanis tibi blandienti, &c.*] Et hoc ad Orpheum pertinet,

qui profectus ad Inferos ut reduceret inde dilectam Eurydicen, Cerberum demulsisse lyra fertur. De eo jam II. Od. 13. Et Virgil. Georg. IV. 481. ‘Quin ipsæ stupuere domus atque intima leti Tartara, cœruleosque implexæ crinibus angues Eumenides, tenuitque inhians tria Cerberus ora, Atque Ixionii vento rota constitit orbis.’

Spiritus teter saniesque manet

Ore trilingui.

20

Quin et Ixion Tityosque vultu

Risit invito : stetit urna paulum

Sicca, dum grato Danai puellas

Carmine mulces.

Audiat Lyde scelus atque notas

25

*serpentes multi, et ex ore tres linguas habente halitus pestilens et tabum fluat. Quinetiam Ixion et Tityus facie prætulit hilaritatem non sponte: stetit dolium tantisper aridum, dum suavi cantu Danai filias detineres. Discat Lyde crimen et*



Aliquanto tolerabilius Viro doctissimo videbatur illud *ejus*, si jungeretur sequentibus. Interim pro *ejus atque* conjicit idem *æstuatque*, item *efflat atque*; nam *efflare* intransitive etiam Poëtis dicitur, ut Stat. Th. x. 103. *æstuatque* recep. San. et Sivr. *effluatque* conj. Gesn. Vid. Sen. Troad. 396. Optimum e ratione critica, sensuque lyrico, videtur esse Benteianum *exeatque*. Forte tamen nec displiceat *emicetque*, quatenus 'emicare' dicuntur, quæ cum vi quadam protruduntur, s. prorumpunt in auras. Sed dubitari etiam possit, an pro *ejus atque* Verbum substitui omnino necesse sit. Nam, quod aiunt, 'manare spiritum' dici non posse, id nullius momenti est. Doctius adeo et magis lyrice *spiritus* et *sanies* uni verbo *manare* jungi videntur. Est ap. Jones. suspicio: *caput et jubam*, sed quæ vix probari queat. Possit etiam *ejus* esse e Scholio Grammatici, voci *caput* ascripto, et post *atque* interiisse aliud vocabulum. Hoc autem quis indaget? Quid? si suspiceris: *atque monstri*; ut inf. 27. 45. 'infamis juveneus,' et mox vs. 48. 'monstrum.' Sed talia præstare ego nolim. Si putes, Horatium, cum esset homo, esse hoc loco lapsum, omnibus conjecturis et emendationibus carere possumus.' Jani.— 21 *Ixion* codex ap. Jani. *Titius, Tytios, Tycios, Tithios* variantes ap. eund. *Tityos* omnes Blandd. Cruquii ceterique optimi; et ita Nic. Heins. ad

#### NOTÆ

21 *Quin et Ixion Tityosque vultu Risit*] Pulsante citharam Orpheo recreari visi sunt illi, suasque pœnas oblivisci, ut vultu quædam signa lætitiæ dederint.

22 *Invito*] Ob acerbiteriam supplicii tristitiam exigentis. De Tityo Ode iv. hujus libri sub finem. Ixion Junoni stuprum inferre conatus ad Inferos pulsus est, et rotæ inter serpentes alligatus assidue circumvolvitur. Tibull. i. 3. 73. 'Illic Junonem tentare Ixionis ausi Versantur celeri noxia membra rota.' Vide Pindar. Pyth. Od. 11. ubi refert, 'Ἰξίωνα ἐν πτερόεντι τροχῷ παντᾶ κυλιωδόμενον, Ἰξιόνην ἐν ἀλατῇ ῥοτᾷ περιεστῆσαν.'

tum.

22 *Stetit urna paulum Sicca, &c.*] Danai Argivorum Regis filia laboriosos cruciatus intermisere paululum, dum caneret Orpheus. Vide 11. Od. 14. Lucret. 111. 1021. 'Hoc, ut opinor, id est, ævo florente puellas Quod memorant laticem pertusum congerere in vas, Quod tamen expleri nulla ratione potestur.' Hinc Proverb. apud Plaut. Psend. i. 3. 135. 'In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.'

25 *Audiat Lyde scelus, &c.*] Discat Lyde quas pœnas Dii attribuant mulieribus in suos amatores crudelibus: hincque desinat mihi dura esse.

Virginum pœnas, et inane lymphæ  
 Dolium fundo pereuntis imo,  
                   Seraque fata,  
 Quæ manent culpas etiam sub Orco :  
 Impiæ (nam quid potuere majus ?)                   30  
 Impiæ sponso potuere duro  
                   Perdere ferro.  
 Una de multis, face nuptiali  
 Digna, perjurum fuit in parentem

*supplicia famosa puellarum, et vacuum aqua vas evanescente ex imo fundo, perennemque sortem delictis etiam apud Inferos reservatam. Sceleratæ, (quid enim pejus valuerint?) sceleratæ inquam illæ sævo gladio perimere sponso valuerunt. At e pluribus una, tædis nuptialibus idonea, egregie fraudulenta erga patrem fallacem, et*

//////////

Ovid. Met. iv. 457. Quidam *Tityus*.—29 *Quæ manet* Lips. 4.—30 Bentleyi Magdal. et Exc. Sax. *numquid potuere*. Punctum ponit Mancin. post *fata* vs. 28. et jungit, *Impiæ, quæ manent culpas, &c.* Tum nam quid p. majus impiæ Blandd. Cruquii, et Glarean. ‘Sed vulgata distinctio haud dubie præstat.’ *Jani*. Denique vs. 30. et 31. permutati sunt in Franeq.—32 Lips. 4. *Per-*

#### NOTE

26 *Virginum*] Danaidum.  
*Inane lymphæ Dolium, &c.*] Vide supra.

28 *Seraque fata*] Vel, longa et diuturna; vel tarde venientia, eoque graviora.

33 *Una de multis, &c.*] Hypermnestra Lynceo sponso pepercit, salvumque abire et fugere jussit; dum sorores jussu patris suos sponso nefarie jugularent: at ipsa noluit exequi impie præscripta; unde et nomen sibi fecit immortale. Quidam scribunt duas fuisse quæ sponso vitam adimere non sustinuerint, Hypermnestram et Bebrycen. Eustath. in Dionys. Alexandr.

*Face nuptiali Digna*] Honore matrimonii digna. Quod noctu seu vesperi nupta deducebatur domum sponsi, hinc fax præferebatur. Festus, ‘In nuptiis,’ inquit, ‘facem præferebant in honorem Cereris, et aqua spargebatur nova nupta, sive ut cas-

ta puraque ad virum perveniret, sive ut ignem et aquam cum viro communicaret.’

34 *Perjurum in parentem Splendide mendax*] Recte fallens patrem Danaum, qui Ægyptum fratrem ejusque filios generos suos impia et cruenta fraude circumveniebat. Ægyptus quinquaginta filiis suis Danaï fratris totidem filias in matrimonium poposcit. Hic recusavit, quod ex oraculo accepisset a genero sibi mortem inferendam. At cum instaret ille, fraudulenter annuit, filias monens, ut ipsa nocte nuptiarum sponso vino luxuriaque sopitos cultro singulæ conficerent. Itaque patri contra fas morem gerentes, captata hora, viros enecarunt, excepta Hypermnestra, quæ Lynceum servavit. Hic vero postea Danao interempto Argivum regnum inuasit, atque oraculi fidem implevit.

Splendide mendax, et in omne virgo	35
Nobilis ævum :	
Surge, quæ dixit juveni marito,	
Surge, ne longus tibi somnus, unde	
Non times, detur ; socerum et scelestas	
Falle sorores ;	40
Quæ, velut nactæ vitulos lænæ,	
Singulos, eheu ! lacerant : ego illis	
Mollior, nec te feriam, neque intra	
Claustra tenebo.	
Me pater sævis oneret catenis,	45
Quod viro clemens misero peperci :	

*in cuncta sæcula illustris virgo extitit : quæ ait adolescenti sponso : Exsurge, ne diuturnus tibi sopor unde non metuis comparetur : socerum et impias sorores effuge ; quæ tanquam lænæ vitulos adeptæ totidem heu discernunt. Ego illis clementior neque te percutiam, neque detinebo intra septa. Me parens duris vinculis obruat, quoniam sponsum infelicem benigna servavi : me navi amandet ad ultimos etiam Nu-*

~~~~~

dere furto : memorabilis lectio, inquit Jani.—36 Nubilis ævum vult Barth. ad Claudian. p. 1225. quasi æternæ gloriæ nupserit. Vid. Bentr.—39 Cuiusq. ac scelestas ; Lips. 4. et sorores Falle scelestas.—42 Singulos heu, heu, Lips. 3. aliique, ut solent.—43 Harl. 3. 4. alii, et vulgg. nec intra ; Bentleii Græv. Leid. Zulich. Regin. aliique, duo Bersmanni, Mentel. Lips. 1. 2. 3. Dess. 1. 2. Harl. 1. 2. 5. 6. (nil referunt de suis reliqui,) et sic Venett. 1477. 1478. 1479. 1492. 1509. Locher. Ascens. Baxt. Bentr. Cuning. Sanad. Gesn. Zenn. Jani, Bipout. Mitsch. Wetzel. Wakef. Comb. et Kidd. neque intra.—

NOTÆ

35 *In omne virgo Nobilis ævum*] Hypermnestram virginem mansisse, hocque pactam cum Lynceo sponso, nonnulli tradunt. Vide Pausan. in Corinthiacis. Pindar. Nem. Od. x. &c.

38 *Ne longus tibi somnus, &c.*] Ne tibi mors afferatur a Danao patre sororibusque meis : Ægypti enim patris tui stirpem extinguere conjurant. Ovid. Heroid. Epist. xiv. 73. 'Surge age, Belide, de tot modo fratribus unus : Nox tibi, ni properes, ista perennis erit.' Apud Hesiod. 'Somnus mortis frater ;' apud Virgil. 'consanguineus leti sopor,' dicitur. Catull. v. 6. 'Nox est perpetua una dormienda.'

39 *Scelestas Falle sorores*] Celeriter fugiendo, prava sororum mearum consilia elude.

45 *Me pater sævis oneret catenis, &c.*] Observa quam artificiose Poëta amplificet ac laudet fidem et lenitatem Hypermnestræ, ut ejus exemplo Lyden impellat ad sibi amanti favendum. Vide Ovid. Heroid. Epist. xiv. 3. ubi Hypermnestra Lynceo ita scribit : 'Clausa domo teneor, gravibusque coercita vinculis. Est mihi supplicii causa, fuisse piam. Me pater igne licet, quem non violavimus, urat : . . . Aut illo jugulet quem non bene tradidit ense ; Ut qua non cecidit viri nece, nupta cadat.'

Me vel extremos Numidarum in agros

Classe releget.

I, pedes quo te rapiunt et auræ,

Dum favet nox et Venus; i secundo

50

Omine; et nostri memorem sepulcro

Scalpe querelam.

midarum campos. Abi quo te ferent pedes et venti, dum nox et Venus obsecundant: abi faustis auspiciis, et ad tumulum inure querimoniam, qui nostri recordatio permaneat.

49 Landin. *rapiunt vel auræ.* Totum hoc ultimum tetrastichon delevit Guyetus.—51 Basill. 1527. 1531. et Rutgers. *et nostro*; et sic N. Heins. ad Ovid. Addend. ad tom. I. p. 446.—52 *Sculpe* Acr. Comm. Cr. unus Vatic. Jannoct. Faërn. Russ. Cler. Nicot. Lamb. tres Cruq. omnes Bersm. Pulmanni Hunn. et Diesth. Lips. 3. 4. Dess. 2. Venett. Locher. Asc. Lamb. Steph. Fab. Fabric. Heins. Jon. Sivr. Defendit etiam Heins. ad Ovid. Heroid. Epist. xiv. 128. *Scalpe* omnes Blandd. Cruq. omnes Torrent. Pulmanni Gemblac. I. 2. et Beller. Gott. Mentel. Fran. Helmst. Lips. 1. Lips. 2. a m. pr. Alt. 1. Alt. 2. a m. pr. Dess. I. 2. Muret. Ald. Basill. Torr. Cruq. Rutg. Bentl. (e suis codd.) Baxt. Cun. Advocatur et Diomedis Grammatici auctoritas, qui lib. I. p. 374. semper dicendum esse *scalpo*, non *sculpo*, contendit. Vide Gesn. Th. v. *scalpo*. Præstat h. l. auctoritate codd. *scalpe*, et est doctius. Denique *in-sculpe querelam* emend. Sanad. *Scalpe* probat Oudendorp. ad Sueton. Galb. cap. 10.

NOTÆ

47 *Extremos Numidarum in agros]* Me in barbaras nationes exulem mittat, etiam trans mare. Numidia proprie littoralis Africæ pars erat ubi nunc regnum Algerii. Hic vero non ita stricte sumitur. Ex Plin. v. 3. Numidia præter marmor et feras nihil habet insigne; Masinissæ nomine tantum clara. Hodie *Biledulgerid* quibusdam vocatur.

49 *I, pedes quo te rapiunt et auræ]* Seu terra, seu mari, fuge quamprimum: 'dum favet Nox et Venus,' amor in te meus.

51 *Nostri memorem sepulcro Scalpe*

querelam] Cum me a patre morti addictam acceperis, Epitaphium scribe, quo discat posteritas meam in te pietatem Danaï crudelitate male pensatam. Pausan. in Corinth. refert Hypermnestram in iudicium vocatam a patre, quod Lynceo salutem dederit sibi perniciosam, &c. Ovid. Heroid. Epist. xiv. 'Et sepeli lacrymis perfusa fidelibus ossa: Scriptaque sint titulo nostra sepulcra brevi: Exul Hypermnestra, pretium pietatis iniquum, Quam mortem fratri depulit, ipsa tulit.'

ODE XII.

AD NEOBULEN.

Archilochus olim sponsam suam Neobulen, Lycambis filiam, ad suspendium Iambis suis adegerat; hujus igitur nomine Horatius puellam quandam ab Hebro, turpi et vetulo mæcho, corruptam Sotadico et satirico rhythmo deridet. (Nihil equidem hic video satiricum vel ironicum. *Gesn.*)

MISERARUM est neque Amori dare ludum, neque dulci

Ærumnosarum est, nec amori indulgere, nec mærores diluere vino suavi, vel dis-

//////////

Deest Editioni Sanad. 'De metro hujus Carminis plane singulari, diversa ejus in codd. ac edd. specie, Virorumque Doctorum super eo discrepationibus, diximus in Excursu I.' *Jani.*—1 Vox est abest ab Helmstad. *nec Amori Pulmanni Hunn.* et Beller. Lips. 3. Helmstad. cum edd. Benth. et Kidd.—

NOTÆ

Hæc Ode Dicolos Tristrophos: Metrum singulare. Sotadicum vocant aliqui, quod sæpe a Sotade usurpatum. Alii Rhythmicum, quod fere nullus pedum numerus insit. Primi quique duo versus tribus constant Ionicis a minore, tertius vero quatuor: hoc modo:

Misérarum est | nèque amōri | dārē
lūdum

Alii longe aliter volunt Carmen esse Tricolon Tetrastraphon; ut duo priores versus sint Sapphici Trimetri Acatalecti; tertius Anacreonticus Dimeter Catalecticus; quartus Adonicus: sicque scribunt:

Miserarum est neque amori dare ludum,

Neque dulci mala vino lavere, aut ex-
Animati metuentes patrue

Verbera linguæ, &c.

1 *Miserarum est, &c.*] Magna dissensio de metro, de ordine versuum, deque fine et scopo hujus Odes. De Carmine diximus: de versuum serie, vide Not. ad vs. 9. denique quid velit Poëta, et qua mente scribat, haud liquet. Quidam putant hortatoriam

esse Oden, qua Neobulen in Hebro amore confirmet adversus patris seu cujuslibet censoris reprehensiones. Alii ironicam arbitrantur, nec absurde; ut Horatius irrideat mulierculam adolescentis amore percussam, opus diurnum deserentem, ac præ animi impotentia desidem.

Miserarum est neque Amori dare ludum, &c.] Sane puella et mulier omnis misera est, quæ nullam carpit hilaritatem et gaudium, vel ex amore, vel e vino; quæque ita metuit reprehensiones et castigationes hominum, ut nihil genio quicquam indulgere ausit. Pessimi profecto exempli monitum, nisi sarcasmi sale condidatur et corrigatur, ut ante dixi.

Amori dare ludum] Ita Plant. Bacchid. iv. 10. 7. 'Ego dare me ludum meo nato institui, ut animo obsequium Sumere possit. Æquum esse puto: sed nimis nolo desidiæ Ei dare ludum.' Theophrast. apud Athen. i. 13. 'Quis negabit eos solos vivere qui amant,' &c. Theophil. ibid. 'Qui amantes amantes esse putat, ipse desipit,' &c.

Mala vino lavere; aut exanimari, metuentes
 Patruæ verbera linguæ. Tibi qualum Cytheræ
 Puer ales, tibi telas, operosæque Minervæ
 Studium aufert, Neobule, Liparæi nitor Hebri; 5

cruciari timentes ictus linguæ patruī. At tibi calathum, o Neobule, filius pennatus Veneris, tibi telas et laboriosæ Minervæ opus excutit pulchritudo Hebri Liparæi-

2 With. conj. *Mala vino eluere.*—5 *Neobule* aliquot Mss. et edd. vett. *Liparæi*

NOTE

Neque dulci Mala vino lavere] Vino pelli curas, jam dictum alibi sæpius, eoque exhilarari animum, testis etiam sacer textus.

Lavere] Ita veteres: 'lavo, lavis;' et 'sonere' pro 'sonare,' &c.

2 *Exanimari metuentes*] Metu reprehensionis prope mori.

Metuentes Patruæ verbera linguæ] Pater filio semper indulgens, at patruus severior: et hinc proverbio locus: 'Patrua lingua,' 'sapere patruum.' Pers. Sat. 1. 11. 'cum sapiamus patruos.' Noster postea 11. Sat. 3. 'ne sis patruus mihi.' Cic. pro Cælio: 'Qui in reliqua vita mitis esset . . . fuit in hac causa pertiis-tis quidam patruus, censor, magister: objurgavit M. Cælium, sicut neminem unquam parens.' Et de Quinto Fratris filio, Cic. patruus ad Atticum ejus avunculum, x. 6. 'Vellem suscepisses juvenem regendum; pater enim nimis indulgens: quicquid ego astrinxi relaxat. Si sine illo possem, regerem, quod tu potes.'

3 *Tibi qualum Cytheræ, &c.*] At tu, Neobule, quid valeat amor, experiris: ipsius imperio domita sponte obtemperas: ipsi tota vacas, lanificio et quotidiano opere prorsus abjecto.

Qualum] Quasillum, calathum, in quo reponunt mulieres pensum, filum, strameum, fusos, forficulas.

Cytheræ] Ita dicta Venus, vel a Cythero Cypri insulæ oppido; vel potius a Cytheris insula, hodie Ceri-

go, contra Cretam, in mari Ægæo, ipsius numini sacra; in quam et dicitur primum advecta marina concha. Ovid. Fast. 1v. 286. 'Veneri sacra Cythera petit.'

4 *Puer ales*] Cupido Veneris filius, cui alas affingunt et appingunt. Vide apud Athen. XIII. 2. de alato Cupidine versus plane lepidos. Eubulus quidem hoc fere sensu ibi scribit: 'Quisquis mortalium primus alatum amorem pinxit aut cera finxit, is hujus Dei ingenium ignorabat: levis enim minime est, aut facilis; immo gravis supra modum. Quorsum ergo illi pennæ?' &c. Alexis ibid. 'Ainut vulgo non volare Deum amorem, sed illos qui amant: alia vero de causa alas affingi.' Aristoph. ibid. 'Amor apud Superos perturbans omnia, e Deorum est ejectus concilio, et huc ad nos exilio depulsus. Audaci autem et petulanti præcisæ alæ, ne revolare in cælum posset: ablatas vero pennas dederunt Victoriæ gestandas, præclara hostis spolia,' &c.

Operosæ Minervæ Studium] Lanificio texttrisque artibus præest Minerva. Hesiod. Oper. Dier. vs. 63. 'Ἀθηνην Ἔργα διδάσκειν, πολυδαίδαλον ἴστων ὑφαίνειν. Minervam opera docere, ingeniosum telum texere. Virgil. Æn. v. 284. 'Operum laud ignara Minervæ.' Æneid. VII. 105. 'Bellatrix, non illa colo calathisve Minervæ Fæmineas assneta manus.'

5 *Studium aufert, &c.*] Sic amor dio

Simul unctos Tiberinis humeros lavit in undis,

sis; qui est eques solertior ipso Bellerophonte, nec pugilatu nec tardo cursu supera-

////////

scribunt Bentl. Cuning. Jani, Mitsch. Bipont. et Wetzel. *Liparæi* vulgg.— 6 'Hæc verba, *Simul unctos . . . undis*, hic post *nitor Hebræi* exhibent omnes, qui adhuc inspecti sunt, codd. Horatii (exceptis tribus, ut videbimus), omnesque ante Aldum editt. vett. Item Acronem et Commentatorem Cruquii sic legisse apparet. Neque e Porphyronis nota potest, eam aliter legisse, derivari. Sed primus Aldus hæc, *Simul . . . undis*, rejecit post verba *pede victus*, vs. 8. e Viennensi codice Stanislai Zaur (Saueri): ejusque exemplum omnes propemodum postea editiones secutæ, ut Basill. Lamb. Marcil. Asc. Fabric. Steph. Heins. Rutg. Fab. Dacer. al. Quod Bentl. ait, Aldum non vidisse ipsum codicem Zaurianum, sed imposuisse illi nebulonem aliquem, in eo vir doctissimus graviter errat. Nam Aldus 'ad se missum ab amico codicem ipsum se habuisse' ad h. l. tradit. Et post etiam in duobus codd. collat. Sax. ap. Gesn. repertus est Aldinus verborum ordo. Sed in hoc Carmine ejusque metro faciles erant versuum et verborum permutationes, ut Exkursus docet. Quod argumentum Aldus duxit a verbo *Bellerophonte*, quod non efficiant quatuor ultimæ syllabæ Ionicæ a minore, sed Pæonem tertium, ideoque non in medio versu sed in extremo illud collocandum sit, id satis refutarunt Cruq. Glarean. et Bentl. Nam dicitur etiam, ut 'Anchises,' sic 'Bellerophontes, æ,' e Gr. Βελλεροφόντης, ου, quo pacto ablativi ultimam produci necesse est. Denique jam Torrent. recte observavit, in Aldino ordine sibi non constare sententiam, quod postea Bentl. pluribus ostendit. Nam primum inepte dicitur Hebræus equo, pugno, pede invictus, *simul unctos*, &c. h. *postquam* lavit. Deinde sic jungitur *nitor Hebræi, eques*; quod occasionem dedit gravi illi reprehensioni T. Fabri, a Dacerio repetitæ: 'pessimam hæc esse et corruptissimam cacozeliam.' Non sufficere videtur ad hoc crimen depellendum, quod *nitor Hebræi* est pro 'Hebræus': sed revocato antiquo verborum ordine omnia bene habent.' Jani. *Liparinis*, pro *Tiberinis*, emend. Sivr. opinionis suæ de hoc Carmine causa. *lavit undis*, omissio *in*, fere eod.

NOTE

noeteque rem amatam animo duntaxat objicit, aliarum omnium rerum cogitationem et curam aufert. Sappho: Γλυκεῖα μήτηρ, οὔτοι δύναμαι κρέκειν τὸν ἴσθον, Πόθω δαμείσα παιδὸς, βραδινὰν δὲ Ἀφροδίταν. *Dulcis mater, haud possum ordiri telam, Correpta amore pueri per lentam Venerem.* Apud Virgil. Dido amore capta Æneæ, cetera negligit omnia. Æneid. iv. 86. Vide i. Od. 8. ibique Not.

Neobule] Νέα βουλή, *juvenile consilium*: vel νέος βῶλος, *nova gleba.*

Liparæi nitor Hebræi] Species et decur adolescentis Hebræi e Lipara oriundi: quæ præcipua est inter Æolias insulas, in mari Tyrrheno; hodie *Lipuri*; pendet a Sicilia; modo bene

culta, et arce munita est.

Nitor Hebræi, &c.] Dictio plane insolens, carens exemplo, et quæ bilem movit etiam admiratoribus Horatii, ejus isto loco cacozeliam notantibus.

6 *Simul unctos Tiberinis humeros, &c.*] Hunc versum intererunt aliqui septimo loco, planiori quidem sensu: verum præterquam quod repugnat carminis lex, et instituta versuum series; siquidem hoc pacto duo Tetrametri continui ponerentur; id insuper rectum perturbaret ordinem exercitationum Romanis usitatarum. Nam post decursionem in Campo Martio duplicem, equo nempe et pedibus, postque luctam, seu pugila-

Eques ipso melior Bellerophonte, neque pugno
 Neque segni pede victus: catus idem per apertum
 Fugientes agitato grege cervos jaculari, et
 Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum. 10

tus, statim humeros oleo perfusus abluit in flumine Tiberi; peritus etiam configere cervos exagitato agmine fugientes patenti campo, atque velox opprimere aprum denso virgulto abditum.

antiqu.—7 *Bellerophonte, Bollerophonte, Bellerofonte* variantes ap. Jani. *Bellerophonti*, metri gratia, emend. Boufin. *pugna* Pulmanni Diesth.—8. 9 *Vir doctus* ap. Bentl. conj. *celer idem*, et mox *Catus alto*, qui putaret, sic aptio-rem esse utramque sententiam: et abest a Lips. 1. 3. Helmstad. et ed. Cuning.—10 *Celer alto* quatuor codd. Torrent. omnes Cruq. præter unum, Pulmanni Gemblac. 1. et Beller. unus Bersmanni, Bentleii Leid. Regin. aliique, Lipss. Altt. 1. 2. Franeq. Helmst. Venet. 1478. Basill. Torrent. Cruq. Heins. Steph. Rntg. Fab. Dacer. Baxt. Jon. Jani, Mitsch. Bipont. Wetzcl. et Comb. *arto* (s. *arcto*) omnes Lamb. Bentl. Græv. Gal. Battel. pro var. lect. et Bodl. 1. 2. Pulm. Hum. et Gemblac. 2. duo Torrent. antiquiss. Bland. Cruq. duo Bersm. Mentel. Brod. Zar. Venet. 1492. Locher. Asc. Lamb. Fabric. Bentl. Cun. Wakef. et Kidd. ‘Utriusque lectionis magna auctoritas est; utraque per se bene habet, ut non multum intersit, utram eligas.’ Jani. Permutatio verborum ‘altus’ et ‘artus’ frequens in codd. antiq. cf. Drakenborch. ad Sil. Ital. VI. 194. Denique *scelcrato*, pro *Celer alto*, Pulmanni Diesth.

NOTÆ

tum, sequebatur natatio in Tiberi, ad detergendum sudorem ac pulverem; quod Horatius belle hic expressit. Vide Veget. de Re Milit. 1. 10.

7 *Eques ipso melior Bellerophonte*, &c.] In Campo Martio passim victor.

Bellerophonte] Hujus inventum esse, equo vehi, affirmat Plin. VII. 56. Vide 1. Od. 27. in fine, ibique Not.

Neque pugno Neque segni pede victus, &c.] Exercebat se Romana juvenus pugilatu, cursu pedestri, equitando, nataudo, &c. 1. Od. 8.

8 *Catus idem*, &c.] Hebrus non tantum campestri victoria insignis,

sed et venandi solertia.

9 *Agitato grege cervos*] Turmatim cervi per sylvas et campos vagari solent. Virgil. Georg. III. 369. ‘Conferstoque agmine cervi.’

10 *Alto latitantem fruticeto*] Quidam legunt *arto* sive *arcto*, id est, denso. Videtur tamen Horatius Homerum secutus, Iliad. Δ. circa medium, *de apro*. ‘Ο δέ τ’ εἶσι βαθείης ἐκ ξυλόχοιο, Ille vero prodit e profundo fruticeto, seu loco arboribus condenso.

Excipere] Incautum et ex insidiis capere.

ODE XIII.

AD FONTEM BANDUSIUM.

Fonti Bandusio, qui in agro Sabino fuerat non longe ab Horatii villa, sacrificium repromittit, et laudes ejus dicit.

O FONS Bandusiæ, splendidior vitro,
Dulci digne mero, non sine floribus,
Cras donaberis hædo
Cui frons turgida cornibus

O Fons Blandusine, vitro lucidior, digne vino suavi, cum floribus, cras tibi mactabo capreolum, cui frons tumet cornibus novis, qui que lasciviam et certamina

//////////

Ode quinta Libri secundi in Ed. Sanad. Epigraphe in edd. antiq. *Blandusiæ fontem laudat*; in Lamb. et pluribus al. *Ad fontem Blandusiam*; Crnq. et Bentl. *Ad fontem Bandusium*; Lips. 2. *Ad fontem Bandusiæ*; quidam codd. Lamb. Cuning. et Baxt. *Ad fontem Bandusium*; Sanad. *Ad fontem Digentiam*.—1 *Blandusiæ* Harl. 4. 5. et multi codd. cum edd. vett. et vulgg. *Bandusiæ* Harl. 1. 2. 3. 6. aliquot Lambini, Commentator et omnes codd. Crnq. Bentlii Græv. Regin. et tres alii, item Acron, codd. ap. eund. Gott. Exc. Sax. Mentel. Franeq. Lipss. 1. 2. 3. 4. Alt. 2. a m. pr. Dess. 2. Crnq. Bentl. Sanad. Sivr. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzel. Wakef. et Kidd. *Bandusiæ* leg. Cuning. et post eum Jones. et Gesn. *Blandusiæ* conj. Glarean.—2 Schol. Locher. Land. Ascens. Brut. *non s. floribus Cras d. h. jungunt, et de hædo floribus coronato cogitant. 'Melior altera ratio.' Junii.*—4 *Cui frons horrida* sua ætate in edd. fuisse refert Barth. Advers. XLIX. 5. cui vel melius

NOTE

Metrum idem quod supra 1. Od. 5.

1 *O Fons, &c.*] Hic fontis Blandusiæ apotheosim quandam agnoscunt nonnulli. At saltem notare licet, ex mente veterum fontes sacros fuisse, et aliquid numinis habuisse: quare illis sacrificabant, ut et Horatius præstat istic. 1. Od. 1. 'aquæ caput sacrae.' Vide ibi Not.

Fons Bandusiæ] Is apud Sabinorum fines, ad Mandelum pagum, situs erat in prædio nostri Poætæ, de quo 11. Od. 18. 14. et 1. Epist. 16. iuit. ubi, 'Fons etiam rivo dare nomen idoneus.'

2 *Dulci digne mero*] Digne sacrificiis, in quibus adhibetur vinum ac libatur.

Non sine floribus] Libantes vina coronabant. Virgil. Georg. 11. 528. 'socii cratera coronant: Te libans Lenææ vocat.' Et Æneid. 1. 728. 'Crateras magnos statuunt et vina coronant.' Tiboll. 11. 5. 98. 'Coronatus stabit et ipse calix.' Ex Homer. Iliad. I. Κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο. Quidam flores istos referunt ad hædum mactandum. Nam mos erat coronari victimas. Alii, quod floribus spargebantur fontes.

3 *Cras donaberis hædo*] Inmolabitur tibi hædulus tener cui erumpere cornua incipiunt. Is ergo frustra meditatur prælia in alios hædos. Ovid. Fast. v. 300. 'Fonti Rex Numæ mactat ovem; Plenaque odorati

Primis et Venerem et prælia destinat, 5
 Frustra ; nam gelidos inficiet tibi
 Rubro sanguine rivos
 Lascivi soboles gregis.
 Te flagrantis atrox hora Caniculæ
 Nescit tangere : tu frigus amabile 10
 Fessis vomere tauris
 Præbes, et pecori vago.
 Fies nobilium tu quoque fontium,

incassum præparat: nam proles gregis luxuriosi tinget tibi frigidam aquam rubeo cruore. Te minime attingit asperum tempus ardentis Caniculæ. Tu amœnum frigus suppeditas tauris aratro fatigatis atque erranti gregi. Tu censeberis etiam in-

//////////

videtur.—5 Posterior et abest a Mentel.—6 Lips. 4. et Locher. *nam et. liquidus*, pro *gelidos*, mallet Bentl. ut *puris* rivis opponatur *ruber sanguis*, quo isti inquinentur. *gelidus...ripas* conj. Cuning.—8 Plurimi codd. et edd. recentt. *suboles*. Vid. ad iv. Od. 3. 14.—9 Du Hamel. emend. *aura Caniculæ*, improbante Jani.—13. 16 Resecuit Gnyetus hanc Strophen.—15 *Nymphæ*

NOTE

disponit pocula Bacchi.’

5 *Venerem et prælia destinat*] Lascivum et petulans animal hædus. Sic et Od. xxii. seq. ‘Verris obliquum meditantis ictum Sanguine donem.’

9 *Te flagrantis atrox, &c.*] Diebus etiam Canicularibus æstum nequaquam sentis; tuque vel tum umbram et frigus præbes; cum Sol primam partem Leonis aggreditur, mense Julio; quando per dies multos sævit ‘insana Canicula’ et ‘siccas messes coquit,’ ut ait Pers. Sat. iii. 5. Vide i. Od. 17. 17. Not. Plin. ii. 40. ‘Caniculæ exortu accendi Solis vapores quis ignorat? Cujus sideris effectus amplissimi in terra sentiuntur. Ferrent eo exoriente maria: fluctuant in cellis vina; moventur stagna.’ Cap. 47. ‘Ardentissimo æstatis tempore exoritur Caniculæ sidus, Sole primam partem Leonis ingrediente, qui dies 15. ante Augustas Kal. est.

... Solis vapor geminatus ardore sideris.’ ix. 16. ‘Totum mare sentit exortum hujus sideris.’ . . xviii. 28. ‘Canis ortum vocamus, Sole primam partem Leonis ingresso. Hoc fit post Solstitium 23. die. Sentiunt id maria et terræ . . . accenditque Solem; et magnam æstus obtinet causam.’

13 *Fies nobilium tu quoque fontium*] Tu eris unus e fontibus nominatissimis, me celebrante amœnitatem tuam, aquarum perspicuitatem ac snave murmur, opacitatem umbræ tuæ, aliaque quæ hinc enascuntur commoda: *cavis impositam ilicem Saxis*, innatam saxis quercum; et ex iis desilientes cum jucundo strepitu aquas: unde ‘Quercus et ilex Multa fruge pecus, multa dominum juvet umbra. . . . Fons etiam rivo dare nomen idoneus, ut nec Frigidior Thraciam nec purior ambiat Hebrus; Infirmitate capiti fluit utilis, utilis alvo.

Me dicente cavis impositam ilicem
Saxis; unde loquaces
Lymphæ desiliunt tuæ.

15

ter illustres fontes, cum prædicavero ilicem superextensam rupibus excavatis, e quibus defluunt aquæ tuæ leniter strepentes.

codd. quidam, ut Bentl. Græv. Reg. Soc. Galiens. mms Bodl. et Colbert. pro var. lect. cod. Bronklus. ad Prop. III. 14. 4. Brod. Alt. 1. Lips. 3. 4. Harl. 1. 5. item Venet. 1478. Flor. 1482. Vet. Comb. et tres Mediol. (at non Locher.) ap. Gesn. 'Quod ex hac lectione locum animari exhilararique ait Gesnerus, id per se bene habet; sed non conveniunt reliqua.' *Jani.*

NOTÆ

Hiæ latebræ dulces, et jam (si credis) Septembribus horis.' 1. Epist. 16. 9. amœnæ, Incolumem tibi me præstant

ODE XIV.

Bello Cantabrico maximus erat novorum tumultuum a partibus Optimatum metus, ob diuturnam Augusti Tarracone decumbentis valetudinem, adeo ut vel illud bellum per solos legatos gesserit. Illo igitur jam domum reverso publicas ferias Palatio universæque Romanæ plebi Horatius indicit. (Vid. Dio. LIII. 25. sq. *Gesn.*)

HERCULIS ritu, modo dictus, o plebs,
Morte venalem petiisse laurum,

O Popule Romane, Augustus quem paulo ante dicebamus quæsisse lauream

Ode decima octava Libri tertii in Ed. Sanad. Codd. Torrent. *Parænetice civibus de reditu Augusti*; edd. antiq. *Ad Romanos de Augusti Victoria*; alii, *Ad Populum Romanum*; item, *Augusti Laudes*.—1 *Herculis ritu, modo, &c.* distinguit *Jani*.—2 *Morte venalem* ex vett. membranis legit probatque *Marcilius*

NOTÆ

Metrum est idem quod 1. Od. 2.
1 *Herculis ritu, &c.*] Horatius hac Ode Augustum gratulatur incolumem tum e morbo sat diuturno, enim e periculis belli difficillimi. Nimirum ex Sueton. cap. 20. 'Externa duo bella per se gessit: Dalmaticum adolescens adhuc, et Antonio devicto Cantabricum.' Et cap. 21. 'Domnit autem partim ductu partim auspiciis suis Cantabriam,' &c. Porro ad ex-

peditionem Cantabricam profectus Cæsar Tarracone detentus est morbo pertinaci, e quo tamen convaluit, rebusque per legatos feliciter confectis Romam rediit Cantabrorum victor: quanquam illi subinde rebellarunt. Vide II. Od. 6. init. ibique Not.

Dictus Morte venalem petiisse laurum, &c.] De Augusto ægrotante dicebamus nuper, illum periculo vitæ comparandam sibi quæsisse laurum

Cæsar Hispana repetit penates
Victor ab ora.

Unico gaudens mulier marito
Prodeat, justis operata Divis;
Et soror clari ducis, et decoræ
Supplice vitta

Virginum matres, juvenumque nuper

5

morte emendam, instar Herculis, jam ex Hispanica regione domum redit triumphans. Ergo fœmina uno læta viro procedat, sacro facto æquis numinibus: nobilis etiam Imperatoris soror; atque matres puellarum et adolescentium haud ita pridem

ad Catul. LXIV. 248.—5 *Unice* emend. Cuning. et Sanad. et sic jam Dess. 2. improbante Jani.—6 Harl. 3. *sacris* pro *Divis*; et sic multi Lamb. libri Marçil. Palm. Gemblac. 1. et Beller. duo Blandd. Mart. et Mald. Cruq. aliquot Torr. et Fabr. unus Bersmanni, Bentl. Leid. Regin. et Petrens. pro var. lect. item Bodl. 1. Vigorn. et Colbert. Mentel. Lips. 1. a m. pr. Lips. 3. 4. Venet. 1492. Vet. Comb. Locher. Ascens. Recte etiam utrumque dicitur, 'operari Diis' et 'operari sacris,' ut Virg. Cir. 142. Hinc Bentl. emend. *castis o. sacris*, quæ sint Liviæ, pudicitia gloria notæ, vota pro reditu mariti. Omnino et 'casta sacra' sæpius dicuntur. 'Sed bene habet *justis Divis*, prisca Scholiastarum, antiquissimi Blandinii, ceterorumque librorum lectio.' Jani.—7 Bentleii Græv. et Ald. *clari ducis*.—8 *Simplice vitta* unus Bersmanni.—

NOTÆ

et gloriam, nobis vero pacem; sicut Hercules orbem suscepit monstris liberandum, non sine gravi discrimine. At ecce victor et salvus rediit ad nos ex Hispania, ut Hercules olim profligato Geryone.

5 *Unico gaudens mulier marito Prodeat, &c.*] Ergo singuli gratias Diis agant pro salute Imperatoris optimi, præ ceteris autem Livia Drusilla Augusti conjux amantissima, eique pariter dilectissima, forma et pudicitia perinde insignis. De ea quædam satis singularia narrat Dio lib. LVIII. ut quod obvios forte nudos habuerit, quos majestatis reos agi intelligens periculo exemerit, dicendo: apud castas illos nihil a stultis differre, &c. Vix ad rem est quod aliqui hic observant monogamiam pudicitia esse notam; atque eas corona solitas

honorari castimoniam, quæ uno contentæ matrimonio fuerant; ex Val. Max. lib. II.

6 *Prodeat*] Supplicet ad Deorum pulvinaria, aras, templa.

Operata Divis] Facto prius ex more domi sacrificio, placatisque Diis domesticis. *Justis*, qui Imperatoris virtuti ac merito debitam felicitatem et incolunitatem præstitere. Quidam pro *Divis* legunt *sacris*.

Et soror clari ducis] Pariter etiam Octavia Augusti soror, Antonio nupta: procedant et matronæ Romanæ, matres juvenum, qui ex eo bello salvi redierunt. *Decoræ Supplice vitta*; qui vestitus et ornatus matronarum erat proprius; in primis autem supplicantium et sacrificantium. Vide Alex. ab Alex. v. 27.

Sospitum. Vos o pueri, et puellæ 10
 Jam virum expertæ, male ominatis
 Parcite verbis.

salvorum, ornatae tænia supplicanti. Vos o juvenes et adolescentulæ marito junctæ,

//////////

10 ‘*Vos o pueri, o puellæ* Lips. 4. Mox vulgata omnium librorum lectio, *Jam virum expertæ*, imprimis recentiori ætate, maxime viros doctos offendit. Variæ sunt, varique momenti, quas afferunt, causæ. Primum aiunt, jam memoratas esse matres, s. matronas, neque igitur *puellas v. expertas*, h. nuptas, sine tautologiæ vitio addi a Poëta potuisse. Sed possint *puellæ Jam v. e.* intelligi juniores, s. nuper demum nuptæ, eorumque juvenes mariti *pueri*. Sic Baxt. item Tarteronus, *Vous jeunes gens, et vous nouvelles épouses*. At e meo sensu justo subtilior ea est explicatio, et imprimis durum, *jam* pro, modo, s. nuper, accipere. Deinde alii illiberale esse putarunt illud, *virum expertæ*. Id quamvis per se levius sit; nam vidimus jam plura, quæ, cum hodie inhonesta videantur, antiquo tempore honeste dici possent: at ex eo multum, opinor, momenti accipit, quod, in hac sententiarum gravitate, vix satis dignitatis habet talis nuptarum periphrasis. Neque apparet, cur maxime juvenes mariti et nuper nuptæ malis verbis parcere jubeantur. In Gesneri nota, ‘Supplicationes commendat matronis, adolescentiam secum ad hilaritatem invitat; sed adolescentiam jam Veneris compotem. Non valde severum fuisse Poëtam, cum ista scriberet, docent ea, quæ sequuntur,’ plura sunt, quæ vix possint omnibus probari. In vs. 10–12. ubi quæso ad hilaritatem invitatio? Potius pertinere illos quoque ad supplicationem, in aprico est. Adolescentiam Veneris compotem si Poëta voluit declarare, sane admodum et crasso rudique et præterea (de ingenuis enim cogitandum) falso colore est usus, dum dixit, *puellas jam v. e.* Denique, quod in sequentibus non admodum severus est Horatius, inde nullum ferendum de priori Carminis parte judicium, cujus maxime diversus character est. Sunt et, qui *puellas jam v. e.* explicant uxores, maritis per illud bellum orbatas, *pueros* patribus; unde jubeantur hodie *male omin. verbis* abstinere. Sed ineptius profecto in tali sententia Poëta uxores designare non potuisset, quam, ubi dixisset puellas virum expertas. Tum has esse intelligendas orbatas viris, *pueros* patribus orbatos, unde tandem novimus? Debat Poëta magis id declarare. Gravissimum vero, quod post Torrentinum movent VV. DD. argumentum spernendæ vulgatæ lectionis est, quod *pueris*, sic simpliciter et absolute memoratis, semper, imprimis in re sacra, junguntur *puellæ innuptæ*; ut 1. Od. 21. pr. III. Od. 1. 4. II. Epist. 1. 132. &c. Omnino, licet forte ista loca non plane huc convenient, tamen profecto pueri, et puellæ virum expertæ, nullam habent justam inter se rationem. Quare, cum fieri non possit, ut bonus aptusque e lectione vulgata sensus bene apteque eliciatur, corruptum esse a librariis locum, rationes criticæ suadent. Hinc primus Torrent. conj. *vos o puera* (nondum nuptæ) et *puellæ Jam v. expertæ*; vel: *vos o pueri, et puellæ, et Jam v. e.* Utrumque infeliciter, ut facile apparet. Vid. Bentl. *Non virum*

NOTE

10 *Vos o pueri, et puellæ*] Hos in sacris adhiberi patet ex Ode prima hujus libri.

11 *Male ominatis* [nominatis] *Parcite verbis*] Et hæc intelliguntur facile ex dictis in Ode mox cit. *male nominatis*,

quæ nefas est nominari, quæque malum omen afferrent. Non absurde legunt aliqui, *male ominatis*.

12 *Parcite verbis*] Favete linguis, ne sacra violate; silentio potius et mente attentâ juvate.

Hic dies vere mihi festus atras
Eximet curas : ego nec tumultum,

abstinetę vocibus inauspicatis. Ista lux mihi sane festiva depellet molestas solici-

expertę conj. Bentl. sed non ausus est in textum inferre; forte, cum sentiret, quam durum et indoctum esset. *Jam virum* (virorum) *expertes* emend. Cuning. et sic Jones. quę quin unice vera lectio sit, nullus, diu deliberata re, nunc dubito. Nam et ad sensum sententiamque pulcherrima est, et facile potuit inde vulgatam effingere librariorum inscitia; quod admodum mature sit factum oportet, cum jam Acron exponat: 'id est, nuptę.' Quanquam quid? si quis suspicetur, hanc ipsam Acronis notam corruptam esse, eumque forte scripsisse: 'innuptę,' unde post ex 'inupte' facili lapsu exoriri potuit: 'i. nupte.' *Vos o pueri, puellę, et Jam v. expertes* emend. Sanad. ut *pueri* et *puellę* sint patribus, *jam v. expertes* maritis orbata. *Jani.* Mox in hoc eodem versu *male nominatis* quatuor Vatt. Fabr. Torn. Urs. Jann. Lambini, libb. Marci. Pulmanni Hunn. et Beller. Anbaltius Fabr. septem Cruq. duo Bersm. dimidia pars codd. Bentl. Altt. 1. 2. Lips. 1. Lips. 4. a m. pr. Francq. Dess. 2. item Venett. 1478. 1492. Locher. Land. Lamb. Fabr. Rutg. Heins. Steph. Diatr. II. p. 59. et Schmid. 'Exponunt verba *male nominata*, *δυσάνωμα, οὐκ ὀνομαστὰ*, quę eloqui nefas, quę nominata malum omen inferant. Multus est Lamb. de infaustis nominibus; sed ea ad alios potius ritus, quam ad ipsam rem sacram, pertinere apparet. Vid. Cic. de Divin. I. 45. et 46. *male ominatis* Acr. Porphy. Commentator, antiquiss. Bland. Div. Sil. Cruq. plures et meliores Torrent. ceteri Lamb. multi Bentl. Pulmanni Gemblac. 1. 2. et Diesth. duo Fabr. Mentel. Lips. 2. Lips. 3. a m. pr. unus Bersm. Basill. Brut. Mancin. Glarean. Ald. Asc. Fab. Burm. Talb. Baxt. Gesn. Apparet, parem prope esse librorum auctoritatem, nisi quod *male ominatis* Scholiastis et antiquissimo Blandinio defenditur. Sed ab elegantia et doctrina, atque ad sententiam, haud dubie præstat *ominatis*, cum *nominatis* insolens sit, durum, tenue; quod ipse Bentl. fatetur. Solus hiatus in *male ominatis* viros doctos male habuit; eodemque hiatu olim ad inferciendum *n* librarios et Grammaticos compulsos fuisse, magis probabile est, quam, illos omisisse literam, ut et hiatus, et vocabulum prorsus ipsis inauditum existeret. Schottus et Muret. voluerunt *maled om. s. malen om.* quę jure acriter perstringit Bentl. Satis multa talium hiatuum exempla in Virgilio aliisque extant. Sed multas argutias opponit Bentl. omnia hiatuum exempla vel in Cæsura cadere, vel, si extra eam, at non nisi in vocali longa, quę sic corripitur, admitti; ut 'Rhodopeiæ arces,' 'Pelio Ossam,' &c. Exempla neglectę Synalęphes in vocali brevi, extra Cæsura, in medio orationis tractu, ut ait, nulla exstare putat. Unde exemplum Virg. Æn. I. 409. laudari vetat; item rejicit Catull. III. 16. 'o factum male, o,' &c. quia locus sit dubius. Sed non cogitavit de Catull. VIII. 19. extr. 'At tu, Catulle, obstinatus obdura,' ubi constans omnium librorum consensus (Vid. Voss.); non de Propert. III. 13. (II.) 61. 'neque Ilia quondam,' ubi Vid. Broukh. et Vulp. Attamen *male inominatis* emend. Bentl. *male o ominatis* Cuning. ab *inominatis* Sanad. Omnia et præter necessitatem, et infeliciter. *Idem.*—14 Lips. 4. *tumultu*; memorabilis lectio, inquit Jani.—19 Pareus Lex. Crit.

NOTÆ

14 *Ego nec tumultum, &c.*] Dum rerum potietur Augustus, nec ulla civiles turbas metuo nec hostiles impetus et incursionos.

Tumultum] Cic. Philip. VIII. n. 3. 'Potest esse bellum sine tumultu: tumultus esse sine bello non potest. Quid enim. est aliud tumultus, nisi

Nec mori per vim metuam, tenente
Cæsare terras. 15

I, pete unguentum, puer, et coronas,
Et cadum Marsi memorem duelli,
Spartacum si qua potuit vagantem
Fallere testa. 20

tudines. Ego neque bellum civile formidabo, neque interire per vim hostilem, Augusto orbis domino. Perge, famule, affer unguentum et coronas, atque amphoram testem belli Marsorum, si forte aliquod fictile dolium potuit latere Spartaco gras-

sub v. 'siquæ,' emend. *si quæ*; Cuning. conj. *si qui*.—21 Conj. ap. Jones.

NOTÆ

perturbatio tanta, ut major timor oriatur? Unde etiam nomen ductum est tumultus.'

15 *Nec mori per vim metuam, tenente Cæsare terras*] Sueton. Octav. cap. 22. 'Janum Quirinum semel atque iterum a condita urbe memoriam ante suam clausum in multo breviori temporis spatio, terra marique pace parta, ter clausit.' IV. 5. 'Quis Parthum paveat? Quis gelidum Scythen, Quis Germania quos horrida parturit Fœtus, incoluni Cæsare? Quis feræ Bellum curet Iberiæ?' Et Od. xv. 'Custode rerum Cæsare non furor Civilis aut vis eximet otium,' &c.

17 *I, pete unguentum, puer, &c.*] Lætitia signa plurima; epulæ, et in his vinum vetustate exquisitum, unguenta, flores, coronæ, musica. Vide I. Od. 9. 38. &c.

18 *Cadum Marsi memorem duelli*] Vinum diffusum et in cella conditum tempore belli, quod Marsicum, Italicum, Sociale, nuncupatum est; mirum ante annos plus sexaginta. Tum ab omni parte Italiæ, duce et auctore belli discursante Popedio, qui Marsos sub signis habebat, diversa per populos, et urbes signa cecinerunt. Tandem Marsos Gabinius discussit. Vide Flor. III. cap. 18.

19 *Spartacum si qua potuit vagantem Fallere testa*] O puer, quære nobis vinum Marsici belli notam habens; si quidem ex eo superfuit, et effugit Spartaci vastationem et depopulationes, quæ annis circiter sexdecim grassatæ sunt post bellum Marsicum. Flor. III. 20. 'Bellum Spartaco duce concitatum quo nomine appellem nescio,' inquit, 'quippe cum servi militaverint, gladiatores imperaverint, &c. . . Spartacus, Crixus, Enomachus effractus Lentuli Indo cum triginta aut amplius ejusdem fortunæ viris eruperunt Capua: servisque ad vexillum et ad auxilium vocatis, cum statim decem amplius millia coissent hominum, non modo effugisse contenti, jam vindicare volebant. . . totam pervagantur Campaniam. . . terribili strage populantur. Affluentibus in diem copiis, cum jam esset justus exercitus, e viminibus pecudumque tegumentis inconditos sibi clypeos, e ferro ergastulorum recocto gladios ac tela fecerunt, &c. . . Ille Spartacus de stipendiario Thrace miles, de milite desertor, inde latro, deinde in honore virium gladiator. . . Consulares quoque aggressus in Apennino Lentuli exercitum perrexit: apud Mutinam C. Cassii castra delevit. Quibus ela-

Dic et argutæ properet Neæræ
Myrrheum nodo cohibere crinem :
Si per invisum mora janitorem
Fiet, abito.

Lenit albescens animos capillus

25

santi. *Jube quoque Neæræ canoræ ut festinet in nodum colligere capillos myrrheos. Quod si impediaris ab importuno januæ custode, abscedito. Canescentes*



arguta p. Neæra. Duo hæc ultima tetrasticha abjecit Du Hamel, tanquam indigna Horatio.—22 Codd. ap. Jauvi variant: *Mirreum, Myrreum*; multi codd. in quibus Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. et vulgg. *Myrrheum*; omnes Bland. Cruquii *Mureum*; Bentleii Græv. Leid. Regin. et al. unus Bersmanni, Mentel. Lips. 1. 2. Dess. 2. et edd. Bentl. et Kidd. *Murreum*; et ita Jever. ad Lucan. III. 69. duo Torrent. *Murrheum*. Sed *Myrteum*, i. e. fuscum, nigra-tem, legi vult Jos. Scaliger, ad Tibull. III. 4. 28. ubi eadem diversitas; sic et Vascos. et probat Klotz. Lect. Venus. p. 319. *Murteum* Cuning. Vide Heyn. ad Tibull. l. l. *cohibente* emend. Bentl. receperunt Cuning. Sanad. et Kidd. Sic et laudant Muret. ad Tibull. l. l. Barth. ad Virg. Cir. 434. Jun. de Pict. Vet. p. 234. Cf. Cuning. Animad. cap. 5. p. 48. et cap. 19. p. 374. Denique, *Myrtco crinem cohibente nodo* lectio ap. Jones.—25 Lips. 3. *Linit*. Locher. *animum c. L. et r. cupidos*; Venet. 1492. et Ascens. *animum c. L. et r.*

NOTE

tns victoriis de invadenda urbe Roma deliberavit. Tandem totis Imperii viribus contra mirmillonem consurgitur: pudoremque Rom. Licinius Crassus asseruit. . . Spartacus in primo agmine fortissime dimicans, quasi Imperator, occisus est.' Vide Plutare. in Vita Crassi, Appian. l. Bell. civil. Oros. v. 26. &c.

21 *Dic et argutæ properet Neæræ, &c.*] Adduc, o puer, et Neæram voce ac fidibus canoram, ad plenam hilaritatem convivii nostri. Veniat autem protinus vel incomta, et collectis tantum in nodum capillis. Nam 'dum comuntur annus est:' repentinum vero gaudium nostrum haud fert moram. Vide II. Od. II. in fine.

22 *Myrrheum crinem*] Vel, myrrhino unguento delibutum; vel, subflavum et myrrhei coloris. Quibusdam placet legere *Myrteum*, id est, medium inter flavum et nigrum.

23 *Si per invisum mora janitorcm Fiet, abito*] Redi vero quamprimum,

si non statim admittaris, sique moram faciat custos januæ ædium Neæræ. Ovid. Amor. I. 6. 'Janitor indigne dura religate catena, Difficilem moto cardine pande forem. . . Aspice ut invidas; inimicaque claustra relaxa. . . Non te formosæ decuit servare puellæ Limina sollicito carcere dignus eras.' Et II. 2. 'Quem penes est dominam servandi cura, Bagoë, . . . Si sapis, o custos, odium (mihicrede) mereri Desine,' &c.

25 *Lenit albescens animos capillus*] Jam nempe deferbuit prima ætas et ardor juvenilis, injuriæ ac repulsæ impatiens. At si olim simile quid contigisset, continuo exarsissem ira, et mox vecte, armis, vi efractum fores properassem: quando Munatius Plancus consulatum gerebat ann. U. C. 711. ego vero Horatius annum ætatis agebam vigesimum quartum. Vide postea Od. XXVI. vs. 7. annotat.

Litium et rixæ cupidos protervæ :
Non ego hoc ferrem, calidus juvena,
Consule Planco.

crines mitigant animum appetentem jurgiorum ac petulcæ contentionis. Id vero minime tolerassem juventute ferridus, sub Munatii consulatu.

cupidum.—27 Venet. 1492. Locher. et Ascens. *Non ego hæc ferrem.*—28 *Consule Tullo unus Torrentii; etiam Lambin. ita explicat, quasi legisset Tullo; haud dubie ex errore, nam dedit Planco. 'Consule Volcatio Tullo, a U. nccxx. Horatius non erat calidus juvena.'* Jani.

ODE XV.

IN CHLORIM.

Pauperculam quandam mœcham aliena jam ætate lascivientem satirica
hac Ode a re meretricia ad qualum et lauas relegat.

UXOR pauperis Ibyci,
Tandem nequitiae fige modum tuæ,
Famosisque laboribus :
Mature propior desine funeri

Tu conjux Ibyci egeni impone finem aliquando tuæ libidini et infami operæ. Jam propinqua morti tempestivæ cessu colludere cum adolescentulis, atque pulchris side-

Hæc Ode deest Editioni Sanad. Epigraphe in codd. est, *In Chlorem*; sive, *In Chloridem*; sive, *In Chloridem mœcham*, s. *vetulam*; edd. nonnullæ recentt. *In Chlorin.*—1 *Ibici, Hybici, Hibici, Ybici*, variantes ap. Jani. Est Gr. Ἰβυκος. —2 *Pro fige, pone* exhibent quid. Lamb. Pulmauni Beller. unus Torrent. Mart. Cruq. Helmst. et Harl. 3. 4. 5. Ediderunt Muret. Steph. T. Fab. Dac. Vascos. Sivr. alii. *fige*, magno consensu, Acr. Porph. Comm. Cruquii, omnes Torrent. Cruquii (præter unum), et Bentl. Harl. 1. 2. 6. p̄-ri-que Lamb. Pulm. Hunn. Gemblac. 1. 2. et Diesth. duo Fabric. Mentel. Dess. Altr. Franeq. Lipss. 1. 2. 3. 4. (in Lipss. 1. 2. superascriptum *pone*) Venett. Locher. Asc. Basill. Heins. Fabric. Rutg. Bentl. Baxt. Can. Jon. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzel. Wakef. Comb. Kidd. et al. Facile apparet, illud *pone*, vulgarius verbum, esse ex interpretamento.—3 *Famosisque coloribus* conj.

NOTÆ

Metrum idem quod 1. Od. 3.

1 *Uxor*] Cum meretricem appellet, abutitur hoc nomine, siquidem dignitatis est non autem voluptatis, ut aiebat Commodus Imperator. Porro solebant exoletæ meretrices pauperibus nabere: ita Chloris vetula Ibyco.

2 *Nequitiae*] Luxuriæ et lasciviæ.

Vide Not. supra Od. iv. in fine.

3 *Famosisque laboribus*] Quæstui meretricio: nec plura comminisci decet nos cum nonnullis, gravi quidem pdoris injuria. Cic. de Rep. lib. iv. apud Non. Marcell. 'Si qua erat famosa, ei cognati osculum non

Inter ludere virgines, 5
 Et stellis nebulam spargere candidis.
 Non, si quid Pholoën satis,
 Et te, Chlori, decet: filia rectius
 Expugnat juvenum domes,
 Pulso Thyias uti concita tympano. 10
 Illam cogit amor Nothi
 Lascivæ similem ludere capræ:
 Te lanæ prope nobilem
 Tonsæ Luceriam, non citharæ decent,

ribus caliginem inspergere. Si quidpiam Pholoæ convenit, haud etiam tibi o Chlori. Nata tua aptius aggreditur ædes adolescentium, velut Baccha pulsato tympano concitata. Eam Nothi amor adigit lascivire capræ instar petulantis. Tibi exoletæ convenit lana ad celebrem Luceriam detonsa, minime vero lyra, aut sertum e rosis



Dan. Heinsius, improbante Jani.—5 *Interludere*, junctæ, quidam editi.—6 Helmstad. a m. pr. *certius* pro *candidis*.—10 *Thyas* Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. alii codd. et vulgg. *Thyas* Bentleii Leid. Bødl. 2. et Magdal. cum edd. Benti. Jani, Mitsch. Bipont. Wetzcl. et Kidd. Vide Var. Lectt. ad II. Od. 19. 9.—11 Mancin. et Ascens. *noti* legunt, et explicant, ‘cogniti,’ turpi errore, inquit Jani.—12 In aliquot edd. antiq. *capræ*.—15 Bentleii Regin. *purpuræ*

NOTÆ

ferebant.’ De Orat. II. ‘Ad famosas venit me mater accedere.’ Plaut. Asinar. ‘Miserum me famosum facit suis flagitiis.’

4 *Maturo propior desine funevi ludere*] Publ. Syrus ad rem prorsus ita scribit: ‘Anus cum ludit, morti delicias facit.’ Cic. Offic. I. n. 123. ‘Luxuria cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est. Sin autem libidinum intemperantia accesserit, duplex malum est, quod et ipsa senectus concipit dedecus, facit adolescentium impudentiorem intemperantiam.’ Ovid. ‘Turpe senilis amor.’

10 *Thyas*] Bacchi Sacerdos, a *θεῖος*. Unde et Thyoneus dicitur Bacchus. Vide II. Od. 19. 9. Not.

Concita tympano] Furore percita. Vide I. Od. 18. sub finem, ibique Not.

11 *Nothi*] Hoc amatoris nomen erat.

13 *Te lanæ, &c.*] Te lanificium decet jam ad senium vergentem; non autem lascivia vel ebrietas.

14 *Luceriam*] Ea civitas Apuliæ Daunia, quibusdam Nuceria dicitur, hodie *Lucera*, sita est in planitie pascuis abundante, in qua educantur multi ovium greges, quarum lanæ imprimis laudantur. Columell. lib. VIII. ‘De ovibus generis eximii Calabris Appulasque milites nostri existimabant.’ Plin. VIII. 48. ‘Lanæ Appulæ laudatissimæ, . . . villo breves, penulis celebres,’ &c. Martial. XIV. 155. ‘Velleribus primis Appulia, Parma secundis Nobilis, Altinum tertia laudat ovis.’ In ea quoque urbe templum erat sacrum Minervæ, ex Strabone lib. VI. quod ad rem facit; nam illi curæ fuisse lanificium, fuse dixi ad Oden XII. præced.

Non citharæ, decent] Alibi notavi citharistrias ut plurimum fuisse me-

Nec flos purpureus rosæ,
Nec poti, vetulam, fæce tenus cadi.

15

rubicundis, vel amphora ad fundum exhausta.

//////////

rosæ. Versus 15. 16. permutati sunt in Lipss. 1. 4.—16 *Sed poti* Faërn. Lambini. Et fuerunt, qui sic legi vellent, notante Torrentio. Probat et Klotz. Lectt. Venns. p. 320, et sic edidit Sivrius. *Te poti* emend. vir doct. ap. Schmid. 'Negant VV. DD. se videre, cur cadi fæce tenus poti minus deceant vetulam. Alias etiam vetulas ut bibaces describi, iv. Od. 13. 5. Itaque et h. l. Chloridem ab amore ad amphoram ablegari; in eoque multo amariorem aptioremque irrisionem esse. Sed optime habet *nec*, et ipso loco iv. Od. 13. 5. confirmatur. Mox *vetula* unus Vatic. Faërn. unus Nicot. et Russard. Lamb. unus Bland. et Mart. Cruq. Palm. Hunn. Gemblac. 1. 2. et Beller. Bentl. Græv. Leid. et Regin. a m. pr. aliique, Harl. 1. 2. 3. 5. 6. codex Canteri Nov. Lectt. vi. 14. Brod. Sax. Mentel. Franq. Dess. 1. 2. a m. pr. Lips. 3. Alt. 2. Helmst. Locher. Flor. Venet. 1486. 1492. Landin. Jam Acron: 'quæ vasa vino vetere potando vacuaret.' De Porphyrione res dubia. Nam is primum: 'Hoc non decet ætatem tuam,' et mox: 'per fæcem vetulam vetus vinum accipe.' Apparet, hic duas notas diversas junctas esse, quarum utra a Porphyrione sit, non liquet. Esset itaque jungendum *vetula fæce*, idque de vetusto vino accipiendum; ut Catull. xxvii. 1. 'vetulum Falernum.' Sed quamvis bene habeat 'vinum vetulum' tamen admodum dure et indocte hinc 'fæx vetula' dicatur. Rectius ergo et significantius *vetulam* Comment. Cruq. ('supple te') omnes ceteri Lamb. et Cruq. omnes Torrent. Palmanni Diesth. omnes Bersm. plurimi Bentl. Dess. 2. a m. s. Alt. 1. Lips. 1. 2. 4. Venet. 1478. Mancin. Asc. Basill. Lamb. Cruq. Torrent. T. Fab. Rutg. Heins. Fabric. Dacer. Baxt. Bentl. Talb. Cun. et Jon. Facile lapsi sunt librarii, dum et putabant jungendum *vetula fæce* et virgulam super *a* in *vetula* positam negligebant.' Jani.

NOTE

retrices: patet e Terentio, aliisque passim.

15 *Nec flos purpureus rosæ*] Coronæ et sarta e rosis in conviviis nsitata tibi minime conveniunt; siquidem ætati florenti flores duntaxat idonei.

16 *Nec poti, vetulam, &c.*] Quidam legunt *Sed, pro Nec*; ut bibacis vetulæ vitium notetur. Sed Poëta voluit magis indicare vetulam Chlorim minus jam bibacitati aptam: meretricum porro id proprium fuisse constat. Vide r. Od. 36. 13. et seq. Contra honestis mulieribus, et quidem 'matronis Romanis usus vini pridem

ignotus, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur: quia proximus a Libero patre intemperantiæ gradus ad inconcessam Venerem esse consuevit,' inquit Val. Max. ii. 1. Idem testatur Polyb. lib. vi. Plutarch. Athen. lib. x. &c.

Vetulam, fæce tenus, &c.] Quidam legunt, *vetula fæce tenus*, voluntque designari vetus vinum: sed, o nugæ! tu lector adverte potius expressam Theocriti sententiam Idyll. vii. Πόμαι, . . . κλίκεσσι καὶ ἐς τρύγα χεῖλος ἐπέιδων. *Bibum, calicibus ad fæcem labrum infigans.*

Risissent: fore enim tutum iter et patens,
 Converso in pretium Deo.

Aurum per medios ire satellites,
 Et perrumpere amat saxa, potentius

10

Ictu fulmineo: concidit auguris
 Argivi domus, ob lucrum
 Demersa exitio: diffidit urbium

*Acrisium inclusæ puellæ meticulosum observatorem: quippe viam fore securam aper-
 tamque numini in aurum mutato. Aurum gaudet pervadere medios custodes, ac
 rupes frangere, vi fulminis validius. Vatis Argolici familia interiiit propter quas-*

//////////

*sisset, quia sit majus Horatianum; vid. 1. Od. 24. 8. sed nihil hac sola de
 causa mutandum putat Jani.—10 Mentel. Et perrumpere. 'Male post poten-
 tius distinguit, et Ictu fulmineo ad seqq. trahit Cruq.' Jani.—11 Exc. Sax. oc-
 cidit pro concidit.—13 Dimersa Lips. 2. excidio quidam Torr. et Lamb. Div.*

NOTÆ

9 *Aurum per medios ire satellites, &c.]*
Χρυσὸς ἀνοίγει πάντα, κατῶον πύλας.
Aurum aperit omnia, etiam Inferorum
portas. Apul. lib. ix. Auro solent ada-
mantinæ etiam perfringi fores. Huc
facit epithetum εὐρυσθενῆς, viribus late
potens, quod Plutoni tribuitur. Ho-
mer. Odys. N. Pindar. Pyth.

11 *Concidit Auguris Argivi domus,*
&c.] Adrastus Argivorum Rex Poly-
 nici genero suo Thebarum regnum
 asserere armis suscepit: ad bellum
 autem trahere voluit Amphiarau-
 m vatem. Hic, angriis suis doctus
 male cessuram in Thebanos expedi-
 tionem, avertere illam frustra cona-
 tus est; ipse vero fugit, et latuit,
 una conscia Eriphyle uxore sua. Cum
 ergo quæreretur, latebras illa detexit,
 pacta monile aureum sibi dandum ab
 Argia uxore Polynicis, Adrastrati filia;
 quod olim summa arte Vulcanus fa-
 bricarat gemmisque exornarat. Trac-
 tus itaque est Amphiarauus ad id bel-
 lum, exitium in eo sibi suisque im-
 pendere non ignarus. Porro cum
 didicisset se ab Eriphyle proditum,
 filio Alemæoni ut matrem interfice-
 ret mandavit. Quod cum præstitis-

set, Furiis agitatus periit. Amphia-
 raus in primo belli Thebani conflictu
 dehiscente terra cum suo curru et au-
 riga absorptus est: Amphiloclus eti-
 am alter ejus filius in acie cecidit.
 Sic tota 'concidit' ejus 'domus ob
 lucrum demersa excidio;' vel, ut le-
 gunt alii, 'exitio.' Vide Stat. Theb. vi.
 Cic. Epist. vi. 6. ad Cæcinam ita scri-
 bit: 'Veritus sum deesse Pompeii
 saluti, cum ille aliquando non defu-
 isset meæ. Itaque vel officio, vel fa-
 ma bonorum, vel pudore victus, ut
 in fabulis Amphiarauus, sic ego pru-
 dens et sciens ad pestem ante oculos
 positam sum profectus.' Et Act. in
 Verrem vi. n. 39. 'Eriphylam acce-
 pimus in fabulis, ea cupiditate, ut
 cum vidisset monile (ut opinor) ex
 auro et gemmis, pulchritudine ejus
 incensa salutem viri proderet.' Et
 de Invent. 1. n. 94. 'Eriphyle auro
 viri vitam vendidit.' Ejus quoque
 meminit Plato de Republ. ix. quod
 in perniciem viri monile aureum ac-
 ceperit. Virgil. Æn. vi. 445. 'Mæs-
 tanque Eriphylem Crudelis nati mon-
 strantem vulnera cernit.'

13 *Diffidit urbium Portus vir Macc-*

Portas vir Macedo, et subruit æmulos
 Reges muneribus: munera navium 15
 Sævos illaqueant duces.
 Crescentem sequitur cura pecuniam,
 Majorumque fames: jure perhorruï
 Late conspicuum tollere verticem,
 Mæcenas, equitum decus. 20

tum. Vir Macedonius portas civitatum perrupit, ac Reges invidos profligavit donis. Dona irretiunt feroces navarchos. Augescentes opes comitatur sollicitudo, et cupiditas ampliorum. O Mæcenas, equitum gloria, non sine causa timui caput eri-

Cruq. Bentr. Regin. Lips. 2. 4. edd. vett. ap. Zeun. Vet. Comb. Basill. Steph. T. Fab. Rutg. Fabr. Dacer. et sic vulgo editt. *excidio* dedere Lamb. Heins. et Jon. *exitio* aliquot Lamb. omnes Cruq. præter unum, plures Torrent. omnes Pulmanni et Bersm. Bentr. Græv. Leid. Battel. aliique, Priscian. p. 890. ap. eund. Brod. Sax. Gott. Lips. 1. 3. Mentel. Franeq. Altt. 1. 2. Dess. 1. 2. Helmst. Venet. 1478. 1486. 1492. Medioll. tres, Locher. Asc. Muret. Bentr. Baxt. Cun. San. Jani, Mitsch. Bipont. Wetzcl. Wakef. et Kidd. Accedit ad tantam auctoritatem, quod 'demergi' et 'excidium' minime inter se conveniunt. Similis varietas erat 1. Od. 15. 21.—14 Withof. conj. *rex Macedo*, quod vulgarius putat Jani. et *ejecit Cuning. et surruit* Lips. 4.—17 *Crescentem insequitur* Gott.—18 *Major jamque fames* emend. With. *perhorruit* Pulmanni Diesth. 'Sic ad Mæcenatem pertineret sententia: sed hoc minus

NOTÆ

do] Philippus Macedoniae Rex, Alexandri Magni pater, urbium custodes pecunia solebat corrumpere: et cum expugnari vix posse nuntiaretur arcem quandam undique præmunitam, respondit: Annon asellus auro onustus in eam penetrare poterit? Hinc dicebatur non Philippus, sed ejus aurum, Græciam subegisse. Plutarch. in Pauli Æmilii Vita. Et Val. Max. vii. 2. ait 'Philippum majore ex parte mercatorem Græciæ ante fuisse quam victorem.' A Juvenale Sat. xii. appellatur 'callidus emtor Olynthi.' Porro id faciebat rite, ex Pythii Apollinis oraculo, quod ita ei consulenti responderat: Ἀργυραίαι λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα κρατήσεις. *Argenteis hastis pugna, et omnia expugnabis.*

14 *Subruit æmulos Reges*] Vel sibi invidentes Græciæ Imperium, vel inter se de eo contententes. Certe

cum infirmiores juvaret semper, donec mutuis contentionibus omnes conciderent, omnium tandem factus est dominus. Vide Justin. viii. et ix. Oros. iii. 12. Plutarch. in Æmilio.

17 *Crescentem sequitur cura pecuniam, &c.*] Cura servandi, et majorum fames seu desiderium et cupiditas, quam esse infinitam, asserit Aristot. de Rep. vi. unde et ait, avaris pecuniam esse τέλος, finem, non πέρας, terminum. Juvenal. Sat. xiv. 139. 'Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit: Et minus hanc optat qui non habet.'

18 *Jure perhorruï Late conspicuum tollere verticem*] Merito abhorruï a magnis opibus nimiaque potentia; quia noveram in his curas et sollicitudines certas esse et molestas; contra, in mediocri fortuna inesse felicitatem.

Quanto quisque sibi plura negaverit,
 A Dis plura feret. Nil cupientium
 Nudus castra peto; et transfuga divitum
 Partes linquere gestio,
 Contemtæ dominus splendidior rei,
 Quam si, quicquid arat impiger Apulus,

25

gere valde splendidum. Quo majora sibi quisque ademerit, eo ampliora consequetur a Numinibus. Pauper transeo ad partes nihil appetentium; atque opulentorum castra fugitivus deserere exulto: bonorum spretorum possessor magis illustris, quam si meis granariis conderem id omne quod colit Apulus laboriosus; ego interim

convenit.' *Jani.*—22 *Ab Dis* Harl. 2. omnes fere Bentleii, septem codd. ap. Cuning. Mentel. Lips. 1. 2. Venett. 1477. 1478. 1479. Vascos. Bentr. Cuning. Sanad. Jani, Bipont. et Mitsch. *A Dis* vulgg. 'Non dubium, quin et ceteri editores hoc *Ab* in codd. repertum neglexerint.' *Jani.* Lips. 1. *plura refert.*—25 *Contemtæ* Acronem legisse colligit ex ejus nota: 'h. e. compositæ et mediocris.' Certe sic Mss. quidam, ut Pulmanni Diesth. duo Torrent. unus Bersm. Bentr. Regin. a m. s. Dess. 2. Probat et Canter. Nov. Lectt. iv. 2. item non displicet Cruq. ac Torrent. 'Sed quocumque modo accipias, *res contenta* Latini sermonis usui prorsus repugnat. Præstat omnium ceterorum codd. et editt. vett. lectio *contemtæ.*' *Jani.* *Contemtæ* Gott. Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. tres Mediol. Venett. 1477. 1478. 1479. 1486. Locher. al. *Contemtæ* Vet. Comb.—26 *Panci* codd. ut Alt. 1. Lips. 3. pro v. l. Lips. 4. Locher. et Venet. 1492. *non piger*; unde in plures edd. venit; nam sic Basill. Muret. Steph. T. Fab. Rutgers. G. Fabr. Dacer. Jones. Sanad. Talbot. et Pine. Sed *impiger* Schol. duodecim Lambini, omnes Cruquii, Torrentii, Bentleii, Pulman-

NOTÆ

21 *Quanto quisque sibi plura negaverit*] Quanto paucioribus quisque fuerit contentus, infinitæ cupiditati frænum injiciens, negansque ambitioni quod petit, tanto plura obtinebit a Diis. Interrogatus Epicurus quo pacto quis ditesceret, respondit: Non pecuniæ suæ apponens, sed multa de rebus necessariis amputans. Stob. Serm. 39.

22 *Nil cupientium Nudus castra peto, &c.*] Malo nihil habere, seu omnibus nudari, et nihil cupere; quam dives esse et sollicitus. Democritus aiebat: 'Si multa non desideres, pauca tibi multa videbuntur.' Juvenal. Sat. xiv. 311. 'Sensit Alexander, testa cum vidit in illa Magnum habitatorem, quanto felicior hic qui Nil cuperet, quam qui totum sibi posceret

orbem, Passurus gestis æquanda pericula rebus.'

23 *Transfuga divitum Partes linquere gestio*] Ratus divites esse miserimos, ab his libens transfugio ad eos qui beatiores sunt nihil cupiendo, parvo contenti.

25 *Contemtæ dominus splendidior rei*] Quia imperiose dominor exiguis meis bonis, et majora despicio, mihique ipse ea denego; hinc splendide me ostento. Contra dives avarus velut mancipium servit opibus, sordideque vivit: estque 'inter opes inops.' Senec. Epist. 74. 'Occurrent (quod genus egestatis gravissimum est) in divitiis inopes.' Nam 'deest avaro tam quod habet, quam quod non habet.' Claudian. in Ruf. 1. 200. 'Semper inops quicquamque cupit.'

Occultare meis dicerer horreis,
 Magnas inter opes inops.
 Puræ rivus aquæ, sylvaque jugerum
 Paucorum, et segetis certa fides meæ, 30
 Fulgentem imperio fertilis Africæ
 Fallit sorte beator.
 Quanquam nec Calabræ mella ferunt apes,
 Nec Læstrygonia Bacchus in amphora

egens summis in divitiis. Rivus aquæ liquidæ, et sylva paucorum jugerum, messisque meæ spes secure est ignota illi qui fecundæ Libyæ dominatur, ejusque fortuna melior est. Licet mihi neque apes Calabria mel producant, neque vinum apud me

//////////

ni, Bersmanni et Marcellii, Lips. 1. 2. 4. Alt. 2. Dess. 1. 2. Venett. 1478, 1479. Florent. 1482. Zarot. Ascens. Heins. Baxt. Bentr. Cuning. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzel. Wakef. Comb. et Kidd. 'Solus timor de metro protulit illud non piger, sed is in Cæsura vams. Vid. 1. Od. 13. 6. et cf. Canter. Nov. Lectt. 1v. 2.' Jani. *Appulus* multi codd. et edd. fere omnes, ob metrum. —29 *Parce rivus aquæ* Zarot.—31 *Fulgentem* constans omnium libb. lectio; sed *Fulgente* emend. Bentr. quia nec Proconsul Africæ scierit quicquam de Horatio ejusque Sabino, et *beator* careat ablativo comparationis. Igitur exponit: 'Fallit s. beator proconsulatu Africæ, revera felicior conditio est, licet id fere ignoretur, non agnoscat.' Bentr. secuti Baxt. Gesn. Comb. et Kidd. *Fulgentem* servant Zenn. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzel. et Wakef. —32 *Fallit. Sorte beator.* i. e. *Fallit*, nesciat, quam felix ibi sim: *Sorte beator* ego sum, &c. Best. de Rat. Emend. Legg. cap. 10. p. 173. 'certa fides meæ est: sed *fulgentem* i. f. A. hæc ipsa regio, *sorte beator*, *fallit*, non implet optata ejus: sic vult With. dure profecto!' Jani.—33 Lips. 4. *mella ferant.* —34 Variant codd. ap. Jani, *Lestrygonia*, *Læstrygonia.*—39 *Contracta pauci*

NOTÆ

29 *Puræ rivus aquæ, &c.*] Est mihi apud Sabinos in valle amœnissima prædiolum; ubi e fonte Blandusiæ Digentia rivus limpidissimus in fluvium Farfarum dimanat: de quo supra Od. xiiii. Est 'sylva paucorum jugerum,' sed ad necessitatem usumque foci sufficiens: est 'seges certa' et fundus non mendax, ad panem. Hæc, inquam, pauca habens, 'sorte beator' sum eo qui fulget imperio fertilis Africæ, et 'condit horreo quicquid de Libycis verritur areis.' 1. Od. 1. Mea tamen felicitas illum 'fallit:' id est, nescit me beatum, seque infelicem et miserum esse, quod et parta servandi, et majora

acquirendi nunquam non cura discrucietur.

33 *Quanquam nec Calabræ, &c.*] Et si nihil exquisitum possideo, nec mel Calabria, qua in regione sunt flores apibus gratissimi, unde et optimum conficiunt mel; nec vetus vinum ac delicatum; nec lanas maxime laudatas; at res habeo necessarias ad victum; neque mala paupertatis sane importuna experior.

34 *Nec Læstrygonia Bacchus in amphora Languescit mihi*] Nec domi habeo vinum Formianum, quod reservem donec vetustate pretiosum fiat. Læstrygones, qui et Cyclopes, olim Siciliam, dein Formias Campaniæ ur-

| | |
|---------------------------------------|----|
| Languescit mihi, nec pinguia Gallicis | 35 |
| Crescunt vellera pascuis ; | |
| Importuna tamen pauperies abest ; | |
| Nec, si plura velim, tu dare deneges. | |
| Contracto melius parva cupidine | |
| Vectigalia porrigam, | 40 |
| Quam si Mygdoniis regnum Alyattei | |

senescat in cudo Formiano, neque lanæ pretiosæ crescant in Galliæ pascuis: at gratis egestas non adest: sique majora cupiam, tu donare minime recusares. Exigua tributa solvam facilius refrænata cupiditate, quam si Lydiæ ditionem agris Phry-

//////////

quidam, ut Harl. 2. Brod. Sax. Altt. 1. 2. Lips. 1. Lips. 3. a m. sec. Lips. 4. a m. pr. Zarot. tres Medioll. Venett. Locher. et Ascens. 'Contracto præter auctoritatem codd. etiam magis Horatianum,' *Jani.* Hoc habent Harl. 1. 3. 4. 5. 6. Lips. 2. Dess. 1. 2. omnes alii et edd. recentt. *Contenta* Canter. Nov. Lectt. iv. 2. ex membranis, improbante *Jani.*—40 'Vectigalia colligam emend. Sanad. infeliciter et nulla necessitate.' *Jani.*—41 'Mydoniis error. *Alyattici* vel *Halyattici* vulgo editt. quod pro patronymico habebant Ascens. Torrent. alii, et explicabant Cræsum, *Alyattis* filium. Sed recte T. Faber ab *Alyatte* patronymicum esse *Alyatticus* negavit. Unde ipse emendat *Alyattii*. At jam Bentl. vidit, id non rectius habere; neque enim esse patronymicum, sed possessivum, ut, *Laërtius*, *Laomedontius*, qualia nunquam sine substantivo

NOTE

bem incoluerunt. Vide i. Od. 20. in fine, ubi de Formianis collibus, vitibus, vino.

35 *Languescit*] Sic Od. XXI. seq. 'languidiora vina' ponit pro exquisitis, ob maturitatem quam vetustas attulit.

Nec pinguia Gallicis Crescunt vellera pascuis] Nec mihi sunt greges lanigeri in præpinguibus Galliæ pascuis, lanam afferentes laudatissimam. Columell. lib. VIII. de ovibus emendis ita scribit: 'Generis eximii Calabras Apulasque milites nostri existimabant, earumque optimas Tarentinas. Nunc Gallicæ pretiosiores habentur, earumque præcipuæ Altinates.' Altinum urbs olim præclara Venetiæ, quæ regio Galliæ Transpadanæ erat. Istius regionis atque urbis lanas commendat Martial. XIV. 155. 'Velleribus primis Apulia, Parma secundis

Nobilis, Altinum tertia laudat ovis.' Plin. VIII. 48. idem testatur, additque, 'alba Circumpadanis nulla præfertur.'

38 *Nec, si plura velim, tu dare deneges*] Ita Mæcenati gratias agit, laudemque tribuit egregie Poëta accepti beneficii memor et toties præco. Vide II. Od. 18. 12. et Epod. I. sic eadem scribit: 'Satis superque me benignitas tua Ditavit.'

39 *Contracto melius parva cupidine, &c.*] Vitam facilius sustentabo, et exigua pendam vectigalia, pauca possidens, quam si ingentes habenti divitias magna perinde tributa essent exsolvenda.

41 *Quam si Mygdoniis regnum, &c.*] Quam si totas Phrygiæ Lydiæque opes possiderem. Vide II. Od. 12. sub finem.

Regnum Alyattei [*Alyattici*] *Alyat-*

Campis continuem. Multa petentibus
Desunt multa. Bene est, cui Deus obtulit
Parca, quod satis est, manu.

guis adjungam. Plurima cupientes egent plurimis. Felix est is cui manu contracta Dii dederunt quantum sufficit.



ponantur. Itaque Bentl. rescribi vult vel *Alyattium*, vel, ut edidit, *Alyattei*, ad formam ‘Achillei,’ ‘Ulixei’ pro, Achillis, Ulyssis; aut, quod ego malim, e genitivo Ionico Ἀλυάττω pro Ἀλυάττων. Jam proposnerat hanc lectionem, haud dubie veram, Basil. Faber in Thes. L. L. edit. 1696. v. *Alyattes*. Secuti Bentleium Baxt. Cnn. Jon. San. De codicibus editores ante Bentl. facent. *Alyathii* Bentleii Græv. a m. pr. *Alyathii* Bentleii Leid. et alius. *Aliathii* Bentl. Bodl. 1. *Haliathii* noster Mentel. *Haliati* Bentl. Galiens. *Aliactis* Alt. 1. *Alia* aberrant. sunt *Haliathici*, *Alyathici*, *Aliatici*, *Hiliatici*, *Aliactici*. Idem. *Alyattei* habent etiam Jani, Bipont. Mitsch. Comb. Wetzel. Wakef. et Kidd. *Aliatici* Vet. Comb.—42 Pulmanni Hnnn. a m. pr. *Multa placentibus*.—43 *Desint* Lips. 4. vet. codex Barthii *Desinit*; sed hoc nihil aliud est quam *Desunt*.

NOTE

tes Cræsi pater fuit; uterque regnavit in Lydia, et divitiis celebratus est, quas e Lydiæ metallis hanserant. Vide Herodot. lib. 1. Strabo ix. 14. 15. Scribendum videtur fuisse *Alyattii*.

42 *Multa petentibus Desunt multa*. Vide Gell. ix. 8. ‘Verum profecto est,’ inquit, ‘quod observato rerum

usu sapientes viri dixere, multis egerre qui multa habeat . . . et minus habendum esse, ut minus desit,’ &c.

43 *Bene est, cui Deus obtulit Parca, &c.*] Sapientissimus Regum ita Deum optimum maximum rogabat: ‘Divitias et paupertatem ne dederis mihi: sed tantum victui meo tribue necessaria.’

ODE XVII.

AD ÆLIUM LAMIAM.

Facete tempestatem in crastinum augurari se fingit, quo tempore se ad Ælium Lamiam primæ nobilitatis virum, in villa sua rusticana modo agentem, ad porcellum invitat.

ÆLI, vetusto nobilis ab Lamo,

O Æli illustris ab Lamo antiquo, (quandoquidem aiunt inde priores etiam La-



Ode quinta Libri quinti in Ed. Sanad. Venet. 1492. Locher. et Ascens. hanc Epigraphen præferunt: *Ælii Lamia genus celebrat*.—1 *Heli* aberratio ap. Jani. a *Lamo* Venet. 1492. et Locher. *Lama* Alt. 2. cum nota: ‘Pro La-

NOTE

Metrum est idem quod 1. Od. 9. 1 *Æli*] Ælia gens, etsi plebeia, Romæ inclaruit honoribus et præclare

gestis. Variis cognominibus totidem illustres habuit familias, in quibus Turberones, Præti, Galli, Sejani, Ligure

(Quando et priores hinc Lamias ferunt
Denominatos, et nepotum
Per memores genus omne fastos

mias appellatos, ac universam posterorum familiam in annalibus mentionem eorum

.....

mia, per Syncopen.' *Lamio Mentel.*—2 *Quando priores*, omisso *et*, in uno Bersm. et Dess. 1.—4 '*Permemores* quid. Cruq. *fastus* Bentleii Græv. et Regin. a m. pr. codd. ap. Muret. cod. Petav. ap. N. Heins. ad Claudian. iv. Cons. Honor. 155. Et sic dedit Cuning. Et jam sua ætate bic et iv. Od. 14. 4. utramque scripturam, *fastos* et *fastus*, in codd. fuisse testatur Priscian. lib. vi. p. 711. et utramque formam, '*fasti, orum,*' et '*fastus, num,*' bene habere, licet ista usitatio sit, contra Servium (ad Virg. *Æn.* 111. 326.) disputat. Legitur et alibi '*fastus,*' et occurrit tertio casu '*fastibus*' ap. Lucan. 11. 130. et Claud. XLII. 15. Cf. Heins. l. l. et ad Ovid. *Fast.* 1. 11. Drakenborch. ad Sil. 11. 10. Exquisitiorem itaque formam *fastus* prætulisset, si esse crederem hos vv. ab Horatio.' *Juni.* Harl. 1. *fastus.* 'Omnes codd. et edd. summa constantia, *ducis.* Sed varie distinguitur in libris. Post *fastos* colon ponunt Basill. Lamb. Cruq. et Torr. Verba *Quando . . . fastos* parenthesi includunt Steph. Fabr. T. Fab. Dacer. Talb. &c. Utroque modo esset: O *Æli*, qui descendis ab Lamo, tu originem ducis ab Lamo, qui, &c. Indocta vero conversio, Horatioque indigna! Deinde recte ridet Bentl. orturum tunc sententiarum totius Carminis nexum: Tu a Lamo originem habes; dies crastinus pluvius futurus est; igitur compone lignum, &c. Ro. Stephanns et Baxt. parenthesi includunt *Quando . . . tyrannus*, vs. 9. posito tamen colo post *fastos*, ut vs. 5-9. sint pro apodosis parentheseos; quo parum medelæ loco affertur, neque multo doctior existit ingressus sententiæ. Denique *Quando . . . tyrannus* inclusit, delevitque colon post *fastos*, et *ducis* in *ducit* ex ingenio mutavit D. Heins. eamque secuti Bentl. Cmm. Gesn. et Sivr. ut sit: *Quando et . . . denominatos, et omne genus* (nominat.) *nep. ab illo a. ducit o. qui, &c.* Sed displicere in hac ipsa ratione debet et longitudo nimia parentheseos, et inprimis, quod sic, communi cum ceteris constituendorum verborum modis vitio, splendida sententia: *qui Formiarum . . . tyrannus*, quæ aperte ad ornandum Lamum, ipsumque Lamiam, pertinet, eaque de causa e sensu lyrico versui 1. adnecti debet, inde revulsa notioni secundariæ jungitur. Forte melius sit includere parenthesi: *Quando et . . . ducis originem*; ut *qui*, vs. 6. non referatur ad *illo a.* vs. 5. ve-

NOTÆ

Lamiæ, &c. nec omittendus est ortus ex ea stirpe Antoninus Imperator. Lamiarum porro tam celebre nomen, ut Juvenalis Sat. vi. 384. scripserit: '*quædam Lamiarum,*' pro una matronarum vetusta nobilitate superbarum. Hic intelligendus videtur idem, qui 1. Od. 26. et 36. scilicet Q. Ælius Lamia, bello Augusti Cantabrico præfectura et bellicis rebus insignis.

Nobilis ab Lamo] Nobilitatem trahens et appellationem ab Lamo Nepotuni filio, Rege et conditore Formiarum: has tamen a Laconibus ædifica-

tas alii contendunt. Eustath. Strabo lib. v. Plin. 111. 5. '*Oppidum Formiæ, Hormiæ dictum, ut existimavere, antiqua Læstrygonum sedes.*' His vero Lamus imperavit.

2 *Hinc Lamias ferunt Denominatos*] A Lamo tamen Lamides, ut Priamides a Priamo, rectius efferatur.

4 *Fastos*] Annalium libros, in quibus totius anni fit descriptio; atque nomina Consulnum, et res egregie connectæ annuatim et breviter notantur. Fest.

Auctore ab illo ducit originem,
 Qui Formiarum moenia dicitur
 Princeps, et innantem Maricæ
 Littoribus tenuisse Lirim,
 Late tyrannus,) cras foliis nemus

5

facientibus,) genus refert ad eum conditorem, qui primus traditur incoluisse Formiarum civitatem; et circa Lirin Maricæ ripas alluentem longe regnasse; crastina

rum ad *ab Lamo* vs. 1. Sed parum impensa opera in loco constituendo; nam nullum mihi dubium quin vs. 2-5. supposititii sint, et ab inepto Grammatico assuti: de qua re vid. Excurs. II. Jam eos Sanad. et Jones. ejiciendos censuerunt. *Jani*. Bipont. Mitsch. et Wetzel. hos versus etiam defigunt asteriscis. Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. *ducis*.—7 *Maricæ* emend. bouns Monachus in Lips. 4.—8 *Lirin* Cruq. Torrent. Rutgers. Talbot. Pine, alii; *Lyvin* Venett. ap. Gesner. Muret. et Steph. *Leirin* T. Fab. *Lyrin* Vet. Comb. et aliæ nonnullæ ap. Jani. Sed præstat in flumine Italico terminatio Latina, *Lirim*, uti 'Tiberim;' et sic omnes codd. et edd. vett. item Heins. Bentl. Cuning. Sanad. Jones. Jani, Mitsch. Bipont. Wetzel. Wakef. Comb. et Kidd. Apud

NOTE

6 *Qui Formiarum, &c.*] Urbs illa pridem in littorali ora Campaniæ inter Cajetam et Minturnas, ubi nunc Moia pagus elegans: a Saracenis excisa est anno Domini 956.

7 *Innantem Maricæ Littoribus tenuisse Lirim*] Liris fluvius, qui et Lirinus Appiano, Latium separat a Samnio et Campania, in mare Tyrrhenum labitur, Minturnas perfluit, ubi Marica Nympha uxor Fauni colitur, vel, ut placet quibusdam, Venus marina, cui sacellum erat ad ripam Liris. De eo flumine jam 1. Od. 31. 7.

Maricæ] Illa ante dicta Circe; ut Quirinus ante Romulus: ex more veterum mortuis nomina mutantium. Lactant. Institut. 1. 21. Alex. ab Alex. vi. 4. ita scribit: 'Ob æternam gloriam Dii Indigetes dicti, nominibus plerumque mutatis, et novis cooptatis: si quidem Romulus Quirinus, Juno Matuta... Circe Marica,' &c. Virgil. Æneid. VII. 47. ait Latium Regem 'Fauno et Nympha genitum Laurente Marica.' Fuit et

Marica sylvæ in Latio novo, et Campaniæ confinio, ad Lirin fluvium, a Nympha Marica denominata. Martial. XIII. 83. 'Liris quem sylvæ Maricæ Protegit.'

9 *Tyrannus*] Regis ac tyranni, ut Græca probat etymologia, discrimen nullum: vox tamen odiosa cœpit esse ob aliquorum sævitiam. Senec. de Clementia 1. 2. 'Tyrannus factis a Rege distat, non nomine... species ipsa fortunæ, ac licentia par est: nisi quod tyranni ex voluptate sæviant; Reges ex causa et necessitate. Quid ergo? Non Reges quoque occidere solent? Sed quoties utilitas suadet, Tyrannis sævitia cordi est.'

Cras foliis nemus, &c.] Cras vehemens tempestas erit, quæ arborum folia decutiet, et agitato mari algas ad littus bene multas aggeret, nec proinde licebit in agris versari et operi rustico incumbere: ergo interim hilaritati et genio indulge, et ad id omnia hodie ante pluviam compara.

Multis et alga littus inutili
 Demissa tempestas ab Euro
 Sternit, aquæ nisi fallit augur
 Annosa cornix. Dum potis, aridum
 Componere lignum : cras genium mero

10

diæ procella ab Euro excitata nemus frondibus plurimis, ripam autem inani alga consperget; si me non decipit cornix longæva, pluviam præsagiens: sicca ligna



Græcos scribitur Λεῖψις.—11 *Emissa* conj. Cuning. probante Jones. et sic Sanad.—12 *Sternit* unus Bersmanni et Dess. 1, 2. Mox *fallet* Lips. 4.—13 Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Bentleii Græv. Leid. et Regin. a m. pr. Mentel. Helmst. cum edd. Bentl. Cuning. Baxt. Jani, Bipont. Mitsch. Wetzel. Comb. et Kidd. *potis*. 'Et extitit haud dubie in pluribus aliorum etiam codd. sed

NOTE

10 *Alga*] Herba marina ad nihil utilis.

11 *Euro*] Plin. II. 47. flat 'ab Oriente brumali vulturnus,' quem 'Eorum Græci appellant.' Epod. XVI. 54. 'Ut neque largis Aquosus Euris arva radat imbribus.'

12 *Aquæ nisi fallit augur Annosa cornix*] Pluvium autem fore cælum ac fædam tempestatem, auguror e cornice crocitante. Hæc si ter aut quater, et liquida voce, crocitet, serenitatem indicat. Servius in Virgil. Georg. I. 410. 'Tum liquidas corvi presso ter gutture voces Aut quater ingeminant.' At si plena voce et rauca, diuque, pluviam. Ibid. vs. 388. 'Tum cornix plena pluviam vocat improba voce.' Ex Plin. XVIII. 35. hyemem præsagiunt terrestres volucres contra aquam dantes clangorem, perfundentes sese: sed maxime cornix.

13 *Annosa cornix*] De hujus vivacitate Hesiodus apud Plutarch. de oraculorum defectu. Hesiodi versus ita Latine vertit quidam: 'Sæcla viri novies pubentis garrula cornix Vincit, cornicis cervus quater; at tria cervi Tempora corvus agit, quem

deinceps Indica phœnix Egreditur novies,' &c. Quos si mavis ex Ausonio, vide Idyll. XVIII.

Dum potis, aridum Componere lignum, &c.] Igne frigus, mæstitiam ex aëris intemperie nasci solitam hilari convivio propulsa. Certe cælo male affecto, affici pariter corpus nostrum et ingravescere, non raro experimur. Contra id incommodi valet focus lulentus, et 'lætitiæ Bacchus dator.'

14 *Genium mero Curabis et porco bimestri*] Sacrificium Genio, die natali Lamix, nonnulli perperam commenti sunt hic. Immo verba ista contrarium ostendunt. Nam quo die hauserant vitales auras, eo vitam adimere victimæ, religioni ducebant veteres; nec proinde sanguinem fundebant, aut mactabant hostias, ut annotavi ad Pers. Sat. II. 3. Suadet igitur duntaxat Horatius epulas et hilaritatem, curandamque cuticulam. Quod quoties faciebant, curare genium et placare se existimabant. Unde manarunt istæ loquendi formulæ; genio indulgere, genium defraudare, ut bene observat Casaubonus.

Curabis et porco bimestri,
Cum famulis operum solutis.

15

congere, dum licet, cras genium placabis vino et porcello duorum mensium, cum servis a labore vacantibus.

neglectum fuit.' *Jani.*—15 Cuning. *porcu*; forte ob III. Od. 23. 4. *bimemstri*, solenni varietate, in codd. Torrentii, duobus Bersmanni, et Lips. 1. 2. *bimemstri* unus Bersmanni et Dess. 1.

NOTÆ

15 *Porco bimestri*] Porcellus tener etiam priscis exquisitum ferculum. Varro de Re Rust. II. 4. 'Suillum pecus donatum ab natura dicunt ad epulandum: iis itaque animam esse datam proinde ac salem, quæ servaret carnem.' Hinc Juvenal. Sat. I.

141. vocat 'animal propter convivia natum.'

16 *Cum famulis*] Familiares adhibebant in epulis placandi Genii causa celebratis. Hunc vero ita curabant non in natali solum, sed quolibet anni die.

ODE XVIII.

AD FAUNUM.

Faunalibus, quæ Nonis erant Decembribus, Fauno Hymnum canit.
(Conferenda est I. Ode 17. *Gesn.*)

FAUNE Nympharum fugientum amator,
Per meos fines et aprica rura

Faune amans Nymphas fugientes, transi benignus per meos limites agrosque Soli

Ode decima octava Libri primi in Ed. Sanad. Inscriptio in vett. codd. ap. Torrent. est, *Prosectice in Faunum Deum grestem, quem veneratur Nonis Decembris.*—1 *Nympharum fugientium* Lips. 1. 2. 3. 4. Franeq. Venet. 1492.

NOTÆ

Metrum idem quod supra I. Od. 2.

1 *Faune*] Is Pan Græcis, Faunus Latinis dictus, ex Varrone de Ling. Lat. lib. VI. quod 'soleat fari in sylvestribus locis:' unde et sylvarum et agrorum Deus habitus est. Huic Romæ sacra fiebant bis in anno; ineunte vere, ut novam semenstem servaret ac foveret; et Nonis Decembribus, cum jam conditæ sunt omnes fruges: utque pecori sanitatem et fecunditatem daret. Tunc ergo nuncupatam Fauno Oden hanc,

et in sacris decantatam patet. De eo jam I. Od. 4. et 17.

Nympharum fugientum amator] Faunis, Sylvanis, Satyris affingebant Prisci capri pedes et salacitatem. Hinc invisibiles erant Nymphis, castisque, Dryadibus, Hamadryadibus, quas sylvis et arboribus præesse ethnici credebant. De lascivia agrestium illorum numinum S. August. de Civit. Dei xv. 33. Virgil. Georg. I. 10. 'Et vos agrestum præsentia numina Fauni, Ferte simul Faunique pedem,

Lenis incedas, abeasque parvis
 Æquus alumnis;
 Si tener pleno cadit hædus anno,
 Larga nec desunt Veneris sodali
 Vina crateræ, vetus ara multo
 Fumat odore.
 Ludit herboso pecus omne campo,

5

expositos, ac discede propitius tenellis sætibus; siquidem tibi mactatur capreolus anno completo, additurque vinum copiosum in patera Veneri amica, atque ara antiqua plurimo thure incenditur. Quoties Nonæ Decembres tibi sacræ recurrunt,

//////////

Locher. et Mancin.—3 *Lætus incedus* unus Torrent. et quidam Lambini.—7 Edd. vett. fere *cratere*, etiam antiqui Interpp. ut Mancin. Primus Ascens. veram et constantem codd. lectionem *crateræ* vindicavit. *crateri* Muret. dum inter craterem et crateram aliquid interesse falso putavit. Est etiam in libris, solenni varietate, *crateræ*, *creteræ*, *creteræ*. Var. Lectt. ap. Jones. ac

NOTÆ

Dryadesque puellæ: Munera vestra cano.'

3 *Lenis incedas*] Optat hunc lenem et placidum habere; etenim iracundus putabatur et pestilens, utpote Infernus Deus: ex Theognide. Theocrit. Idyll. i. *πικρὸς*, *amarulentus*, dicitur. Ab eo quoque pueris noctu insomnia et terriculamenta immitti credita. Unde 'Panici terrores' nominati, vani scilicet et inanes.

Abeasque parvis Æquus alumnis] Quoniam ea erat superstitione veterum, ut a quibusdam Numinibus mala, ab aliis bona tribui crederent, precatur Horatius hunc, ut dixi, pestilentem Deum, ne agnis et capreolis noceat, qui aluntur in agris et villis. Frustra nonnulli interpretati sunt vernas, famulos, pueros, per vocem *alumnis*.

5 *Si tener pleno, &c.*] Si tibi rite quotannis sacrifico, vel, quemadmodum pius in te sum, ita mihi propitius sis.

6 *Larga nec desunt, &c.*] In sacris anniversariis hædum tibi immolo tenerum; vinumque copiose libo.

Veneris sodali crateræ] Scilicet, absque Baccho friget Venus. Ex Aris-

tophane apud Athen. x. 12. *οἶνος Ἀφροδίτης γάλα*, *vinum lac Veneris*. Ovid. Remed. Amor. i. 237. 'Vina parant animos Veneri.'

7 *Vetus ara*] Vel quod ab Horatio dudum erecta: vel quia Faunus Aboriginum Rex primus, pater Latini, antiquam religionem tradidit rusticis istis Numinibus ab eo trahebentibus originem.

8 *Fumat odore*] Incenso thure benevolentem fumum tollit odoremque Superis gratum.

9 *Ludit herboso, &c.*] Cum Faunalia celebrantur Nonis, seu die quinta mensis Decembris, tum ex more pecus otiosum aratro omnique opere solutum quiescit et ludit in campis; ut et pagani ipsi festa hæc agentes lætitiæ vacant. Quem certe ritum depromserant e Sacris Codicibus. Exod. cap. xx. 'Septimo die Sabbatum Domini Dei tui est. Non facies omne opus in eo, tu et filius, et filia, et servus, et ancilla, et jumentum tuum.' Et cap. xxiii. 'Septimo die cessabis, ut requiescat bos et asinus tuus,' &c.

Pecus omne] Fauno rei pecuariæ

| | |
|---------------------------------------|----|
| Cum tibi Nonæ redeunt Decembres : | 10 |
| Festus in pratis vacat otioso | |
| Cum bove pagus : | |
| Inter audaces lupus errat agnos : | |
| Spargit agrestes tibi sylvæ frondes : | |
| Gaudet invisam pepulisse fossor | 15 |
| Ter pede terram. | |

pecudes cunctæ lascivium in pratis, vicus festum celebrans herboso campo requiescit cum bobus non laborantibus: lupus vagatur inter agnos nihil timentes: nemus sternit folia in tuum honorem: agricola humum molestem ter planta ferire latatur.

vetus; Sivr. et vetus.—10 Dum tibi Sivr. redeant Mentel.—11 Cuning. et Pulmanni Diesth. otiosa. ‘Male h. l. habet fœmininum.’ Jani.—12 Cum bove pardus cod. Achil. Stat. a Mureto inspectus, Torn. et quidam alii ap. Lamb. sed cum litura, Pulmanni Diest. et Gemblac. l. et Beller. pro v. l. unus Fabricii, plerique Torrentii, duo Bersmanni, Bentleii Regin. a m. sec. Græv. Leid. et Colbert. pro v. l. Petrens. Reg. Soc. Magdal. Battel. et Vigorn. Harl. 2. Brod. Exc. Sax. Mentel. Franeq. a m. sec. Zarot. Venett. 1477. 1478. 1479. 1492. Vet. Comb. et Locher. Jam vidit Lamb. neque intelligi, quid sit, ‘pardus festus et vacans,’ nec dari pardum in Italia: vid. Plin. VIII. 17. Muretum, quem Robertellus falso crimine dixerat lectionem pardus in contextum recepisse, defendit C. Sigon. Emendatt. lib. I. p. 9. Harl. 1. 3. 4. 5. 6. pagus. With. pro pagus conj. pastor.—13 Inter audaces lupus exstat Helmstad.

NOTE

præsidenti ædes Romæ ædificata pridem e mulctatitia pecuariorum pecunia.

13 *Inter audaces lupus erat agnos*] Tunc agni tuam custodiam et tutelam quasi sentientes in lupum audacter incurruunt, sen nil mali ab eo metuunt.

14 *Spargit agrestes tibi sylvæ frondes*] Velut in honorem tuum arbores suis se foliis exnuunt atque humi spargunt; nimirum sub Autumnii finem. Hoc enim pertinet ad rusticum solenne. Virgil. Ecl. v. 40. ‘Spargite humum foliis.’

15 *Gaudet invisam pepulisse fossor, &c.*] Choreas et saltationes in festis celebrari mos erat.

16 *Ter pede*] Hinc ‘tripudiare’ factum videtur. Turneb.

Invisam terram] Cujus opere et cultura quotidie fatigatur. Itaque agricola, vinitor, fossor, intermisso diurno labore, tunc otio, quieti, hilaritati indulget. Lucret. v. 1393. rusticam festivitatem et saltationem ita describit: ‘Non magnis opibus jucunde corpora habebant . . . Tum joca, tum sermo, tum dulces esse cachiui Consuenerant; agrestis enim tum Musa vivebat. Tum caput, atque humeros, plexis redimire coronis, Floribus, et foliis, lascivia læta monebat: Atque extra numerum procedere, membra moventes Duriter: et duro terram pede pellere matrem,’ &c. Ovid. Fast. vi. 293. ‘Hi ludunt: hos somnus habet: pars brachia nectit, Et viridem celeri ter pede pulsat humum.’

ODE XIX.

AD TELEPHUM.

Muræna auguratum adepto, Horatius Telephum Poëtam Græcum atque sodalem suum hortatur, uti relictis doctis nugis acriter secum potare velit. (An occasionem dedit cæna ipsa auguralis Murænæ, cui se fingat cum Telepho adhibitum? *Gesn.*)

QUANTUM distet ab Inacho
Codrus, pro patria non timidus mori,
Narras, et genus Æaci,
Et pugnata sacro bella sub Ilio :

Quam longe remotus ab Inacho sit Codrus pro patria occumbere non veritus, refers, atque stirpem Æuci, et certamina commissa ad Trojam sucratum: siles

~~~~~

Ode decima quarta Libri tertii in Ed. Sanad. Epigraphe in ed. Sivr. *Ad Cantorem.*—1 Lips. 1. 3. a m. pr. Lips. 2. et Plant. Raphel. 1594. ut emend. Cuning. *distat.*—2 Unus Bersmanni et Lips. 2. a m. pr. *non timidus pro patria*

## NOTÆ

Metrum idem quod 1. Od. 3.

1 *Quantum distet, &c.*] Telephus Poëta Horatii familiaris, ejus certe rivalis in amore Lydiæ, ex 1. Od. 13. Is Græcorum antiquas historias evolere et eloqui amabat. Ejusmodi itaque res intempestive et prolixè narrantem interpellat Horatius, in medio, ut videtur, convivio; ad sermones traducit loco et tempori magis congruos: invitaturque ad lætitiâ pleniorē, ob factum augurē Licin. Murenâ utriusque amicū.

*Quantum distet ab Inacho Codrus*] O Telephe, diligenter numeras quot anni effluerunt ab Inacho Argivorum primo Rege ad Codrum Atheniensium Regem ultimum: verum modo quærendum esset potius unde et quo pretio mercemur vinum optimum.

*Ab Inacho Codrus*] Inachus Argis primus imperavit, circa finem annorum Abrahamæ Patriarchæ. Ex Euseb. Chron. A. M. 3344. Ex Beda A. M. 2508. Alii etiam aliter. De illo Apol-

lod. lib. 11. Inter Inachum et Codrum intercesserunt anni septingenti et septuaginta quinque, aut non multo secius.

2 *Pro patria non timidus mori*] Codrus Rex Atheniensium cum ex Oraculo didicisset eos fore victores in eo bello quod cum Doriensibus sui gerébant, quorum Dux cecidisset, hostium castra vili habitu adiit, militem jurgio laceravit, atque vulneratum ad sui cædem provocavit. Quod ubi Dorienses accepere sponte se victos confessi abcesserunt. Vide Justin. lib. 11. Val. Max. v. 6, &c. Ex Euseb. Chron. A. M. 4130. ‘Codrus juxta responsum seipsum morti tradens interimitur bello Peloponnesiaco, in quo Heraclidarum regnum destructum est, quod 382. annis perseveraverat.’

3 *Genus Æaci*] Narras quæ pertinent ad Jovem Æaci patrem, vel quæ ad ipsum Æacum, ejusque posteros Peleum, Achillem, Pyrrhum, &c. Apollod. lib. 111.

Quo Chium pretio cadum	5
Mercesmur, quis aquam temperet ignibus,	
Quo præbente domum, et quota,	
Pelignis caream frigoribus, taces.	
Da Lunæ propere novæ,	
Da Noctis mediæ, da, puer, auguris	10

*autem quo pretio emamus amphoram vini Chii; quis calefaciat aquam; quis domum suppeditet, et qua hora frigus Pelignum repellam. Da cito, famule, poculum novæ*



*mori; Lips. 4. et Dess. 2. nec timidus mori.—7 Legi etiam posse quotus, si liceret per codd. monet Bentl. ex 1. Epist. 5. 30.—9 Nova Ode hic incipit*

NOTÆ

4 *Pugnata sacro bella sub Ilio*] Bis capta fuit Troja: primum ab Hercule; deinde a Græcis, quinquaginta post annis.

*Sacro*] Vel quod urbis ejus muri a Diis sunt ædificati. Supra Od. III. vs. 21. Vel quod multa illic erant templa. Vel potius ex Homeri sententia, apud quem non semel *ἱερὸν ἴδιον* legas. Alii *sacrum* pro execrabili hic sumunt, ut existimo, absurde.

5 *Chium*] In Græcis vinis Chium excellabat, ut Falernum in Italicis. Ex Athen. I. 20. Chii vites severunt primi. Ex Plin. XIV. 7. 'In summa gloria fuit Chium.'

6 *Quis aquam temperet ignibus*] Quis paret balneum; quod veteres semper ante convivium inibant. Alii interpretantur de Thermopolio, seu de potione calida, quam quidem in deliciis apud veteres fuisse, multis probavi ad Juvenal. Sat. V. 64.

7 *Quo præbente domum, &c.*] Quis nobis domum præbebit, seu apud quem epulabimur, dum in Pelignis versabimur. Nam vel eo erant perrecturi, vel ibi jam erant, cum hæc Horatius jam scribebat; vel certe Pelignum frigus metonymice dicit; speciem pro genere. Quota hora mensæ accumbam, et cum quibus; et in cujus domo luculentus accendatur

mihî focus ad propulsandum frigus, quod riget in Pelignorum regione, ob montes plurimos: ea nunc *Valva* dicitur, estque in Aprutio; olim in Samnitio.

9 *Da Lunæ propere novæ*] Invitat immo traducit Telephum ad hilaritatem ex tempore Horatius, jubens affundi vinum copiose: ipseque prior arripit scyphum et propinat. *Lunæ novæ* poculum petit, vel quod oriente Luna, et vesperi convivia adibant veteres; vel quia festæ erant Kalendæ et epulis vespertinis celebrabantur.

10 *Noctis mediæ*] Ad id tempus producebatur cœna.

*Da, puer, auguris Murenæ*] Propter novæ dignitatis accessionem optimo et amico viro factam impense lætemur, nec vino temperemus. Auguratus in primis honoribus Romæ censebatur, solusque erat perpetuus. Augures auspiciis, ut Pontifices sacris præfuerunt: velut Interpretes Internuntiique Deorum tantæ dignationis habiti sunt, ut qui aruspiciam fecerat, in Senatum ascribi et inter Patres legi fas esset. Et a prima urbis origine iidem Reges et Augures: ipseque Romulus hoc munere est functus. Fab. Maximus proditur duobus et sexaginta annis summa cum laude

Murenæ ; tribus aut novem  
 Miscentur cyathis pocula commodis.  
 Qui Musas amat impares,  
 Ternos ter cyathos attonitus petet  
 Vates : tres prohibet supra  
 Rixarum metuens tangere Gratia,

15

*Lunæ, da noctis mediæ, da Murenæ auguris. Tribus aut novem scyphis apte pocula miscentur. Qui colit Musas impari numero, Poëta stupescens novem poscet scyphos. Gratia nudis sororibus comitata contentiones timens vetat sumere plus-*

ap. Sivr. cum Inscriptione, *Ad Ministrum.*—11 *Murenæ* e nummis et lapidd. item e Gr. *Μουρηνάς*. Alii ut Harl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. et edd. vett. *Murænæ*. Cf. 1. Sat. 5. 38. Bentleii Magdal. *aut tribus aut novem.*—12 ‘*Miscento* var. lect. Jon. *Miscentor* emend. Rutgers. Lectt. Venus. vii. p. 267. quia *miscetur* (omnium quidem librorum lectio) langueat pro affectu Poëtæ bacchico. Probat et N. Heins. ap. Bentr. item Baxt. et Dacer. Receperunt Bentr. et Sanad. quia regi convivii aptius sit, imperativo uti. Omnino, e vulgari sermone. Sed in carmine doctior erat indicativus, pro conjunctivo s. imperativo ; nec modo non languet talis ratio, sed etiam grave quid ac *μυθητικόν* ex vita hominum habet.’ *Jani*. In eodem vs. *commodum* unus Bersmanni et Dess. 2. cum edd. Cuning. et Sanad. *commodi* var. lect. ap. Jones.—14 *Ternos attonitus ter cyathos petet* duo Bersmanni, Lipss. 2. 3. et Dess. 2. *petat* quidam Lambini et Mentel.—15 *ter prohibet.*—17 *Nudis vineta* codd.

## NOTE

Auguratum gessisse ad ultimam senectam. Horum proprium fuit ex avibus vaticinia observare ; a Diis monita contemplari ; de somniis, auguriis, oraculis, extis, portentis, responsa dare ; prodigia procurare, et expiare, vatium libros explanare, &c. Alex. ab Alex. v. 19. necnon ii. 8.

11 *Murenæ*] Is putatur fuisse L. Licinius Varro Murena, Terentii Mæcenatis uxoris frater, de quo ii. Od. 10. Non moror quod somniantur aliqui, ab Horatio indicari, ad mane posterum cœnam esse protrahendam, nimirum quia mane auguria captari consueverant et sub ortum Solis. O sagax nimis commentum!


*Tribus aut novem, &c.*] Cuique fas est tres aut novem cyathos poscere : nimirum qui demereri volet Charites seu Gratias, ob ternarium earum numerum, tria sibi pocula misceri ju-

bebit : qui vero colit Musas novenas Poëta, is novies bibet, in honorem illarum. Auson. ‘Ter bibe, vel toties ternos : sic mystica lex est.’

12 *Commodis*] Justæ magnitudinis, inquirunt aliqui ; alii, plenis et perfectis ; alii contra, minoribus et ebrietatem non inducentibus : optime, convenientibus ; ut sit sensus : Commode et convenienter quisque impari numero vel ter vel novies potat.

14 *Ternos ter cyathos attonitus, &c.*] Etiamsi inde fieri debeam attonitus e vino, novies tamen ego Poëta bibam, tum ob Musarum numerum, tum quod hilaritatis modum nesciam in ista Murenæ honoris amplitudine. Auson. ‘Propter median noctem, et novam Lunam, et Murenæ anguratum, ternos ter cyathos attonitus petit Vates.’

15 *Tres prohibet supra, &c.*] Charites rixarum metuentes, quæ ex ebrietate et nimio vino sæpius excitantur, aman-













University Of California, Los Angeles



L 007 625 606 4

pp. 28-77

UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



AA 000 404 833 6

